ZDK

MARTYF

ZL

Tabella litterarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, et Epactis ab Idibus Octobris anni correctionis **1582.** detractis prius decem diebus, usque ad finem anni **1699.**

Aureus num	6	7	8	9	10	11	12
Epactæ	xxvj	vij	xviij	xxix	x	xxj	ij
Lit. Martyrol.	G	g	t	N	k	B	b
Aureus num.	13	14	15	16	17	18	
Epactæ	xiij	xxiv	v	xvj	xxvij	viij	
Lit. Martyrol.	n	E	e	r	H	h	
Aureus num.	19	1	2	3	4	5	
Epactæ	xix	j	xij	xxiij	iv	xv	
Lit. Martyrol.	u	a	m	D	d	q	

in qua decem et novem Aureis numeris respondent totidem Epactæ, et litteræ, quæ ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) usque ad annum 1699. inclusive, pro quo tempore tabella hæc composita est, assumendæ sunt, donec ad illud tempus perveniatur, in quo alia tabella accipienda erit, in qua eisdem decem et novem Aureis numeris aliæ Epactæ et litteræ respondebunt. Diversis enim modis invicem disponuntur, et conjunguntur Aurei numeri cum Epactis et litteris Martyrologii, prout Solaris et Lunaris anni magnitudo exposcit, ut in libro novæ rationis restituendi Kalendarii Romani explicatur; atque exemplum habes in sequentibus duabus tabellis, quarum prioris usus incipit ab anno 1700. inclusive, duratque usque ad finem anni 1899. Posterior autem usum habet ab anno 1900. inclusive, usque ad finem anni 2199. Reliquæ vero litteræ, quæ in margine interiore Martyrologii recta descendunt, sunt litteræ Dominicales; quibus hebdomadæ, dies Dominicæ, atque hebdomadarum Feriæ denotantur. Numeri item, qui prope litteras Dominicales antiquis numerorum notis sunt descripti, spectant ad cyclum Epactarum, e regione quorum semper invenies singulis diebus totius anni Lunæ conjunctionem, seu Lunam primam sub littera ipsius Epactæ significativa. Denique dies mensium vulgaribus numerorum notis rubri coloris sunt expressi.

Tabella litterarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, et Epactis ab anno **1700.** inclusive, usque ad finem anni **1899.**

Aureus num.	10	11	12	13	14	15	16
Epactæ	ix	xx	j	xij	xxiij	iv	xv
Lit. Martyrol.	i	A	a	m	D	d	q
Aureus num.	17	18	19	1	2	3	4
Epactæ	xxvj	vij	xviij	*	xj	xxij	iij
Lit. Martyrol.	G	g	t	P	l	C	c
Aureus num.	5	6	7	8	9		
Epactæ	xiv	xxv	vj	xvij	xxviij		
Lit. Martyrol.	p	F	f	s	M		

Tabella litterarum Martyrologii respondentium Aureis numeris, et Epactis ab anno **1900.** usque ad finem anni **2199.**

Aureus num.	**1**	**2**	**3**	**4**	**5**	**6**	**7**
Epactæ	xxix	x	xxj	ij	xiij	xxiv	v
Lit. Martyrol.	N	k	B	b	n	E	e
Aureus num.	**8**	**9**	**10**	**11**	**12**	**13**	
Epactæ	xvj	xxvij	viij	xix	*	xj	
Lit. Martyrol.	r	H	h	u	P	l	
Aureus num.	**14**	**15**	**16**	**17**	**18**	**19**	
Epactæ	xxij	iij	xiv	**25**	vj	xvij	
Lit. Martyrol.	C	c	p	**F**	f	s	

Ad pronuntiandum itaque quota sit Luna, sumendus est primum Aureus numerus anni currentis in superiori ordine proximæ tabellæ, vel Epacta currens in medio ordine tabellæ, deinde littera, quæ in tertio, et inferiori ordine ejusdem tabellæ illi Aureo numero, vel Epactæ respondet. Hæc enim littera per numerum, qui in Martyrologio sub ea reperitur, ostendet quota Luna sit pronuntianda singulis diebus totius anni currentis.

Exemplum. Anno correctionis **1582.** Aureus numerus currens est **6.** et Epacta xxvj. sub quo Aureo numero, vel Epacta in suprascripta tabella invenies litteram G majusculam. Hæc ergo ab Idibus Octobris, detractis prius decem diebus, indicabit quot dierum sit pronuntianda Luna in Martyrologio singulis diebus usque ad ultimam diem Decembris prædicti anni correctionis **1582.** Item anno **1583.** jam emendato tam Aureus numerus, quam Epacta erit vij. sub quo Aureo numero, vel Epacta in eadem tabella reperitur littera g minuscula, quæ toto eo anno ostendet in prædicto Martyrologio, quota sit Luna pronuntianda. Ita vides Lunam primo die Januarii pronuntiandam esse octavam, secundo die nonam, tertio decimam, etc. Lunam autem esse primam nono Kalendas Februarii, hoc est die **24.** Januarii, et ita de ceteris.

Quemadmodum autem singulis annis mutatur Aureus numerus, et Epacta in Kalendis Januarii, ita etiam cum Aureo numero, et Epacta mutatur littera Martyrologii, ut quemadmodum anno **1587.** Aureus numerus est **11.** et Epacta xxj. Anno vero **1588.** in Kalendis Januarii Aureus numerus est **12.** et Epacta ij. Ita quoque anno **1587.** littera Martyrologii est B majuscula respondens Aureo numero **11.** et Epactæ xxj. Anno vero **1588.** in Kalendis Januarii assumenda est littera Martyrologii b minuscula respondens Aureo numero **12.** et Epactæ ij. adeo ut ultima die Decembris anni **1587.** pronuntietur Luna secunda sub littera B majuscula : in Kalend. vero Januar. sequentis an. **1588.** dicatur Luna tertia sub littera b minuscula.

Notandum autem est, in anno, quo currit Aureus numerus **1.** Lunam in Kalendis Januarii semper pronuntiandam esse una die minorem, quam in Martyrologio adnotatur, et sic deinceps in aliis diebus usque ad finem illius Lunationis tantum. Exemplum : Anno Domini **1595.** tam Aureus numerus, quam Epacta erit xiv. littera vero Martyrologii eo anno currens erit u minusc. sub qua pronuntiabis pridie Kalendas Januarii, sive ultima die Decembris, Lunam trigesimam : postridie vero in Kalendis Januarii **1596.** in quo curret tam Aureus numerus, quam Epacta j. pronuntiabis Lunam primam sub littera a minuscula, quamvis sub ea invenias adnotatam Lunam secundam, et ita prosequeris quotidie pronuntiando Lunam una die minorem, quousque pervenias ad finem illius Lunationis : hoc est usque ad quarto Kalendas Februarii, a quo die exclusive usque ad finem illius anni pronuntiabis Lunam, uti sub eadem littera adnotatum invenies. Itidem in futurum faciendum erit, quotiescumque dicto Aureo numero **1.** eadem, vel aliqua alia littera respondebit. excepta tamen littera P majuscula, sub qua semper Luna pronuntianda est, ut numerus indicat, quemadmodum et aliis annis fieri solet, in quibus non currit Aureus numerus **1.** sed alii Aurei numeri : in his enim Luna pronuntianda est, ut indicat numerus sub littera descriptus.

Ut autem intelligas, unde præcedentes tres tabellæ depromptæ sint, et qua arte aliæ construi possint : addimus sequentem tabellam litterarum Martyrologii respondentium cyclo Epactarum perpetuam, una cum tabula æquationis cycli Epactarum, ex qua cujusque anni Epacta, et littera Martyrologii respondens perpetuo invenietur, hoc modo.

Tabella litterarum Martyrologii respondentium Cyclo Epactarum perpetua.

P *	l xj	C xxij	c iij	p xiv	F **F** xxv **25**
f vj	s xvij	M xxviij	i ix	A xx	a j
m xij	D xxiij	d iv	q xv	G xxvj	g vij
t xviij	N xxix	k x	B xxj	b ij	n xiij
E xxiv	e v	r xvj	H xxvij	h viij	u xix

Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.

ANNO DOMINI		ANNO DOMINI		ANNO DOMINI	
N	**1**	C	**1800**	t	**2800 Biss.**
p	**320 Biss.**	B	**1900**	s	**2900**
q	**500 Biss.**	B	**2000 Biss.**	s	**3000**
a	**800 Biss.**	B	**2100**	r	**3100**
b	**1100 Biss.**	A	**2200**	r	**3200 Biss.**
c	**1400 Biss.**	u	**2300**	r	**3300**
	detractis x. diebus.	A	**2400 Biss.**	p	**3400**
D	**1582**	u	**2500 Biss.**	q	**3500**
D	**1600 Biss.**	t	**2600**	q	**3600 Biss.**
C	**1700**	t	**2700**	p	**3700**

Quæratur in tabula æquationis annus propositus, vel, si is in tabula non invenitur, annus proxime minor, noteturque littera Alphabeti, sive majuscula, sive minuscula ad sinistram illius collocata : investigetur quoque Aureus numerus propositi anni, deinde in tabella litterarum Martyrologii perpetua similis littera notetur, et cellulæ, quæ ab illa littera inclusive tertia est versus sinistram, Aureus numerus 1. tribuatur, et sequenti cellulæ ad dexteram subsequens Aureus numerus 2. et ita deinceps, donec ad Aureum numerum propositi anni perveniatur, redeundo ad principium tabellæ quando eam percurreris, computatis quoque duabus litteris F. F. quarum una rubra, et altera nigra, et sub quibus Epacta xxv. rubra, et 25. hujus notæ nigra collocatur, pro una cellula. His enim rite peractis, statim in cellula, in quam propositi anni Aureus numerus cadit, Epacta, et littera Martyrologii illius anni reperietur. Unum tamen diligenter observandum est, nimirum, ut quando Aureus numerus anni propositi major fuerit, quam 11. nempe unus ex posterioribus octo aureis numeris a 12. usque ad 19. cecideritque in cellulam litterarum F. F. majuscularum, quarum prior rubra est, et posterior nigra, sumatur Epacta 25. nigra, et respondens littera F nigra ; Epacta vero xxv. rubra, et littera F rubra, si in eamdem cellulam aliquis ex prioribus undecim Aureis numeris ab 1. usque ad 11. qui omnes minores sunt quam 12., ceciderit.

TABELLA TEMPORARIA LITTERARUM MARTYROLOGII.

ANNI DOMINI	AUREI NUMERI.	EPACTÆ	LITTERÆ MARTYROL.
1890	10	ix	i
1891	11	xx	A
1892	12	j	a
1893	13	xij	m
1894	14	xxiij	D
1895	15	iv	d
1896	16	xv	q
1897	17	xxvj	G
1898	18	vij	g
1899	19	xviij	t
1900	1	xxix	N
1901	2	x	k
1902	3	xxj	B
1903	4	ij	b
1904	5	xiij	n
1905	6	xxiv	E
1906	7	v	e
1907	8	xvj	r
1908	9	xxvij	H
1909	10	viij	h
1910	11	xix	u
1911	12	*	P
1912	13	xj	l
1913	14	xxij	C
1914	15	iij	c
1915	16	xiv	p
1916	17	25	F
1917	18	vj	f
1918	19	xvij	s
1919	1	xxix	N
1920	2	x	k
1921	3	xxj	B
1922	4	ij	b
1923	5	xiij	n
1924	6	xxiv	E
1925	7	v	e
1926	8	xvj	r
1927	9	xxvij	H
1928	10	viij	h
1929	11	xix	u

S. Cyprianus

in Epistola 37. ad Clerum, de Confessoribus in carcere constitutis.

Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter Memorias Martyrum celebrare possimus.

Item in libro de Exhortatione ad martyrium. Cap. 11.

Si igitur et nos dicati, ac devoti Deo vivimus, si supra justorum antiqua, et sancta vestigia iter facimus, per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus; hoc ampliorem gloriam computantes temporis nostri, quod cum vetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia virtutis, et fidei, numerari non possunt Martyres Christiani, testante Apocalypsi, et dicente: Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.

S. Ambrosius

in Sermone de SS. Nazario, et Celso.

Magni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi novellam discutere præsumas: et post tam manifestos duces, in errore permaneas: et post morientium sudores, otiosa disputatione contendas. Veneremur ergo in sanctorum Martyrum gloria fidem nostram.

S. Augustinus

Libro 20. contra Faustum Manichæum. Cap. 21.

Populus Christianus Memorias Martyrum religiosa solemnitate celebrat, et ad excitandam imitationem, ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adjuvetur.

S. Gregorius Papa

Libro 7. Regist. epist. 29. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum.

Nos autem pene omnium Martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus. Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus, indicatur; sed tantummodo nomen, locus, et dies passionis ponitur. Unde fit, ut multi ex diversis terris, atque provinciis per dies, ut prædixi, singulos, cognoscantur martyrio coronati.

Idem in Homilia 27. in Evangelia.

Totum mundum, fratres, aspicite: Martyribus plenus est. Jam pene tot qui videamus, non sumus, quot veritatis testes habemus. Deo ergo innumerabiles nobis super arenam multiplicati sunt: quia quanti sint, a nobis comprehendi non possunt.

RUBRICÆ MARTYROLOGII.

Lectio Martyrologii recitatur quotidie in choro post Laudes, vel post Primam, quando Matutinæ in sero præcedenti dicuntur.

Legitur autem semper præcedenti die Lectio illa, quæ memorias Sanctorum sequentis diei continet, præponendo Kalendas, Nonas, vel Idus, et quantitatem Lunæ ejusdem sequentis diei, ut suis locis describitur.

Lector non petit benedictionem, sed quando dicitur ultimæ Orationis **Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc.** vadit ad pulpitum in medio chori, et absolute incipit Lectionem de Martyrologio.

In fine cujuslibet diei semper additur : **Et álibi : aliórum plurimórum sanctórum Mártyrum et Confessórum, atque sanctárum Vírginum.** Et respondetur a Choro : **Deo grátias.**

Festa mobilia cum singulis annis mutentur, non potuerunt in Martyrologio adscribi, sed hoc loco posita sunt, ut unumquodque post Kalendarum et Lunæ pronuntiationem immediate præponatur Lectioni Martyrologii illius diei, in qua eo anno celebrabitur, hoc modo.

Dominica intra Oct. Epiphaniæ, vel quando Epiphania in Dominica evenerit,

Feria quarta post Epiphaniam.

Invéntio Dómini nostri Jesu Christi in templo. Festum totum Duplex.

Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ.

Dominica Septuagesimæ : in qua depónitur Cánticum Dómini, Allelúia.

Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ.

Dies Cinerum : et inítium jejúnii sacratíssimæ Quadragésimæ.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

Dominica Palmarum, quando Dóminus noster Jesus Christus, juxta Zacharíæ prophetíam, sedens super pullum ásinæ Jerosólymam intrávit : cui turba cum ramis palmárum óbviam venit.

Feria quarta majoris Hebdomadæ.

Cena Dominica : quando Christus Jesus, prídie quam pro nostra salúte crucifigerétur, mystéria Córporis, et Sánguinis sui discípulis trádidit celebránda.

In die sancto Paschæ, antequam legantur Kalendæ.

Hac Die, quam fecit Dóminus; Solémnitas solemnitátum, et Pascha nostrum : Resurrectio Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem. Festum totum Duplex.

Deinde pronuntiantur Kalendæ, et Martyrologium sequentis diei.

In Vigilia Ascensionis.

In Monte olivéti : Ascénsio Dómini nostri Jesu Christi. Festum totum Duplex.

In Vigilia Pentecostes.

Dies Pentecóstes : quando Spíritus sanctus Jerosólymis super discípulos igneis linguis advénit. Festum totum Duplex.

Sabbato infra Octavam Pentecostes.

Festum sanctíssimæ et indivíduæ Trinitátis. Festum totum Duplex.

Feria quarta post Octavam Pentecostes.

Festum sanctíssimi Córporis Christi : ab Urbáno Quarto institútum. Festum totum Duplex.

Feria secunda post Dominicam Septuagesimæ.

Festum Oratiónis Dómini nostri Jesu Christi in Monte Olivéti. Festum totum Duplex.

Feria secunda post Dominicam Sexagesimæ.

Festum solémnis Commemoratiónis Domínicæ Passiónis. Festum totum Duplex.

Feria quarta ante Dominicam Quinquagesimæ.

Translátio sanctæ Catharínæ Senénsis Vírginis Ordinis Prædicatórum. Festum totum Duplex.

Feria quinta post Dominicam primam Quadragesimæ.

Festum Lánceæ et Clavórum Dómini nostri Jesu Christi. Festum totum Duplex.

Feria quinta post Dominicam secundam Quadragesimæ.

Festum sacratíssimæ Síndonis Dómini nóstri Jesu Christi. Festum totum Duplex.

Feria quinta post Dominicam tertiam Quadragesimæ.

Festum Quinque Vúlnerum Dómini nostri Jesu Christi. Festum totum Duplex.

Feria quinta post Dominicam quartam Quadragesimæ.

Festum pretiosíssimi Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi. Festum totum Duplex.

Feria quinta post Dominicam in Passione.

Festum Compassiónis beatíssimæ semper vírginis Maríæ. Festum totum Duplex.

Dominica secunda post Octavam Paschæ.

Festum Patrocínii sancti Joseph, sponsi beatíssimæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ. Festum totum Duplex.

Feria quinta in Octava Corporis Christi.

Festum sanctíssimi Cordis Jesu. Festum totum Duplex.

Dominica prima post Octavam Trinitatis.

Festum puríssimi Cordis beátæ semper vírginis Maríæ. Festum totum Duplex.

MARTYROLOGIUM

SECUNDUM RITUM

SACRI ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM

SINGULIS ANNI DIEBUS JUXTA NOVAM KALENDARII RATIONEM ACCOMMODATUM.

JANUARIUS.

Kaléndis Januárii : Luna A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

CIRCUMCISIO Dómini nostri JESU CHRISTI : et Octáva Die 1.
Nativitátis ejúsdem. Festum totum Duplex. Romæ : sancti Almáchii mártyris. Qui, jubénte Alípio Urbis præfécto, cum díceret, Hódie Octávæ domínici diéi sunt, cessáte a superstitiónibus idolórum, et a sacrifíciis pollútis : a gladiatóribus occísus est. Ibídem via Appia : corónæ sanctórum Mílitum trigínta mártyrum sub Diocletiáno imperatóre. Item Romæ : sanctæ Martínæ vírginis. Quæ sub Alexándro imperatóre divérsis tormentórum genéribus cruciáta : tandem gládio martyrii palmam adépta est. Apud Spolétum : sancti Concórdii Presbyteri et mártyris tempóribus Antoníni imperatóris. Qui primo fústibus cæsus, dehinc equúleo suspénsus ; ac póstea in cárcere macerátus, ibíque Angélica visitatióne consolátus : demum gládio vitam finívit. Cæsaréæ in Cappadócia : depositio sancti Basílii Epíscopi, cujus celébritas décimo octávo Kaléndas Július, qua die ordinátus fuit Epíscopus, potíssimum recólitur. In Africa : beáti Fulgéntii Ecclésiæ Ruspénsis Epíscopi. Qui témpore Wandálicæ per-

secutiónis, ob Cathólicam fidem, eximiámque doctrínam ab Ariánis multa perpéssus, et in Sardíniam relegátus ; tandem ad própriam Ecclésiam redíre permíssus : vita et verbo clarus,sancto fine quiévit. In território Lugdunénsi, Monastério Jurénsium : sancti Eugéndi Abbátis, cujus vita virtútibus et miráculis plena refúlsit. Apud Silviníacum : sancti Odilónis Abbátis Cluniacénsis. Qui primus Commemoratiónem ómnium Fidélium Defunctórum,prima die post festum ómnium Sanctórum, in suis Monastériis fíeri præcépit : quem ritum póstea universális Ecclésia recípiens comprobávit. Alexandríæ: depositio sanctæ Euphrósynæ vírginis, quæ in Monastério virtúte abstinéntiæ, ac miráculis cláruit.

Et álibi : aliórum plurimórum sanctórum Mártyrum et Confessórum, atque sanctárum Vírginum.

℟. Deo grátias.

Sic semper terminatur Lectio Martyrologii.

XXIX B Quarto Nonas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 2. OCTAVA sancti Stéphani protomártyris. Tres Lectiones. Romæ: commemorátio plurimórum sanctórum Mártyrum. Qui spreto Diocletiáni imperatóris edícto, quo tradi sacri códices jubebántur : pótius córpora carnifícibus, quam sancta dare cánibus maluérunt. Antiochíæ : pássio beáti Isidóri Epíscopi. Tomis in Ponto : sanctórum trium fratrum Argéi, Narcíssi, et Marcellíni púeri. Qui sub Licínio príncipe inter tirónes comprehénsus ; cum nollet militáre, cæsus ad mortem, et diu in cárcere macerátus, demum in mare mersus : martyrium consummávit. Fratres vero ejus gládio perémpti sunt. In Thebáide : sancti Macárii Alexandríni Abbátis.

Tértio Nonas Januárii : Luna Cxxviii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

Octava sancti Joánnis Apóstoli et Evangelístæ. Tres Die 3.
Lectiones. Romæ via Appia : natális sancti Antéri Papæ. Qui sub Júlio Maximíno passus est: et in cœmetério Callísti sepúltus. Eódem die : sancti Petri, qui apud civitátem Aulónam crucis supplício est interémptus. In Hellespónto : sanctórum mártyrum Cyríni, Primi, et Theógenis. Cæsaréæ in Cappadócia : sancti Górdii centuriónis, de cujus láudibus exstat præclára Basílii Magni orátio in ejus die festo hábita. Lutétiæ Parisiórum : sanctæ Genovéfæ vírginis. Quæ a beáto Germáno, Antisiodorénsi Epíscopo, Christo dicáta : admirándis virtútibus et miráculis cláruit.

Prídie Nonas Januárii : Luna D xxvii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

Octava sanctórum Innocéntium. Tres Lectiones. In Die 4.
Creta : natális sancti Titi. Qui ab Apóstolo Paulo Creténsium Epíscopus ordinátus ; post prædicatiónis offícium fidelíssime consummátum, beátum finem adéptus : sepúltus est in Ecclésia, ubi a beáto Apóstolo dignus miníster fúerat constitútus. Romæ : sanctórum mártyrum Prisci Presbyteri, et Priscilliáni Clérici, ac Benedíctæ religiósæ féminæ, qui témpore impiíssimi Juliáni gládio martyrium complevérunt. Item Romæ : beátæ Dafrósæ uxóris sancti Flaviáni mártyris. Quæ post interfectiónem viri sui, primum exsílio relegáta ; deínde sub

præfáto príncipe cápite plexa est. Bonóniæ : sanctórum Hermétis, Aggæi, et Cáii mártyrum, qui sub Maximiáno imperatóre passi sunt. In Africa : præclarissimórum mártyrum Aquilíni, Gémini, Eugénii, Marciáni, Quincti, Theódoti, et Tryphónis. Apud Língonas : sancti Gregórii Epíscopi, miráculis clari.

XXVI E Nonis Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	30	1	2	3	4	5

Die 5. VIGILIA Epiphaníæ Dómini. Romæ : sancti Telésphori Papæ, qui sub Antoníno Pio, post multos labóres pro Christi confessióne, illústre martyrium duxit. In Ægypto: commemorátio plurimórum sanctórum Mártyrum, qui in Thebáide, sub persecutióne Diocletiáni, divérso tormentórum génere cæsi sunt. Antiochíæ : sancti Simeónis Mónachi. Qui in colúmna stans multos annos vixit, unde et Stylítæ cognómen accépit : cujus vita et conversátio éxstitit admirábilis. Alexandríæ : sanctæ Syncléticæ, cujus res præcláre gestas sanctus Athanásius litterárum monuméntis commendávit. Romæ : sanctæ Æmiliánæ vírginis, ámitæ sancti Gregórii Papæ. Quæ vocánte Tharsílla soróre, quæ ad Deum præcésserat : hac ipsa die migrávit ad Dóminum.

XXV F Octávo Idus Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Die 6. EPIPHANIA DOMINI. Festum totum Duplex. In território Rheménsi : pássio sanctæ Macræ vírginis. Quæ in

persecutióne Diocletiáni, jubénte Ríctio Varo præside, cum in ignem esset præcipitáta, et permansísset illæsa, dehinc mammíllis abscíssis, et squalóre cárceris afflícta ; super testas étiam acutíssimas, ac prunas volutáta : orans migrávit ad Dóminum. Rhédonis in Gállia : sancti Melánii Epíscopi et Confessóris. Qui post innumerabílium signa virtútum, júgiter cœlo inténtus : gloriósus migrávit a sæculo. Floréntiæ : sancti Andréæ Corsíni Florentíni Carmelítæ Epíscopi Fesuláni. Quem miráculis clarum Urbánus Octávus in Sanctórum númerum rétulit : cujus festívitas prídie nonas Februárii celebrátur. Gerrhis in Ægypto : sancti Nilammónis reclúsi. Qui dum ad Episcopátum traherétur invítus : in oratióne spíritum Deo réddidit.

Séptimo Idus Januárii : Luna G XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Relatio púeri Jesu de Ægypto. Eódem die : natális Die 7.
beáti Luciáni Antiochénæ Ecclésiæ Presbyteri, et Mártyris. Qui satis clarus doctrína et eloquéntia, passus est Nicomedíæ ob Christi confessiónem in persecutióne Galérii Maximiáni ; sepultúsque est Helenópoli in Bithynia : cujus laudes sanctus Joánnes Chrysóstomus celebrávit. Antiochíæ : sancti Cleri Diáconi. Qui pro confessiónis glória sépties tortus, ac diu in cárcere macerátus : ad últimum decollátus, martyrium consummávit. In civitáte Heracléa : sanctórum mártyrum Felícis et Januárii. Eódem die : sancti Juliáni mártyris. In Dácia : sancti Nicétæ Epíscopi, qui feras, et bárbaras gentes Evangélii prædicatióne mites réddidit, ac mansuétas.

XXIII A Sexto Idus Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

Die 8. BELLOVACI in Gálliis : sanctórum mártyrum Luciáni Presbyteri, Maximiáni, et Juliáni. Quorum duo últimi a persecutóribus gládio perémpti sunt. Beátus autem Luciánus, qui cum sancto Dionysio in Gálliam vénerat, post nímiam cædem, cum Christi nomen viva voce confitéri non timuísset: priórum senténtiam et ipse excépit. Hierápoli in Asia : sancti Apollináris Epíscopi, qui sub Marco Antoníno Vero, sanctitáte atque doctrína flóruit. Neápoli in Campánia : natális sancti Severíni Epíscopi, fratris beáti Victoríni mártyris. Qui post multárum virtútum perpetratiónem : plenus sanctitáte quiévit. Eódem die apud Nóricos : sancti Severíni Abbátis. Qui apud eam gentem Evangélium propagávit : et Noricórum dictus est Apóstolus.

XXII B Quinto Idus Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 9. ANTIOCHIÆ sub Diocletiáno et Maximiáno : natális sanctórum Juliáni mártyris, et Basilíssæ vírginis uxóris ejus. Quæ cum viro suo virginitáte serváta : in pace vitam finívit. Juliánus vero (postquam multitúdo Sacerdótum, et ministrórum Ecclésiæ Christi, quæ propter immanitátem persecutiónis ad eos confúgerat, igne cremáta est) Marciáni præsidis jussu plúrimis torméntis cruciátus : capitálem senténtiam accépit. Cum quo étiam Antónius Présbyter, et Anastásius, quem ipse Juliánus

a morte suscitátum, grátiæ Christi partícipem fécerat : et Celsus puer, una cum matre sua Marcionílla, ac septem fratres, aliíque plúrimi passi sunt. In Mauritánia Cæsariénsi : sanctæ Marciánæ vírginis, quæ béstiis trádita martyrium consummávit. Smyrnæ : sanctórum mártyrum Vitális, Revocáti, et Fortunáti. Sebáste in Arménia : sancti Petri Epíscopi, fratris sancti Basílii Magni.

Quarto Idus Januárii : Luna C XXI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

AMARANTHI in Lusitánia : beáti Gundisálvi confessóris Ordinis Prædicatórum. Qui plenus spíritu sancti Patris sui Domínici : prædicatiónem Evangélii vitæ exémplo, et miraculórum frequéntia júgiter obsignávit. Festum totum Duplex. In Cypro : beáti Nicánoris Diáconi de septem primis. Qui grátia fidei, et virtúte admirándus : gloriosíssime coronátus est. Romæ : sancti Agathónis Papæ. Qui sanctitáte et doctrína conspícuus : quiévit in pace. Medioláni : sancti Joánnis Boni Epíscopi et confessóris. Constantinópoli : sancti Marciáni Presbyteri. Die 10.

Tértio Idus Januárii : Luna D XX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

ROMÆ : natális sancti Hygíni Papæ, qui in persecutióne Antoníni gloriόse martyrium consummávit. In Africa : beáti Sálvii mártyris, in cujus die natáli sanctus Augustínus sermónem hábuit ad pópulum Carthaginénsem. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Petri, Sevéri, Die 11.

et Leúcii. In Cappadócia, vico Magariásso : sancti Theodósii Cœnobiárchæ. Qui multa pro fide Cathólica passus : in pace tandem quiévit. Suppentóniæ apud montem Soráctem : sancti Anastásii Mónachi, et sociórum, qui divínitus vocáti migravérunt ad Dóminum.

XIX E Prídie Idus Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

Die 12. ROMÆ : sanctæ Tatiánæ mártyris. Quæ sub Alexándro imperatóre uncis atque pectínibus laniáta, béstiis expósita, et in ignem projécta, sed nil læsa ; gládio demum percússa migrávit in cœlum. In Acháia : sancti Sátyri mártyris. Qui ante quoddam idólum tránsiens, cum exsufflásset in illud, signans sibi frontem : statim idólum córruit. Ob quam causam decollátus est. Eódem die : sancti Arcádii mártyris, génere et miráculis clari. Ephesi : pássio sanctórum quadragínta duórum Monachórum. Qui ob cultum sanctárum imáginum sub Constantíno Coprónymo sævíssime cruciáti : martyrium complevérunt.

XVIII F Idibus Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

Die 13. OCTAVA Epiphaníæ. Simplex. Romæ via Lavicána : corónæ sanctórum Mílitum quadragínta, quas sub Galliéno imperatóre pro confessióne veræ fídei percípere meruérunt. Singidóni in Mysia superióri : sanctórum mártyrum Hérmyli, et Stratónici, qui post sæva torménta sub Licínio imperatóre in Istrum flumen demérsi

sunt. Córdubæ : sanctórum mártyrum Gumesíndi Presbyteri, et Servidéi Mónachi. Cæsaréæ in Cappadócia : sancti Leóntii Epíscopi, qui sub Licínio advérsus Gentíles, et sub Constantíno advérsus Ariános plúrimum decertávit. Amaséæ in Ponto : sanctæ Gláphyræ vírginis.

Decimonóno Kaléndas Februárii : Luna G XVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

PICTAVIS in Gállia : natális sancti Hilárii Epíscopi et confessóris. Qui ob Cathólicam fidem, quam strénue propugnávit, quadriénnio apud Phrygiam relegátus : inter ália mirácula mórtuum suscitávit. Migrávit in cælum Idibus Januárii; sed ejus festívitas hódie celebrátur. Festum Duplex In Judæa : sancti Malachíæ Prophétæ. In monte Sina : sanctórum trigínta octo Monachórum a Saracénis ob Christi fidem interfectórum. In Ægypto in Raíthi regióne : sanctórum quadragínta trium Monachórum, qui pro Christiána religióne a Blémmiis occísi sunt. In Africa : sancti Euphrásii Epíscopi. In Syria : sancti Juliáni Sabæ senióris, qui Valéntis imperatóris témpore fidem Cathólicam Antiochíæ pene collápsam virtúte miraculórum eréxit. Neocæsaréæ in Ponto : sanctæ Macrínæ discípulæ beáti Gregórii Thaumatúrgi, áviæ sancti Basílii, quæ eúmdem educávit in fide. Die 14

Décimo octávo Kaléndas Februárii : Luna A XVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

SOLEMNITAS sanctíssimi Nóminis JESU. Festum totum Duplex. In Judæa : sanctórum Hábacuc et Michææ Die 15

Prophetárum, quorum córpora sub Theodósio senióre divína revelatióne repérta sunt. In Ægypto : sancti Macárii Abbátis, discípuli beáti Antónii, vita et miráculis celebérrimi. Avérnis in Gállia : sancti Boníti Epíscopi et confessóris In território Andegavénsi : sancti Mauri Abbátis, discípuli sancti Benedícti ; cujus disciplínis ab infántia eruditus, quantum in eis profécerit, inter ália, quæ apud eum pósitus gessit, pédibus super aquas incédens patefécit : in Gállias inde ab eo diréctus, constrúcto ibi célebri Monastério, cui quadragínta annis præfuit, miraculórum glória clarus, in pace quiévit. Memoria. Romæ : sancti Joánnis Calybítæ. Qui aliquándiu in ángulo domus patérnæ, deínde in tugúrio in ínsula Tiberína ignótus paréntibus habitávit ; a quibus in morte ágnitus, clarus miráculis, in códem loco sepúltus est: ubi póstea in ejus honórem Ecclésia constrúcta est.

XV B Decimoséptimo Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

Die 16 In óppido Soncíni diœcésis Cremonénsis: beátæ Stéphanæ de Quinzánis vírginis Ordinis Prædicatórum, quæ quarto Nonas Januárii migrávit ad Sponsum. Festum Duplex. Romæ via Salária : natális sancti Marcélli Papæ et mártyris. Qui ob Cathólicæ fídei confessiónem, jubénte Maxéntio tyránno, primo fústibus cæsus : deínde ad servítium animálium cum custódia pública deputátus ; ibídem serviéndo, amíctu indútus cilícino : defúnctus est. Memoria. Maróchii in Africa : pássio sanctórum mártyrum Ordinis Minórum, Berárdi, Petri, Accúrsii, Adjúti, et Othónis. Areláte : sancti Honoráti Epíscopi et confessóris, cujus vita doctrína et miráculis fuit illústris. Rhinocolúræ in Ægypto : sancti Melæ Epíscopi.

Qui sub Valénte exsílium, et ália grávia pro fide Cathólica passus : in pace quiévit. Fundis in Campánia : sancti Honoráti Abbátis, cujus méminit beátus Gregórius Papa. In Monastério Perónæ : sancti Fúrsei confessóris. Romæ : sanctæ Priscíllæ, quæ se súaque mártyrum obséquio mancipávit.

Sextodécimo Kaléndas Februárii : Luna C XIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

In Thebáide : sancti Antónii Abbátis. Qui multórum Die 17
Monachórum pater, vita et miráculis præclaríssimus vixit : cujus gesta sanctus Athanásius insígni volúmine prosecútus est. Ejus autem sacrum corpus sub Justiniáno imperatóre divína revelatióne repértum, atque Alexandríam delátum : in Ecclésia sancti Joánnis Baptístæ humátum fuit. Festum totum Duplex. Apud Língonas : sanctórum tergeminórum Speusíppi, Eleusíppi, et Meleusíppi. Qui cum ávia sua Leonílla : martyrio coronáti sunt témpore Marci Aurélii imperatóris. Apud Bitúricas : depósitio sancti Sulpítii Epíscopi, cognoménto Pii, cujus vita, et mors pretiósa gloriósis miráculis commendátur. Romæ in Monastério sancti Andréæ : beatórum Monachórum Antónii, Méruli, et Joánnis, de quibus scribit sanctus Gregórius Papa.

Quintodécimo Kaléndas Februárii : Luna D XIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

Cathedra sancti Petri Apóstoli : qua primum Romæ se- Die 18
dit. Festum Duplex. Ibídem : pássio sanctæ Priscæ

vírginis et mártyris, quæ sub Cláudio imperatóre post multa torménta martyrio coronáta est. Memoria. In Ponto: natális sanctórum mártyrum Moséi et Ammónii. Qui cum essent mílites, primo ad metálla damnáti : novíssime igni tráditi sunt. Ibídem : sancti Athenógenis antíqui Theólogi. Qui per ignem consummatúrus martyrium: hymnum lætus cécinit, quem et discípulis scriptum relíquit. Turónis in Gállia : sancti Volusiáni Epíscopi. Qui a Gothis captus : in exsílio spíritum Deo réddidit. Ibídem : sancti Leobárdi inclúsi, qui mira abstinéntia, et humilitáte refúlsit. In Británnia : sancti Deícolæ Abbátis, discípuli beáti Columbáni. ✠

XII E Quartodécimo Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

Die 19 MORBINII in Rhætia : beáti Andréæ Piscariénsis, Prædicatóris insígnis. Qui apud Vallem Tellínam magna sanctitátis, doctrínæ, ac exímiæ caritátis monuménta relíquit : miraculísque cláruit. Festum Duplex Nolæ in Campánia: natális sancti Felícis Presbyteri. Qui, ut sanctus Paulínus Epíscopus scribit, cum a persecutóribus post torménta in cárcerem mitterétur; et cóchleis ac téstulis vinctus superpósitus jacéret : nocte ab Angelo solútus, atque edúctus fuit. Póstmodum vero cessánte persecutióne, cum vitæ exémplo, ac doctrína multos ad fidem Christi convertísset; clarus miráculis in pace quiévit decimonóno Kaléndas Februárii: sed hódie solémnitas ejus ágitur. Memoria. Romæ via Cornélia: sanctórum mártyrum Márii et Marthæ cónjugum, et filiórum Audífacis et Abachum, nobílium Persárum, qui Romam tempóribus Cláudii príncipis ad oratiónem vénerant. E quibus post tolerátos fustes, equúleum, ignes, ungues

férreos, manuúmque præcisiónem : Martha in Nympha necáta est, céteri sunt decolláti, et córpora eórum incénsa. Smyrnæ : natális beáti Germánici mártyris. Qui cum primæva ætátis venustáte floréret, sub Marco Antoníno, et Lúcio Aurélio per grátiam virtútis Dei metum corpóreæ fragilitátis exclúdens: sponte præparátam sibi béstiam damnátus a júdice provocávit. Cujus déntibus comminútus: vero pani Dómino Jesu Christo, pro ipso móriens, méruit incorporári. Apud Spolétum: pássio sancti Pontiáni mártyris, témpore Antoníni imperatóris. Quem Fabiánus judex pro Christo vehementíssime virgis cæsum : jussit super carbónes nudis pédibus ambuláre. A quibus nil læsus : equúleo et uncis férreis jussus est suspéndi, et sic in cárcerem trudi, ubi Angélica visitatióne méruit confortári. Post quæ leónibus expósitus ; et plumbo fervénti perfúsus : tandem gládio percússus est.

Tertiodécimo Kaléndas Februárii : Luna F XI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

ROMÆ : natális sancti Fabiáni Papæ. Qui témpore Décii martyrium passus: in cœmetério Callísti sepúltus est. Die 20. Ibídem ad Catacúmbas : sancti Sebastiáni mártyris. Qui sub Diocletiáno imperatóre cum habéret principátum primæ cohórtis, sub título Christianitátis jussus est ligári in médio campo, et sagittári a mílitibus : atque ad últimum fústibus cædi, donec defíceret. Festum totum Duplex. Nycææ in Bithynia : sancti Neóphyti mártyris. Qui quintumdécimum annum ætátis agens, flagris cæsus, in fornácem immíssus, feris objéctus, cum permanéret illæsus ; et Christi fidem constánter profiterétur : gládio tandem occísus est. Cæsénæ : sancti Mauri Epí-

scopi, virtútibus et miráculis clari. In Palæstína : natális sancti Euthymii Abbátis, qui zelo Cathólicæ disciplínæ, et virtúte miraculórum, témpore Marciáni imperatóris, in Ecclésia flóruit.

x G Duodécimo Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

Die 21 ROMÆ : pássio sanctæ Agnétis vírginis. Quæ sub præfécto Urbis Symphrónio ígnibus injécta, sed iis per oratiónem ejus exstínctis: gládio percússa est. De ea beátus Hierónymus hæc scribit. Omnium géntium lítteris atque linguis, præcípue in Ecclésiis, Agnétis vita laudáta est : quæ et ætátem vicit, et tyránnum, et títulum castitátis martyrio consecrávit. Festum totum Duplex. Athénis: natális sancti Públii Epíscopi. Qui post sanctum Dionysium Areopagítam, Atheniénsium Ecclésiam nobíliter rexit ; et præclárus virtútibus, ac doctrína præfúlgens : ob Christi martyrium glorióse coronátur. Tarracóne in Hispánia : sanctórum mártyrum Fructuósi Epíscopi, Augúrii, et Eulógii Diaconórum. Qui témpore Galliéni, primo in cárcerem trusi, deínde flammis injécti : exústis vínculis, mánibus in modum crucis expánsis, orántes martyrium complevérunt. In quorum die natáli : sanctus Augustínus sermónem ad pópulum hábuit. Trecis : sancti Pátrocli mártyris, qui sub Aureliáno imperatóre martyrii corónam promeruit. Papíæ : sancti Epiphánii Epíscopi et confessóris.

Undécimo Kaléndas Februárii : Luna A IX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

VALENTIÆ in Hispánia Tarraconénsi : sancti Vincéntii Levítæ et mártyris. Qui sub Daciáno impiíssimo præside cárceres, famem, equúleum, distorsiónes membrórum, láminas candéntes, cratem férream ignítam, aliaque tormentórum génera perpéssus : ad martyrii præmium evolávit in cælum. Cujus passiónis nóbilem triúmphum Prudéntius luculénter vérsibus exséquitur: et beátus Augustínus ac sanctus Leo Papa summis láudibus commméndant. Festum totum Duplex. Romæ ad Aquas Sálvias : sancti Anastásii Persæ Mónachi. Qui post plúrima torménta cárceris, vérberum, et vinculórum, quæ in Cæsaréa Palæstínæ perpéssus fúerat ; a Chósroe Persárum rege multis pœnis afféctus, ad últimum decollátus est : cum prius septuagínta sócios in fluénta demérsos ad martyrium præmisísset. Ejus caput Romam delátum est, una cum veneránda ejus imágine : cujus aspéctu fugári dæmones, morbósque curári, Acta secúndi Concílii Nicæni testántur. Ebredúni in Gállia : sanctórum mártyrum Vincéntii, Oróntii, et Victóris, qui in persecutióne Diocletiáni martyrio coronáti sunt. Die 22

Décimo Kaléndas Februárii : Luna B VIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

BARCINONE in Hispánia : sancti Raymúndi de Péñafort confessóris, tértii generális Magístri Ordinis Prædicatórum, doctrína, sanctitáte, ac miraculórum glória Die 23

insígnis. Qui Ordinem beátæ Maríæ de Mercéde Red
ptiónis Captivórum fundávit ; Jacóbo Aragónum
auctor fuit, ut sacrum inquisitiónis Officium in suis
gnis institúeret : ex ínsula Baleári majóri Barcinón
reversúrus mare trajécit, solo pállio, super aquas exp
so, ingénti miráculo vectus ; jánuis clausis Monas
rium intrávit, et quadragínta mórtuos suscitásse me
rátur : prope centenárius ad cæléstem glóriam evol
ipso die Epiphaníæ. E cujus sepúlcro, perénni mirácu
ténuis pulvis, matéria semper inexháusta, enáscitu
quo várii languóres curántur. Relátus est in Sanc
rum númerum a Cleménte Octávo. Festum totu
Duplex. Romæ : sanctæ Emerentiánæ vírginis
mártyris. Quæ adhuc catechúmena, dum oráret a
sepúlcrum sanctæ Agnétis, cujus fúerat collactánea
a Gentílibus lapidáta est. Memoria. Philíppis in Ma
cedónia : sancti Pármenæ, qui fuit unus de septe
primis Diáconis. Hic tráditus grátiæ Dei, injúnctu
sibi a frátribus officium prædicatiónis plena fid
consúmmans : sub Trajáno martyrii glóriam est ad
éptus. Cæsaréæ in Mauritánia : sanctórum mártyrum
Severiáni, et Aquilæ uxóris ejus, ígnibus combustó-
rum. Apud Antínoum Ægypti urbem : sancti Asclæ
mártyris, qui post divérsa torménta pretiósam Deo
ánimam, in flumen præcipitátus, réddidit. Ancyræ
in Galátia : sancti Cleméntis Epíscopi. Qui sæpius
cruciátus : tandem sub Diocletiáno martyrium con-
summávit. Alexandríæ : sancti Joánnis Eleemosynárii,
ejúsdem urbis Epíscopi, misericórdia in páuperes
celebérrimi. Toléti : sancti Ildefónsi Epíscopi. Qui
ob singulárem vitæ integritátem, susceptámque de-
fensiónem advérsus hæréticos Dei Genitrícis virgi-
nitátem impugnántes, ab eádem candidíssima veste
donátus est : ac demum sanctitáte célebris in cælum
vocátus.

Nono Kaléndas Februárii : Luna C VII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

ROLIVII in Æmília : beáti Marcolíni confessóris Ordinis Prædicatórum. Festum Duplex. Natális sancti óthei, discípuli beáti Pauli Apóstoli. Qui ab eódem esi ordinátus Epíscopus, post multos pro Christo ıes : cum Diánæ immolántes argúeret, lapídibus ıtus, paulo post obdormívit in Dómino. Memoria. iochíæ: sancti Bábylæ Epíscopi. Qui in persecutióne ii, posteáquam frequénter passiónibus suis, ac crucibus glorificáverat Deum : gloriósæ vitæ finem sortítus n vínculis férreis, cum quibus et suum corpus sepenandávit. Referúntur étiam passi cum eo tres púeri : ánus, Prilidiánus, et Epolónius, quos ille in fide isti instrúxerat. Neocæsaréæ : sanctórum mártyrum dónii, Musónii, Eugénii, et Metélli. Qui omnes igni liti sunt : et eórum relíquiæ in flumen dispérsæ. Boiæ : sancti Zamæ primi ejúsdem civitátis Epíscopi. i a sancto Dionysio Románo Pontífice ordinátus : Christiánam fidem mirífice propagávit. Fulgínii : cti Feliciáni. Qui a Victóre Papa ejúsdem civitátis scopus ordinátus : post multos labóres in última ectúte sub Décio martyrio coronátur. Die 24.

Octávo Kaléndas Februárii : Luna D VI

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

ONVERSIO sancti Pauli Apóstoli : quæ fuit secúndo vel primo ab Ascensióne Dómini anno. Festum totum Die 25.

Duplex. Apud Damáscum : natális sancti Ananíæ, qui eúmdem Apóstolum baptizávit. Hic cum Damásci, et Eleutherópoli, alibíque Evangélium prædicásset : sub Licínio júdice nervis cæsus, et laniátus, demum lapídibus oppréssus martyrium consummávit. Antiochíæ : sanctórum mártyrum Juventíni et Máximi. Qui sub Juliáno Apóstata martyrio coronáti sunt : in quorum die natáli sanctus Joánnes Chrysóstomus sermónem ad pópulum hábuit. Arvérnis : sanctórum Projécti Epíscopi, et Maríni viri Dei, qui a procéribus ejúsdem urbis passi sunt. Tomis in Scythia : sancti Bretanniónis Epíscopi. Qui mira sanctitáte, et zelo Cathólicæ fídei sub Valénte imperatóre Ariáno, cui fórtiter réstitit : in Ecclésia flóruit.

v E Séptimo Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

Die 26. In Hungária : beátæ Margarítæ Vírginis Ordinis Prædicatórum, Belæ Quarti, et Maríæ Constantinopolitánæ, Pannóniæ regum fíliæ. Cujus pia mérita, et gloriósa signa sanctus Antonínus comménorat. Festum Duplex. Smyrnæ : natális sancti Polycárpi. Qui beáti Joánnis Apóstoli discípulus, et ab eo ejúsdem civitátis Epíscopus ordinátus : totíus Asiæ princeps fuit. Póstea sub Marco Antoníno, et Lúcio Aurélio Cómmodo, sedénte procónsule, et univérso pópulo in amphitheátro advérsus eum personánte, igni tráditus est : et cum ab eo mínime læderétur, gládio confóssus, martyrii corónam accépit. Cum quo étiam álii duódecim, ex Philadélphia veniéntes : in præfáta urbe martyrio consummáti sunt. Memoria. Hippóne Régio in Africa : sanctórum Theógenis

Epíscopi, et aliórum trigínta sex. Qui in persecutióne Valeriáni contemnéntes temporálem mortem : corónam vitæ ætérnæ adépti sunt. Apud Béthlehem Judæ : dormítio sanctæ Paulæ víduæ, matris Eustóchii vírginis Christi. Quæ cum esset e nobilíssimo senatórum génere, renúntians sæculo, et facultátes suas paupéribus distríbuens, ad Præsépe Dómini se recépit : ubi multis virtútibus prædita, et longo coronáta martyrio, ad cæléstia regna transívit. Cujus vitam virtútibus admirándam sanctus Hierónymus scripsit.

Sexto Kaléndas Februárii : Luna F IV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

CONSTANTINOPOLI : sancti Joánnis Epíscopi, propter áu- Die 27
reum eloquéntiæ flumen cognoménto Chrysóstomi. Qui verbo et exémplo Christiánæ religióni plúrimum prófuit : et post multos labóres in exsílio vitam finívit. Ejus sacrum corpus sub Theodósio junióre hac die Constantinópolim, inde póstea Romam translátum : in basílica Príncipis Apostolórum cónditum fuit. Festum Duplex. In Africa : sancti Avíti mártyris. Ibídem : sanctórum mártyrum Dátii, Reátri *, et sociórum, qui in persecutióne Wandálica passi sunt. Romæ : sancti Vitaliáni Papæ. In Monastério Bobacénsi : sancti Mauri Abbátis. Apud Cenómanos : deposítio sancti Juliáni, primi ejúsdem urbis Epíscopi, quem sanctus Petrus illuc ad prædicándum Evangélium misit. Memoria

* Alias Reatrii.

III G Quinto Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

Die 28. TOLOSÆ : translátio sancti Thomæ de Aquíno. Festum totum Duplex. Romæ: sanctæ Agnétis secúndo. Memoria. Ibídem : sancti Flaviáni mártyris, qui sub Diocletiáno passus est. Apollóniæ : sanctórum mártyrum Thyrsi, Léucii, et Callínici. Qui témpore Décii imperatóris váriis tormentórum genéribus cruciáti ; primus et últimus abscissióne cápitis, médius cæléstí voce evocátus spíritum reddens: martyrium consummárunt. Alexandríæ : commemorátio plurimórum sanctórum Mártyrum. Qui hac ipsa die factióne Syriáni ducis Ariáni, dum in Ecclésia synáxim ágerent: divérso mortis génere sunt interémpti. Item : sancti Cyrílli ejúsdem urbis Epíscopi. Qui Cathólicæ fídei præclaríssimus propugnátor : doctrína et sanctitáte illústris quiévit in pace. Cæsaraugústæ : sancti Valérii Epíscopi. Conchæ in Hispánia : natális sancti Juliáni Epíscopi. Qui érogans in páuperes bona Ecclésiæ, ópere mánuum sibi more Apostólico victum quærens : clarus miráculis quiévit in pace. In Monastério Rheménsi : depositio sancti Joánnis Presbyteri, viri Dei. In Palæstína : sancti Jacóbi Eremítæ. Qui post lapsum diu in sepúlcro pœniténtiæ causa látuit: et clarus miráculis migrávit ad Dóminum.

II A Quarto Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

Die 29. ANNESII in Subalpínis : sancti Francísci de Salésio Epíscopi et confessóris *. Qui novum Sanctimoniálium

* Ejus

Ordinem a Visitatióne beátæ Maríæ nuncupátum instítuit : et multa míllia hæreticórum Cathólicæ fídei aggregávit. Quem Pius Nonus ex sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto, universális Ecclésiæ Doctórem declarávit. Festum Duplex. Romæ via Nomentána : natális sanctórum mártyrum Papíæ et Mauri mílitum, témpore Diocletiáni imperatóris. Quorum ora jussit Laodícius Urbis præféctus ad primam Christi confessiónem lapídibus contúndi, et sic eos in cárcerem trudi, ac póstea fústibus cædi, atque ad últimum plumbátis pércuti : donec exspirárent. Perúsiæ : sancti Constántii Epíscopi et mártyris, qui una cum sóciis sub Marco Aurélio imperatóre ob fídei defensiónem martyrii corónam accépit. In Thebáide : natális beáti Pauli primi Eremítæ. Qui a sextodécimo ætátis suæ anno usque ad centésimum decimumtértium solus in erémo permánsit : cujus ánimam inter Apostolórum et Prophetárum choros ad cælum ferri ab Angelis sanctus Antónius vidit. Obiit quarto Idus Januárii : sed ejus festívitas hac die recólitur. Memoria. Edéssæ in Syria : sanctórum mártyrum Sarbélii, et Bárbeæ soróris ejus. Qui a beáto Barsimæo Epíscopo baptizáti : in persecutióne Trajáni sub Lysia præside martyrio coronáti sunt. In território Tricassíno : sancti Sabiniáni mártyris, qui jubénte Aureliáno imperatóre, pro fide Christi decollátus est. Tréviris : deposítio beáti Valérii Epíscopi, discípuli sancti Petri Apóstoli. Apud Bitúricas: sancti Sulpítii Sevéri Epíscopi, discípuli sancti Martíni, virtútibus et eruditióne conspícui. Item : Octáva sancti Vincéntii Diáconi et mártyris. Memoria.

natalis est Lugduni quinto Kalendas Januarii.

B Tértio Kaléndas Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

Die 30. ROMÆ : sanctæ Martínæ vírginis. Quæ sub Alexándro imperatóre divérsis tormentórum genéribus cruciáta, tandem gládio martyrii palmam adépta est : cujus dies natális est Kaléndis Januárii. Festum Simplex. Antiochíæ : pássio beáti Hippólyti Presbyteri. Qui Nováti schísmate aliquántulum decéptus, sed operánte grátia Christi corréptus, ad unitátem Ecclésiæ rédiit : pro qua et in qua póstea illústre martyrium consummávit. Hic rogátus a suis, quænam secta vérior esset ; exsecrátus dogma Nováti, eam fidem dicens esse servándam, quam Petri Cáthedra custodíret : júgulum præbuit. Edéssæ in Syria : sancti Barsimæi Epíscopi. Qui cum Gentíles plúrimos convertísset ad fidem, et præmisísset ad corónam : eos secútus est sub Trajáno cum palma martyrii. Ibídem : sancti Barsen Epíscopi, grátia curatiónum illústris. Qui a Valénte imperatóre Ariáno in extrémas illíus regiónis oras ob fidem Cathólicam relegátus : vitam finívit. Jerosólymis : natális sancti Matthíæ Epíscopi, de quo mira, et plena fide gesta narrántur. Qui sub Hadriáno multa pro Christo perpéssus : demum in pace quiévit. Papíæ : sancti Armentárii Epíscopi et confessóris. In Malbódio Hannóniæ Monastério : sanctæ Aldegúndis vírginis, témpore Dagobérti regis. Romæ : sancti Felícis Papæ, qui pro fide Cathólica plúrimum laborávit. Item : Octáva sancti Raymúndi confessóris. Simplex.

Prídie Kaléndas Februárii : Luna C

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

BARCINONE in Hispánia: sancti Petri Nolásco confessóris. Die 31. Qui a Deípara Vírgine mónitus : cooperánte sancto Raymúndo de Péñafort, novum Ordinem beátæ Maríæ de Mercéde Redemptiónis captivórum instítuit*. Festum Duplex. Romæ via Portuénsi: sanctórum mártyrum Cyri et Joánnis, qui post multa torménta pro confessióne Christi cápite truncáti sunt. Alexandríæ : natális sancti Metráni mártyris. Qui cum ad jussiónem Paganórum nollet ímpia verba proférre, illi totum ejus corpus fústibus collisérunt ; vultúmque et óculos præacútis cálamis terebrántes, ipsum extra urbem cum cruciátibus expulérunt : ibíque lapídibus oppréssum interemérunt. Ibídem : sanctórum mártyrum Saturníni, Thyrsi, et Victóris. In eádem civitáte: sanctórum mártyrum Tharsícii, Zótici, Cyríaci, et sociórum. Cyzici in Hellespónto: sanctæ Tryphénis mártyris. Quæ plúrimis torméntis superátis, a tauro demum necáta : martyrii palmam proméruit. Romæ : sanctæ Marcéllæ víduæ, cujus præcláras laudes beátus Hierónymus scripsit.

* Obdormivit Octavo Kalendas Januarii.

FEBRUARIUS.

xxix D Kaléndis Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 1. NATALIS sancti Ignátii Epíscopi et mártyris. Qui tértius post beátum Apóstolum Petrum Antiochénam rexit Ecclésiam : atque in persecutióne Trajáni damnátus ad béstias, Romam vinctus míttitur. Ubi circumsedénte senátu, immaníssimis pœnárum supplíciis primo afféctus, leónibus dehinc objícitur : quorum déntibus præfocátus, hóstia Christi effícitur. Festum Duplex. Smyrnæ : sancti Piónii Presbyteri et mártyris. Qui post apologías pro fide Christiána conscríptas, post squalórem cárceris, ubi multos fratrum ad martyrii toleránliam suis exhortatiónibus roborávit, cruciátibus multis vexátus, clavis confíxus, et ardénti rogo superpósitus : beátum pro Christo finem sortítus est. Cum quo et álii quíndecim passi sunt. Ravénnæ : sancti Sevéri Epíscopi, qui ob præclára mérita signo colúmbæ fuit eléctus. Trecis : sancti Pauli Epíscopi. Cujus vita virtútibus cláruit : et mors pretiósa miráculis commendátur. Eódem die : sancti Ephræm, Edessénæ Ecclésiæ Diáconi. Qui post multos labóres pro fide Christi suscéptos : sub Valénte imperatóre sanctitáte et doctrína conspícuus quiévit in Dómino. In Scótia : sanctæ Brígidæ vírginis. Quæ cum lignum altáris tetigísset in testimónium virginitátis suæ : statim víride factum est.

Quarto Nonas Februárii : Luna **E** xxvi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

PURIFICATIO beátæ Maríæ Vírginis : quæ a Græcis Hypapánte Dómini appellátur. Festum totum Duplex. Die 2
Prati in Etrúria : sanctæ Catharínæ de Ricciis Vírginis Ordinis Prædicatórum, cujus festum celebrátur Idibus Februárii. Romæ via Salária : pássio sancti Aproniáni commentariénsis. Qui adhuc Gentílis, cum sanctum Sisínium e cárcere edúceret, ut Laodício præfécto præsentáret ; vocémque e cælo factam audíret, Veníte benedícti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est a constitutióne mundi : credens baptizátur, et póstea in confessióne Dómini finem vitæ capitáli senténtia accépit. Item Romæ : sanctórum mártyrum Fortunáti, Feliciáni, Firmi et Cándidi. Cæsaréæ in Palæstína : sancti Cornélii centurióriis. Quem beátus Petrus Apóstolus baptizávit : et apud præfátam urbem Episcopáli honóre sublimávit. Aureliánis : sancti Flósculi Epíscopi. Cantuáriæ in Anglia : natális sancti Lauréntii Epíscopi. Qui post sanctum Augustínum eam Ecclésiam gubernávit : et regem ipsum ad fidem convértit.

Tértio Nonas Februárii : Luna **F** xxvii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

SEBASTE in Arménia : pássio sancti Blásii Epíscopi et Die 3
mártyris. Qui multórum patrátor miraculórum, sub Agricoláo præside, post diútinam cæsiónem, atque in ligno suspensiónem, ubi férreis pectínibus carnes ejus

disrúptæ sunt, post tetérrimum cárcerem, et in lacum demersiónem, unde salvus exívit: jubénte eódem júdice, una cum duóbus púeris cápite truncátur. Ante eum vero septem mulíeres, quæ guttas sánguinis ejus defluéntes, dum torquerétur, colligébant: deprehénsæ, quod essent Christiánæ, post dira torménta gládio percússæ sunt. Festum Simplex. In Africa: sancti Celeríni Diáconi. Qui decem et novem dies custódia cárceris septus: in nervo, et ferro, variísque pœnis gloriósus fuit Christi conféssor. Et dum inexpugnábili firmitáte certáminis sui adversárium vicit: vincéndi céteris viam fecit. Item sanctórum mártyrum Laurentíni ejus pátrui, Ignátii avúnculi, et Celerínæ áviæ: qui ántea martyrio coronáti fúerant. De quorum ómnium gloriósis láudibus exstat beáti Cypriáni Epístola. In óppido Vapíngo: sanctórum Tígidis et Remédii Episcopórum. Eódem die:
*Suecos sancti Anschárii Breménsis Epíscopi, qui Suévos * et Danos ad fidem Christi convértit.

XXVI G Prídie Nonas Februárii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

Die 4. FLORENTIÆ: sancti Andréæ Corsíni Carmelítæ Epíscopi Fesuláni, cujus natális dies est octávo Idus Januárii. Festum Duplex. Romæ: sancti Eutychii mártyris. Qui illústre martyrium consummávit, sepultúsque est in cœmetério Callísti: cujus sepúlcrum sanctus Dámasus Papa vérsibus exornávit. Forosemprónii: sanctórum mártyrum Aquilíni, Gémini, Gelásii, Magni, et Donáti. Thmuis in Ægypto: pássio beáti Phíleæ ejúsdem civitátis Epíscopi, et Philóromi tribúni mílitum. Qui in persecutióne Diocletiáni, cum a cognátis et amícis suadéri non possent ut sibi párcerent: ambo datis cervícibus pal-

mas a Dómino meruérunt. Cum quibus étiam innúmera multitúdo fidélium ex eádem urbe, pastóris sui sequens exémplum : martyrio coronáta est. Eódem die : sancti Rembérti Breménsis Epíscopi. Pelúsii in Ægypto : sancti Isidóri Mónachi, méritis et doctrína conspícui. ✠ Anniversarium.

Nonis Februárii : Luna A XXV XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

CATANÆ in Sicília : natális sanctæ Agathæ vírginis et mártyris. Quæ tempóribus Décii imperatóris sub Quintiáno júdice post álapas et cárcerem, post equúleum et torsiónes : post mammillárum abscissiónem, post volutatiónem in téstulis, et carbónibus : tandem in cárcere Deum precándo consummáta est. Festum Duplex. In Ponto : commemorátio plurimórum sanctórum Mártyrum. Quorum álii in persecutióne Maximiáni plumbo liquénti perfúsi, álii acútis arundínibus in únguibus cruciáti, ac multis horréndis torméntis vexáti, iisdémque sæpius iterátis : palmas a Dómino, et corónas illústri passióne meruérunt. Viénnæ : beáti Avíti Epíscopi et confessóris. Cujus fide, indústria, atque admirábili doctrína : ab infestatióne Ariánæ hæresis Gálliæ defénsæ sunt. Die 5.

Octávo Idus Februárii : Luna B XXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

CÆSAREÆ in Cappadócia : natális sanctæ Dorótheæ vírginis et mártyris. Quæ sub Saprício illíus provínciæ Die 6.

præside primum equúlei extensióne vexáta, dehinc palmis diutíssime cæsa : ad últimum capitáli senténtia puníta est. In cujus conlessióne Theóphilus quidam scholásticus, ad Christi fidem convérsus, et mox equúleo acérrime tortus : novíssime gládio cæsus est. Festum Duplex. Emesæ in Phœnícia: sancti Silváni Epíscopi. Qui, cum eídem Ecclésiæ annis quadragínta præfuísset ; sub Galério Maximiáno imperatóre una cum duóbus áliis objéctus feris, membratímque discérptus : martyrii palmam accépit. Arvérnis in Gállia : sancti Antoliáni mártyris. Eódem die : sanctórum Episcopórum Vedásti et Amándi, quorum vita et mors plúrimis miráculis éxstitit glorióssa. E quibus prior Atrebaténsium : alter vero Trajecténsium rexit Ecclésiam. Memoria.

XXII C Séptimo Idus Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

Die 7. SANCTI Romuáldi Abbátis Monachórum Camaldulénsium Patris: cujus dies natális ágitur tertiodécimo Kaléndas Júlii. Festum Duplex. Augústæ in Británnia : natális beáti Anguli Epíscopi. Qui ætátis cursum per martyrium explens : ætérna præmia suscípere méruit. In Phrygia : sancti Adáuci mártyris. Qui ex Itália génere clarus, et omni fere dignitátum gradu ab imperatóribus honorátus: dum adhuc quæstóris offício fungerétur, martyrii coróna pro fídei defensióne dignátus est. Item plurimórum sanctórum Mártyrum urbis unius cívium : quorum dux erat idem Adáucus. Qui cum omnes Christiáni essent, et constánter in fídei confessióne persísterent : a Galério Maximiáno imperatóre igne consúmpti sunt. In Ægypto: sancti Móysis Epíscopi venerábilis.

Qui primum in erémo vitam solitáriam duxit ; deínde peténte Máuvia Regína Sarracenórum, Epíscopus factus, gentem illam ferocíssimam magna ex parte ad fidem convértit : et gloriósus méritis quiévit in pace.

Sexto Idus Februárii : Luna D xxi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

ROMÆ : sancti Joánnis de Matha Confessóris Ordinis sanctíssimæ Trinitátis Redemptiónis captivórum Institutóris, qui sextodécimo Kaléndas Januárii obdormívit in Dómino. Festum Duplex. In Arménia minóri : natális sanctórum mártyrum Dionysii, Æmiliáni, et Sebastiáni. Alexandríæ : pássio sanctæ * Coínthæ mártyris. Quam Pagáni correptam, ad idóla perducéntes : adoráre cogébant. Quod cum illa éxsecrans recusáret, pedes ejus vínculis innecténtes ; et eam per platéas civitátis trahéntes : horréndo supplício discerpsérunt. Constantinópoli : natális sanctórum mártyrum Monachórum Monastérii Dii. Qui ob defensiónem fídei Cathólicæ, cum ferrent lítteras sancti Felícis Papæ advérsus Acácium : diríssime cæsi sunt. In Përside : commemorátio sanctórum Mártyrum, qui sub Cábade rege Persárum ob Christiánam fidem divérsis supplíciis necáti sunt.

Die 8.

* Quintæ

Quinto Idus Februárii : Luna E xx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

CATANÆ in Sicília : beáti Bernárdi confessóris Ordinis Prædicatórum ex patrícia família de Scammácca, Die 9.

quem Deus cæléstium rerum contemplatióne, et virtú tum glória mirábilem effécit. Festum Duplex. Alexandríæ : natális sanctæ Apollóniæ vírginis. Cui persecutóres dentes omnes primum excussérunt; deínde constrúcto ac succénso rogo, cum comminaréntur vivam se eam incensúros, nisi cum eis ímpia verba proférret : illa páululum intra semetípsam delíberans, repénte se de mánibus impiórum prorípuit, et in ignem, quem paráverant, majóri sancti Spíritus flamma intus accénsa sponte prosilívit; ita ut perterreréntur étiam ipsi crudelitátis auctóres : quod prómptior invénta esset ad mortem fémina, quam persecútor ad pœnam. Memoria. Soli in Cypro : sanctórum mártyrum Ammónii et Alexándri. Antiochíæ : sancti Nicéphori mártyris. Qui sub Valeriáno imperatóre cápite cæsus : martyrii corónam accépit. In Africa in castéllo Leménsi : sanctórum mártyrum Primi et Donáti Diaconórum. Qui cum altáre in ecclésia tutaréntur : a Donatístis occísi sunt. In monastério Fontanéllæ : sancti Ansbérti Rhotomagénsis Epíscopi. Canúsii in Apúlia : sancti Sabíni Epíscopi et confessóris.

xix F Quarto Idus Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11

Die 10. APUD montem Cassínum : sanctæ Scholásticæ vírginis, soróris sancti Benedícti Abbátis, qui ejus ánimam instar colúmbæ migrántem e córpore in cælum ascéndere vidit. Festum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Zótici, Irenæi, Hyacínthi, et Amántii. Ibídem via Lavicána : sanctórum decem mílitum mártyrum. Item Romæ via Appia : sanctæ Sotéris vírginis et mártyris. Quæ, ut scribit sanctus Ambrósius, nóbili génere nata, pa-

éntum consulátus et præfectúras ob Christum contémpsit ; jússaque immoláre, non acquiéscens, gráviter t diutíssime álapis cæsa est: et cum cétera quoque pœnárum génera vicísset, percússa gládio, læta migrávit d Sponsum. In pago Rhotomagénsi: sanctæ Austrebéræ vírginis, miráculis célebris.

Tértio Idus Februárii : Luna G XVIII.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

DESPONSATIO beátæ Maríæ Vírginis cum beáto Joseph. Die 11. Festum totum Duplex. Item: memória sancti Joseph onfessóris, sponsi ejúsdem beátæ Maríæ Vírginis. In frica: natális sanctórum mártyrum Saturníni Presbyteri,)atívi, Felícis, Ampélii, et sociórum. Qui convenién-es ad Domínicum ex more celebrándum : in persecuióne Diocletiáni a milítibus comprehénsi sub Anolíno roocónsule passi sunt. In Numídia: commemorátio plurinórum sanctórum mártyrum. Qui in eádem persecutióne omprehénsi, cum juxta imperatóris edíctum divínas Scriptúras trádere noluíssent: gravíssimis excruciáti supplíciis, occísi sunt. Hadrianópoli : sanctórum mártyrum úcii Epíscopi, et sociórum ejus. Qui sub Constántio ab riánis multa perpéssus: in vínculis martyrium consummávit. Céteri vero nobilióres cívium, cum Ariános in Sardicénsi Concílio tunc damnátos recípere noluíssent : Philágrio cómite capitálem senténtiam excepérunt. ugdúni: sancti Desidérii Epíscopi Viennénsis et mártyris. In castro Nantoniénsi : sancti Severíni Abbátis nonastérii Agaunénsis. Cujus précibus : cultor Dei rex Clodovéus a diútina infirmitáte liberátus est.

XVII A Prídie Idus Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2 3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

Die 12. LUTETIÆ Parisiórum : beáti Regináldi confessóris. Qui cum esset Aurelianénsis Decánus ecclésiæ sancti Aniáni, Romæ de mánibus beáti Patris Domínici hábitum Ordinis Prædicatórum assúmpsit : qualem paulo ante ipsi letáliter in Urbe ægrotánti beatíssima Virgo María demonstrásse perhibétur. Festum Duplex. Barcinóne in Hispánia : sanctæ Euláliæ vírginis. quæ témpore Diocletiáni imperatóris equúleum, úngulas, flammásque perpéssa : demum cruci affixa gloriósam martyrii corónam accépit. Alexandríæ : sanctórum Modésti et Ammónii infántum. Antiochíæ : sancti Melétii Epíscopi. Qui pro fide cathólica sæpe exsílium passus, demum Constantinópoli migrávit ad Dóminum : cujus virtútes sanctus Joánnes Chrysóstomus et sanctus Gregórius Nyssénus summis láudibus celebrárunt. Constantinópoli : sancti Antónii Epíscopi, témpore Leónis Sexti imperatóris.

XVI B Idibus Februárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

Die 13. PRATI in Etrúria : sanctæ Catharínæ de Ricciis vírginis Florentínæ Ordinis Prædicatórum, cæléstium donórum cópia insígnis. quam Benedíctus Decimusquártus Póntifex Máximus sanctárum Vírginum fastis adscrípsit. Obiit virtútibus et méritis plena quarto nonas Februárii : sed ejus festum hódie celebrátur. Festum totum

duplex. Antiochíæ : natális sancti Agabi Prophétæ, de quo beátus Lucas in Actibus Apostólicis scribit. Melitínæ in Arménia : sancti Polyéucti mártyris. Qui in persecutióne Décii imperatóris multa passus : martyrii corónam adéptus est. Romæ : sancti Gregórii Papæ Secúndi. Qui Leónis Isáurici impietáti acérrime réstitit : et sanctum Bonifácium ad prædicándum Evangélium in Germániam misit. Andégavi : depositio sancti Lucínii Epíscopi, venerábilis sanctitátis viri. Reáte : sancti Stéphani Abbátis, miræ patiéntiæ viri. In cujus tránsitu, ut refert beátus Gregórius Papa : sancti Angeli, céteris étiam vidéntibus, adfuérunt.

Sextodécimo Kaléndas Mártii : Luna C xv

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

PERUSII : beáti Nicolái Pálea de Juvenátio confessóris Die 14. Ordinis nostri, Perusíni et Tranénsis convéntus fundatóris. Qui a beáto Domínico Patre nostro ad Ordinem recéptus, et in prædicatióne verbi Dei comes admíssus ; in ómnium virtútum exercítio mirabíliter resplénduit. Festum Duplex. Romæ: sanctórum Mártyrum Vitális, Felículi, et Zenónis. Interámnæ : sancti Valentíni Epíscopi et mártyris. Qui post diútinam cædem custódiæ mancipátus, cum superári non posset : médiæ noctis siléntio ejéctus de cárcere, decollátus est jussu Plácidi urbis præfécti. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Bassi, Antónii, et Protólici, qui demérsi sunt in mare. Item : sanctórum mártyrum Cyriónis Presbyteri, Bassiáni Lectóris, Agathónis Exorcístæ, et Móysis, qui omnes igni combústi evolárunt ad cælum. Ibídem : sanctórum Dionysii et Ammónii decollatórum. Apud Sur-

réntum: sancti Antoníni Abbátis. Qui e monastério Cassinénsi a Longobárdis devastáto in solitúdinem ejúsdem urbis secédens, ibídem sanctitáte célebris obdormívit in Dómino: cujus corpus multis quotídie miráculis, et præsértim in liberandis energúmenis effúlget.

XIV D Quintodécimo Kaléndas Mártii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

Die 15. Beati Jordáni festívitas. Qui propter vitæ et doctrínæ probitátem, in gubernatióne Ordinis beáto Patri nostro Domínico dignus hábitus est ut sufficerétur; et in regímine pósitus, zelo salútis animárum exardéscens Ordinem brevi amplificávit: ac tandem méritis plenus per aquas multas cælo victor intrávit. Festum Duplex. Bríxiæ: natális sanctórum mártyrum Faustíni et Jovítæ. Qui sub Hadriáno imperatóre post multa præclára pro Christi fide suscépta certámina: victrícem martyrii corónam accepérunt. Romæ: sancti Cratónis mártyris. Qui cum uxóre sua, et univérsa domo a beáto Valentíno Epíscopo baptizátus: non multo post una cum illis martyrio consummátus est. Interámnæ: sanctæ Agapis vírginis et mártyris. Vasióne in Gálliis: sancti Quinídii Epíscopi, cujus mortem in conspéctu Dómini pretiósam mirácula crebra testántur. In província Valériæ: sancti Sevéri Presbyteri. De quo beátus Gregórius scribit: quod fusis lácrymis defúnctum revocávit ad vitam. Antiochíæ: sancti Joseph Diáconi.

Quartodécimo Kaléndas Mártii : Luna E XIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

Aretii in Etrúria: beáti Gregórii Décimi Placentíni. Qui ex Archidiácono Leodiénsi summus Póntifex renuntiátus Concílium Lugdunénse secúndum celebrávit: Græcísque ad unitátem fidei recéptis, compósitis Christianórum dissídiis, Terræ sanctæ recuperatióne institúta, Ecclésiam sanctíssime gubernávit. Festum Duplex. Natális beáti Onésimi: de quo sanctus Paulus Apóstolus ad Philémonem scribit. Quem étiam post sanctum Timótheum Ephesiórum Epíscopum ordinávit, prædicationísque verbum illi commísit. Hic vinctus Romam perdúctus, ac pro fide Christi lapidátus, primo ibídem sepúltus fuit : inde ad locum, ubi Epíscopus fúerat ordinátus, corpus ejus delátum est. Cumis in Campánia: translátio sanctæ Juliánæ vírginis et mártyris. Quæ Nicomedíæ sub Maximiáno imperatóre primum a patre suo Africáno gráviter cæsa, deínde ab Evilásio præfécto, cui núbere recusárat, várie cruciáta, et póstmodum in cárcerem detrúsa, ubi palam cum diábolo conflíxit: demum flammas ígnium, et ollam fervéntem súperans, cápitis decollatióne martyrium consummávit. In Ægypto : sancti Juliáni mártyris, cum áliis quinque míllibus. Cæsaréæ in Palæstína : sanctórum mártyrum Ægyptiórum Elíæ, Jeremíæ, Isaíæ, Samuélis, et Daniélis. Qui cum spontánee ministrássent Confessóribus in Cilícia ad metálla damnátis, inde reverténtes comprehénsi, et a Firmiliáno præside sub Galério Maximiáno imperatóre sævíssime torti : gládio demum percússi sunt. Post quos sanctus Porphyrius Pámphili mártyris fámulus , et sanctus Seléucus Cáppadox, qui iterátis certamínibus sæpe ví- Die 16.

cerant, rursus cruciáti : alter incéndio, gládio alter martyrii corónam accepérunt.

XII F Tertiodécimo Kaléndas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

Die 17. IN Pérside : natális beáti Polychrónii Epíscopi Babylónis. Qui in persecutióne Décii, ore lapídibus cæso, mánibus exténsis óculos ad cælum élevans : emísit spíritum. Concórdiæ: sanctórum mártyrum Donáti, Secundiáni, et Rómuli, cum áliis octogínta sex ejúsdem corónæ consórtibus. Cæsaréæ in Palæstína: sancti Theóduli senis. Qui ex família præsidis Firmiliáni, mártyrum excitátus exémplo, cum Christum constánter confiterétur, cruci affixus : martyrii palmam nóbili triúmpho proméruit. Ibídem: sancti Juliáni Cappádocis. Qui exósculans necatórum Mártyrum córpora, ut Christiánus delátus, et ad præsidem ductus : lento igne jussus est combúri. In pago Tarvanénsi : sancti Silvíni Epíscopi Tolosáni. In Scótia : sancti Fintáni Presbyteri et confessóris.

XI G Duodécimo Kaléndas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Die 18. PISTORII in Hetrúria : beáti Lauréntii a Ripafrácta confessóris Ordinis nostri. Qui ascensiónes in corde suo dispónens : ómnibus religiósis virtútibus enítuit. Quem sanctus Antonínus vitæ suæ reguláris institutórem cum habuísset, ejus sanctimóniam perspéctam hábuit : et magnis láudibus éxtulit. Festum Duplex. Jerosólymis :

natális beáti Simeónis Epíscopi et mártyris, qui filius Cléophæ, et propínquus Salvatóris secúndum carnem fuísse tráditur. Hic Jerosolymórum Epíscopus post Jacóbum fratrem Dómini ordinátus, in persecutióne Trajáni multis supplíciis afféctus, martyrio consummátus est: ómnibus, qui áderant, et júdice ipso mirántibus, ut centum vigínti annórum senex crucis supplícium fórtiter, constantérque pertulísset. Apud Ostia Tiberína: sanctórum mártyrum Máximi et Cláudii fratrum, et Præpedígnæ uxóris Cláudii, cum duóbus fíliis Alexándro et Cútia. Qui cum essent præclaríssimi géneris, jubénte Diocletiáno tenti sunt, atque in exsílium deportáti, deínde incéndio concremáti: odoríferum martyrii sacrifícium Deo ipsi obtulérunt. Quorum relíquiæ in flumen projéctæ, et a Christiánis perquisítæ: juxta eámdem civitátem sepúltæ sunt. Constantinópoli: sancti Flaviáni Epíscopi. Qui cum fidem cathólicam Ephesi propugnáret, ab ímpii Dióscori factióne pugnis et cálcibus percússus, atque in exsílium actus: ibídem post tríduum vitam finívit. Toléti: sancti Helládii Epíscopi et confessóris.

Undécimo Kaléndas Mártii: Luna A x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

CORDUBÆ in Hispánia: beáti Alvari confessóris Ordinis Die 19.
Prædicatórum, convéntus Scalæ cæli fundatóris. Festum Duplex. Romæ: natális sancti Gabíni Presbyteri et mártyris, fratris beáti Caii Papæ. Qui a Diocletiáno diu in custódia vínculis afflíctus: pretiósa morte cæli gáudia comparávit. In Africa: sanctórum mártyrum Públii, Juliáni, Marcélli, et aliórum. In Palæstína:

commemorátio sanctórum Monachórum, et aliórum mártyrum, qui a Sarracénis sub duce Alemúndaro ob fidem Christi sævíssime cæsi sunt. Apud Beneléntum : sancti Barbáti Epíscopi, qui sanctitáte célebris Longobárdos et eórum ducem ad Christum convértit. ✠

IX B Décimo Kaléndas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

Die 20 OCTAVA sanctæ Catharínæ de Ríicciis. Simplex. Tyri in Phœnícia : commemorátio beatórum mártyrum, quorum númerum solíus Dei sciéntia cólligit. Qui sub Diocletiáno imperatóre : a Vetúrio mílitum magístro multis tormentórum genéribus sibi ínvicem succedéntibus occísi sunt. Primo quidem flagris toto córpore dilaniáti ; inde divérsis bestiárum genéribus tráditi, sed ab illis divína virtúte nil læsi : post áddita feritáte ignis ac ferri martyrium consummárunt. Horum gloriósam multitúdinem ad victóriam incitábant Tyránnio, Sylvánus, Péleus, et Nilus Epíscopi, ac Zenóbius Présbyter : qui felíci agóne una cum illis martyrii palmam adépti sunt. In Cypro ínsula : sanctórum mártyrum Pothámii et Nemésii. Constantinópoli : sancti Eleuthérii Epíscopi et mártyris. In Pérside : natális sancti Sadoth Epíscopi, et aliórum centum vigínti octo. Qui sub Sápore rege Persárum, cum solem adoráre renuíssent : crudéli nece præcláras sibi corónas comparárunt.

Nono Kaléndas Mártii : Luna Cviii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

SAVILIANI in Pedemóntio : beáti Aimónis Taparélli Con- Die 21.
fessóris Ordinis nostri. Qui vitæ sanctitáte, atque doctrína, multísque pro cathólicæ fidei conservatióne exantlátis labóribus conspícuus : ad cæléstia regna evéctus est in ipsa solemnitáte assúmptæ in cælum Deíparæ, cujus exímius cultor exstíterat. Festum Duplex. Romæ via Flamínia : natális* beáti Valentíni Presbyteri et mártyris. Qui post multa sanitátum et doctrínæ insígnia, fústibus cæsus : decollátus est sub Cláudio Cæsare. Tres Lectiones. In Sicília : natális sanctórum mártyrum septuagínta novem, qui sub Diocletiáno per divérsa torménta confessiónis suæ corónam percípere meruérunt. Adrumeti in Africa : sanctórum mártyrum Véruli, Secundíni, Sirícii, Felícis, Sérvuli, Saturníni, Fortunáti, et aliórum séxdecim, qui in persecutióne Wandálica ob cathólicæ fidei confessiónem martyrio coronáti sunt. Scythópoli in Palæstína : sancti Severiáni Epíscopi et mártyris. Damásci : sancti Petri Maviméni. Qui cum díceret Arábibus quibúsdam ad se ægrótum veniéntibus ; Omnis, qui fidem Christiánam cathólicam non ampléctitur, damnátus est, sicut et Máhumet pseudoprophéta vester : ab illis necátus est. ✠

* Olim xvi Kal. Martii celebr.

Octávo Kaléndas Mártii : Luna Dvii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

ANTIOCHIÆ : Cáthedra sancti Petri Apóstoli, ubi primum Die 22.
discípuli cognomináti sunt Christiáni. Festum Du-

plex. Hierápoli in Phrygia: beáti Papíæ ejúsdem civitátis Epíscopi, qui sancti Joánnis senióris audítor fuit. Salamínæ in Cypro: sancti Aristiónis, qui, ut idem Papías testátur, fuit unus de septuagínta duóbus Christi discípulis. Alexandríæ: sancti Abílii Epíscopi. Qui secúndus post beátum Marcum ejúsdem civitátis Epíscopus: sacerdótium virtúte conspícuus ministrávit. Viénnæ: sancti Paschásii Epíscopi, eruditióne et morum sanctitáte præclári.

VI E Séptimo Kaléndas Mártii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

In anno Bissextili omittitur Vigília sancti Matthíæ Apóstoli, quia transfertur in sequentem diem, quæ est 24.

Die 23. FAVENTIÆ: sancti Petri Damiáni Cardinális, et Epíscopi Ostiénsis, doctrína et sanctitáte célebris. Festum Duplex. Vigília sancti Matthíæ Apóstoli. Apud Sírmium: beáti Siréni Mónachi et mártyris. Qui jubénte Maximiáno imperatóre tentus, cum se Christiánum esse confiterétur: cápite cæsus est. Ibídem: natális sanctórum septuagínta duórum mártyrum, qui martyrii certámen in præfáta urbe consummántes, regna mansúra percepérunt. Romæ: sancti Polycárpi Presbyteri. Qui cum beáto Sebastiáno plúrimos ad fidem Christi convértit: atque ad martyrii glóriam exhortándo perdúxit. Constantinópoli: sancti Lázari Mónachi. Qui, cum sacras imágines píngeret, Theóphili imperatóris Iconoclástæ jussu diris supplíciis excruciátur, et manus ei candénti ferro combúritur; sed Dei virtúte sanátus abrásas imágines sanctas pingéndo restítuit: ac demum in pace quiévit. Híspali in Hispánia: sancti Florentíni confessóris. In Anglia: sanctæ Milbúrgis vírginis fíliæ regis Merciórum.

udérti : sanctæ Románæ vírginis. Quæ a sancto
lvéstro Papa baptizáta, in antris et spelúncis cæléstem
tam duxit : et miraculórum glória cláruit. ✠
In anno Bissextili bis pronuntiatur : Sexto Kaléndas
ártii : et eadem Luna, scilicet die 24. et 25. Prima die,
est 24. hoc modo, Sexto Kaléndas Mártii : Luna quota
erit. Deinde : Vigília sancti Matthíæ Apóstoli. Item :
mmemorátio plurimórum sanctórum Mártyrum et
onfessórum, atque sanctárum Vírginum.

Sexto Kaléndas Mártii : Luna F V

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

N Judæa : natális sancti Matthíæ Apóstoli. Qui post Die 24
Ascensiónem Dómini ab Apóstolis in locum Judæ
roditóris sorte eléctus : pro Evangélii prædicatióne
artyrium passus est. Festum totum Duplex. Cæsaréæ
Cappadócia : sancti Sérgii mártyris, cujus gesta præ-
ára habéntur. In Africa : sanctórum mártyrum Montáni,
úcii, Juliáni, Victoríci, Flaviáni, et sociórum. Qui
érunt sancti Cypriáni discípuli : et sub Valeriáno
nperatóre martyrium consummárunt. In Anglia : sancti
dilbérti regis Cantiórum, quem sanctus Augustínus
nglórum Epíscopus ad fidem Christi convértit.

Quinto Kaléndas Mártii : Luna G IV

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

N Picéno : beáti Constántii de Fabriáno Ordinis Præ- Die 25.
dicatórum, austeritáte vitæ, jugísque oratiónis dono

claríssimi. Cujus córpus Asculi, sacrum vero caput Fabriáni religióse asservátur. Festum Duplex. In Ægypto: natális sanctórum mártyrum Victoríni, Victóris, Nicéphori, Claudiáni, Dióscori, Serapiónis, et Papíæ sub Numeriáno imperatóre. Quorum duo primi pro confessióne fidei exquisíta suppliciórum génera constánter toleréntes, cápite plectúntur ; Nicéphorus post cratículas candéntes, ignésque superátos, minutátim concísus est : Claudiánus et Dióscorus flammis incénsi, Serápion vero et Papías gládio cæsi sunt. Romæ : natális sancti
*Alias Quarti. Felícis Papæ Tértii. * Qui sancti Gregórii Magni átavus fuit : de quo is refert, quod sanctæ Tharsíllæ nepti appárens, illam ad cæléstia regna vocávit. Constantinópoli : sancti Tharásii Epíscopi, eruditióne et pietáte insígnis, ad quem exstat Hadriáni Papæ Primi epístola pro defensióne sanctárum imáginum. Naziánzi : sancti Cæsárii, fratris beáti Gregórii Theólogi, quem idem Gregórius inter ágmina Beatórum se vidísse testátur.

III A Quarto Kaléndas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

•	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
	18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

Die 26. PERGE in Pamphylia : natális beáti Néstoris Epíscopi. Qui in persecutióne Décii, cum die noctúque oratióni insísteret, póstulans ut grex Christi custodirétur ; comprehénsus, ac nomen Dómini mira libertáte et alacritáte conféssus, jussu præsidis Polliónis equúleo crudelíssime tortus est : ac demum, cum se Christo semper adhæsúrum constánter profiterétur, crucis suspéndio victor migrávit in cælum. Alexandríæ : sancti Alexándri Epíscopi, gloriósi senis. Qui post beátum Petrum ejúsdem civitátis Epíscopum, Aríum Presbyterum suum hærética impietáte depravátum, et divína veritáte con-

víctum, de Ecclésia ejécit : ac póstea inter trecéntos decem et octo Patres in Nicæno Concílio eúmdem damnávit. Gazæ in Palæstína : sancti Porphyrii Epíscopi. Qui témpore Arcádii imperatóris Marnam idólum, ejúsque templum evértit : ac multa passus quiévit in Dómino. ✠

Tértio Kaléndas Mártii : Luna B II

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

ALEXANDRIÆ : pássio sancti Juliáni mártyris. Qui cum Die 27.
ita pódagra constríctus esset, ut neque incédere, neque stare posset : una cum duóbus fámulis, qui eum in sella gestábant, júdici offértur. Quorum alter fidem negávit ; alter nómine Eunus cum Juliáno in confessióne Christi perdúrans, ambo simul camélis impósiti, per totam urbem circumdúci jubéntur, et flagris laniári : ac tandem incénso rogo, hinc inde spectánte pópulo, combúri. Ibídem : sancti Besæ mílitis. Qui cum insultántes in prædíctos mártyres cohibéret, delátus ad júdicem : pro fide constánter agens, cápite truncátus est. Híspali in Hispánia : natális sancti Leándri ejúsdem civitátis Epíscopi. Cujus prædicatióne et indústria : Wisigothórum gens, adjuvánte Reccarédo eórum rege, ab Ariána impietáte ad cathólicam fidem convérsa est. Ejus tamen festívitas in Hispánia : tértio idus Mártii celebrátur. Lugdúni : sancti Baldoméri viri Dei, cujus sepúlcrum crebris miráculis illustrátur.

C — Prídie Kaléndas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

Die 28. FLORENTIÆ : beátæ Villánæ mulíeris Tértii Ordinis sancti Domínici, cujus vita Crucifíxi amóre, admirábili patiéntia, sui abnegatióne, terrenárum rerum contémptu, aliísque virtútibus fuit insígnis. Festum Duplex. Romæ : natális sanctórum mártyrum Macárii, Rufini Justi, et Theóphili. Alexandríæ : commemorátio sanctórum Presbyterórum, Diaconórum, et aliórum plurimórum. Qui témpore Valeriáni imperatóris, cum pestis sævíssima grassarétur, morbo laborántibus ministrántes libentíssime mortem oppetiére : quos velut mártyres religiósa piórum fides venerári consuévit. In território Lugdunénsi, locis Jurénsibus : depositio sancti Románi Abbátis. Qui primus illic eremíticam vitam duxit : et multis virtútibus ac miráculis clarus, plurimórum póstea Pater éxstitit Monachórum.

MARTIUS.

D — Kaléndis Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

Die 1. TABLÆ : beáti Christóphori de Medioláno Confessóris Ordinis Prædicatórum, illíus convéntus et ecclésiæ fundatóris. Qui sua prædicatióne multos ad Christum convértit. Festum Duplex. Romæ : sanctórum márty-

rum ducentórum sexagínta. Quos jussit primo Cláudius pro Christi nómine damnátos extra portam Saláriam arénam fódere : deínde in amphiteátro mílitum sagíttis intérfici. Massíliæ : sanctórum mártyrum Hermétis et Hadriáni. Eódem die : sanctæ Antonínæ mártyris. Quæ in persecutióne Diocletiáni, cum Gentílium deos irrisísset, post vários cruciátus in vase quodam inclúsa : in palúdem urbis Ceæ demérsa est. Apud civitátem Werdam : sancti Suitbérti Epíscopi, qui témpore Sérgii Papæ apud Frísones, Bátavos, et álios Germániæ pópulos Evangélium prædicávit. Andégavi : sancti Albíni Epíscopi et confessóris, viri præclaríssimæ virtútis et sanctitátis. Tres Lectiones. Perúsiæ : translátio sancti Herculáni Epíscopi et mártyris. Qui jussu Tótilæ Gothórum regis decollátus est : cujus corpus ita cápiti unítum, atque sanum quadragésimo post abscissiónem die (ut scribit sanctus Gregórius Papa) repértum est, ac si nulla ferri incísio illud tetigísset. ✠

Sexto Nonas Mártii : Luna E XXIX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

ULMÆ in Germánia : beáti Henríci Susónis Suévi confessóris Ordinis nostri, reguläri observántia célebris, sanctitáte vitæ, et miraculórum fama. Obiit octávo Kaléndas Februárii : sed ejus festívitas hódie celebrátur. Festum Duplex. Romæ via Latína : sanctórum mártyrum Jovíni et Basiléi, qui passi sunt sub Valeriáno et Galliéno imperatóribus. Item Romæ : plurimórum sanctórum mártyrum, qui sub Alexándro imperatóre et Ulpiáno præfécto diu cruciáti, ad extrémum capitáli senténtia damnáti sunt. Cæsaréæ in Cappadócia : sanctórum Die 2.

mártyrum Lúcii Epíscopi, Absalónis, et Lórgii. In Campánia : commemorátio sanctórum octogínta mártyrum. Qui cum nollent carnes immolátas comédere, nec caput capræ adoráre : a Longobárdis sævíssime cæsi sunt. Romæ: sancti Simplícii Papæ et confessóris. In Anglia : sancti Ceáddæ Epíscopi Merciórum et Lindisfarnórum, cujus præcláras virtútes Beda commémorat.

XXVIII F Quinto Nonas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

Die 3 CÆSAREÆ in Palæstína : sanctórum mártyrum Maríni mílitis, et Astérii senatóris in persecutióne Valeriáni. Quorum prior accusátus a commilitónibus, quod esset Christiánus ; et interrogátus a júdice, cum Christiánum se esse voce claríssima testarétur : martyrii corónam cápitis abscissióne suscépit. Cumque Astérius corpus mártyris cápite truncátum, subjéctis húmeris et substráta veste, qua induebátur, excíperet : honórem, quem mártyri détulit, contínuo ipse martyr accépit. In Hispánia : natális sanctórum mártyrum Hemitérii et Cheledónii. Qui cum apud Legiónem Galléciæ urbem in castris militárent, exsurgénte persecutiónis procélla, Calagúrrim perdúcti, pro confessióne nóminis Christi plúrimis torméntis afflícti : ibídem martyrio coronáti sunt. Bambérgæ : sanctæ Chunegúndis Augústæ. Quæ Henríco Primo imperatóri nupta, cum virginitátem ipso annuénte servásset, bonórum óperum méritis cumuláta, sancto fine quiévit : et post mortem miráculis cláruit. ✠

Quarto Nonas Mártii : Luna — G XXVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

VILNÆ in Lithuánia : beáti Casimíri filii Casimíri regis, quem Leo Décimus Románus Póntifex in Sanctórum númerum rétulit. Festum Duplex. Romæ via Appia : natális sancti Lúcii Papæ et mártyris. Qui primo * sub Gallo et Volusiáno imperatóribus ob Christi fidem exsílio relegátus, et póstmodum divíno nutu ad Ecclésiam suam redíre permíssus ; cum plúrimum advérsus Novatiános laborásset, martyrium cápitis obtruncatióne complévit : quem sanctus Cypriánus summis láudibus celebrávit. Romæ item via Appia : sanctórum mártyrum nongentórum, qui pósiti sunt in cœmetério ad sanctam Cæcíliam. Eódem die : sancti Cáii Palatíni in mare demérsi, et aliórum vigínti septem.

Die 4.

* Alias in persecutióne Valeriáni.

Tértio Nonas Mártii : Luna — A XXVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

ANTIOCHIÆ : natális sancti Phocæ mártyris. Qui post multas, quas pro nómine Redemptóris passus est, injúrias, quáliter de antíquo illo serpénte triumpháverit, hódie quoque pópulis eo miráculo declarátur : quod si quíspiam a serpénte morsus fúerit, ut jánuam basílicæ Mártyris credens attígerit, conféstim evacuáta virtúte venéni sanátur. Cæsaréæ in Palæstína : sancti Hadriáni mártyris. Qui primo in persecutióne Diocletiáni jussu Firmiliáni præsidis ob Christi fidem leóni objéctus : deínde gládio jugulátus, martyrii corónam accépit. Eódem

Die 5.

die : pássio sanctórum Eusébii Palatíni, et aliórum novem mártyrum. Cæsaréæ in Palæstína: sancti Theóphili Epíscopi, qui sub Sevéro príncipe sapiéntia et vitæ integritáte conspícuus enítuit. Item in Palæstína ad ripam Jordánis : sancti Gerásimi Anachorétæ, qui témpore Zenónis imperatóris flóruit.

XXV B Prídie Nonas Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Die 6. Pisis : beáti Jordáni confessóris Ordinis nostri, doctrína, prædicatióne, virtútibus, et miraculórum glória insígnis. Festum Duplex. Nicomedíæ: natális sanctórum mártyrum Victóris et Victoríni. Qui per triénnium cum Cláudio, et Bassa uxóre ejus, torméntis multis afflícti, et retrúsi in cárcerem : ibídem vitæ suæ cursum implevérunt. Constantinópoli : sancti Evágrii. Qui témpore Valéntis a Cathólicis eléctus Epíscopus, ab eódem imperatóre in exsílium missus: migrávit ad Dóminum. In Cypro: sancti Conónis mártyris. Qui sub Décio imperatóre pédibus clavis confixis, ante currum jussus cúrrere in génua procúmbens : in oratióne réddidit spíritum Bonóniæ : sancti Basílii Epíscopi. Qui a sancto Silvéstro Papa ordinátus : verbo et exémplo créditam sibi Ecclésiam sanctíssime gubernávit.

XXIV C Nonis Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Die 7. In monastério Fossænóvæ prope Tarracínam : sancti Thomæ Aquinátis Confessóris, et Ecclésiæ Doctóris,

Ordinis Prædicatórum, nobilitáte géneris, vitæ sanctitáte, et theologíæ sciéntia præclaríssimi. Qui virginitátis decus perpétuo cóluit : et ob exímiam eruditiónis præstántiam Doctóris Angélici nomen jure proméruit. Cujus scripta doctrínæ sólida veritáte conspícua, et Christi Dómini ore commendáta : velut fulgéntia lúmina Cathólicam Ecclésiam, et cunctas orthodóxi orbis académias mirum in modum illústrant. Quem Leo Decimustértius scholárum ómnium catholicárum cæléstem Patrónum declarávit. Festum totum Duplex. Tubúrbi in Mauritánia : natális sanctárum mártyrum Perpétuæ et Felicitátis. Quæ cum esset prægnans, ut sanctus Augustínus ait, exspectáta, juxta leges, ut páreret, dum parturiébat dolébat : objécta feris gaudébat. Passíque sunt cum eis Revocátus, Saturnínus, et Secúndolus ; quorum últimus quiévit in cárcere : réliqui omnes béstiis tráditi sunt sub Sevéro príncipe. Cæsaréæ in Palæstína : pássio sancti Eubúli. Qui cum esset sócius sancti Hadriáni, bíduo post illum laniátus a leónibus, et gládio trucidátus : últimus ómnium in ea civitáte martyrii corónam accépit. In Thebáide : sancti Pauli cognoménto Símplicis.

Octávo Idus Mártii : Luna D XXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

GRANATÆ in Hispánia : sancti Joánnis de Deo Ordinis Die 8.
Fratrum Hospitalitátis infirmórum Institutóris, misericórdia in páuperes, et sui despiciéntia célebris. Festum Duplex. Apud Antínoum Ægypti urbem : natális sanctórum mártyrum Philémonis, et Apollónii Diáconi. Qui tenti, et ad júdicem addúcti, cum constánter idólis sacrificáre renuíssent ; perforátis calcáneis per civitátem horribíliter tracti : novíssime gládio cæsi martyrium complevérunt. Item ibídem : pássio sanctórum

Ariáni præsidis, Theótici, et aliórum trium. Quos judex submérsos in mare necávit: sed delphinórum obséquio córpora eórum ad litus deláta sunt. Carthágine: sancti Póntii Diáconi beáti Cypriáni Epíscopi. Qui usque ad diem mortis illíus cum ipso exsílium sústinens; vitæ et passiónis ejus egrégium volúmen relíquit: atque in suis passiónibus Dóminum semper glorificans, corónam vitæ proméruit. Toléti in Hispánia: depositio beáti Juliáni Epíscopi et confessóris, sanctitáte et doctrína celebérrimi. In Anglia: sancti Felícis Epíscopi, qui Orientáles Anglos ad fidem convértit.

XXI E Séptimo Idus Mártii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 9. ROMÆ: sanctæ Francíscæ víduæ, nobilitáte géneris, sanctitáte, et miraculórum glória célebris. Festum Duplex. Apud Sebásten Arméniæ: natális sanctórum quadragínta mílitum Cappádocum. Qui témpore Licínii imperatóris sub præside Agricoláo post víncula, et cárceres tetérrimos, post cæsas lapídibus fácies, frigidíssimo híemis témpore nudi sub dio expósiti* sunt, ubi gelu constrícta eórum córpora disrumpebántur: ac demum crurifrágio martyrium consummárunt. Erant autem inter eos nobilióres Cyrion et Cándidus: quorum ómnium præcláras glórias sanctus Basílius aliíque Patres scriptis suis celebrárunt. Nyssæ: depositio sancti Gregórii Epíscopi, fratris beáti Basílii Magni, vita et eruditióne claríssimi. Qui ob fidei cathólicæ defensiónem sub Valénte imperatóre Ariáno: civitáte sua pulsus est. Barcinóne in Hispánia: sancti Paciáni Epíscopi, tam vita quam sermóne conspícui. Qui témpore Theodósii príncipis: in última senectúte finem vitæ sor-

* Alias in rigens stagnum missi.

títus est. In Morávia : sanctórum Episcopórum Cyrílli et Methódii, qui multas illárum regiónum gentes cum eárum régibus ad fidem Christi perduxérunt. ✠

Sexto Idus Mártii : Luna F XXI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

PANORMI in Sicília : beáti Petri de Jeremía confessóris Die 10.
Ordinis Prædicatórum. Qui a sancto Vincéntio Ferrério in ministério verbi Dei confirmátus : salúti animárum totum se dedit. Festum Duplex. Apaméæ in Phrygia: natális sanctórum mártyrum Cáii et Alexándri. Qui, ut scribit Apollináris Hierapolitánus Epíscopus in libro advérsus Cataphrygas hæréticos : in persecutióne Marci Antoníni et Lúcii Veri glorióso martyrio coronáti sunt. In Pérside : pássio sanctórum quadragínta duórum mártyrum. In Africa : sancti Victóris mártyris, in cujus solemnitáte sanctus Augustínus tractátum hábuit. Hierosólymis : sancti Macárii Epíscopi et confessóris. Cujus hortátu loca sancta a Constantíno et Hélena expurgáta, et sacris basílicis illustráta sunt. Lutétiæ Parisiórum : depositio sancti Droctovéi Abbátis, discípuli beáti Germáni Epíscopi. In monastério Luxoviénsi: sancti Attalæ Abbátis miráculis clari.

Quinto Idus Mártii : Luna G XX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

CARTHAGINE : sanctórum mártyrum Heráclii et Zósimi. Die 11.
Alexandríæ : pássio sanctórum Cándidi, Piperiónis, et aliórum vigínti. Laodicéæ in Syria : sanctórum már-

tyrum Tróphimi et Thali, qui in persecutióne Diocletiáni post multa sævaque torménta corónas glóriæ sunt assecúti. Antiochíæ: commemorátio plurimórum sanctórum mártyrum. Quorum álii Galérii Maximiáni imperatóris mandáto candéntibus cratículis superpósiti, non ad mortem, sed ad diutúrnum cruciátum assáti; álii áliis sævíssimis affécti supplíciis : ad palmam martyrii pervenérunt. Córdubæ: sancti Eulógii Presbyteri. Qui ejúsdem urbis martyribus in persecutióne Sarracenórum adjúngi méruit : quorum pro fide certámina scribéndo fúerat æmulátus. Sardis : sancti Euthymii Epíscopi. Qui ob cultum sanctárum imáginum a Michaéle imperatóre Iconoclásta in exsílium missus : demum Theóphilo imperánte martyrium consummávit. Hierosólymis : sancti Sophrónii Epíscopi.

XIX A Quarto Idus Mártii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	1

Die 12. ROMÆ : sancti Gregórii Papæ, et Ecclésiæ Doctóris exímii. Qui ob res præcláre gestas, atque Anglos ad Christi fidem convérsos, Magnus est dictus: et Anglórum Apóstolus appellátus. Festum totum Duplex. Nicomedíæ: pássio beáti Petri mártyris. Qui cum esset cubiculárius Diocletiáni imperatóris, et libérius de imménsis mártyrum supplíciis quererétur ; jubénte eódem in médium addúcitur, ac primo suspénsus diutíssime torquétur, deínde acéto ac sale perfúsus, ad últimum in cratícula lento igne assátur : sicque vere Petri éxstitit et fídei heres, et nóminis. Ibídem : sanctórum Egdúnii Presbyteri, et aliórum septem. Qui síngnli diébus síngulis suffocáti sunt : ut céteris metus incuterétur. Constantinópoli : sancti Theóphanis. Qui ex ditíssimo pauper

Mónachus efféctus, ab ímpio Leóne Arméno pro cultu sacrárum imáginum biénnio deténtus in cárcere; inde in Samothráciam deportátus, ibídem ærúmnis conféctus réddidit spíritum: multísque miráculis cláruit.

Tértio Idus Mártii: Luna — BXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

NICOMEDIÆ: natális sanctórum mártyrum Macedónii, Die 13.
Patríciæ uxóris ejus, et Modéstæ fíliæ. Nicéæ: sanctórum mártyrum Theusétæ, et Horris filii ejus, Theodóræ, Nymphodóræ, Marci, et Arábiæ, qui omnes pro Christo igni tráditi sunt. Hermópoli in Ægypto: sancti Sabíni mártyris. Qui multa passus, tandem projéctus in flumen: martyrium consummávit. Córdubæ: sanctórum Ruderíci Presbyteri, et Salomónis mártyrum. Constantinópoli: sancti Nicéphori Epíscopi. Qui paternárum traditiónum propugnátor acérrimus, Leóni Arméno imperatóri Iconoclástæ pro cultu sanctárum imáginum se constánter oppósuit; a quo mulctátus exsílio, ibídem quatuórdecim annis longum ducens martyrium: migrávit ad Dóminum. In Thebáide: depositio sanctæ Euphrásiæ vírginis. Apud Cameríium: sancti Ansovíni Epíscopi et confessóris.

Prídie Idus Mártii: Luna — CXVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	3	14

OCTAVA sancti Thomæ Aquinátis. Solemnis. Romæ: Die 14.
natális sanctórum quadragínta septem Mártyrum.

Qui baptizáti sunt a beáto Apóstolo Petro, cum tenerétur in custódia Mamertíni cum Coapóstolo suo Paulo: ubi novem menses deténti sunt. Qui omnes sub devotíssima fidei confessióne: Neroniáno gládio consúmpti sunt. In Africa: sanctórum mártyrum Petri et Aphrodísii, qui in persecutióne Wandálica martyrii corónam percepérunt. Carrhis in Mesopotámia: sancti Eutychii patrícii, et sociórum, qui ab Evelíd Arabum rege, ob fidei confessiónem interémpti sunt. In província Valériæ: sanctórum duórum Monachórum. Quos Longobárdi suspéndio necavérunt in árbore: in qua, licet defúncti, ab hóstibus ipsis audíti sunt psállere. In ea étiam persecutióne: Diáconus Ecclésiæ Marsicánæ in confessióne fidei cápite truncátus est. Halberstáti in Germánia: dormítio beátæ Mathíldis regínæ, matris Othónis Primi imperatóris, humilitáte et patiéntia célebris.

XVI D Idibus Mártii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

Die 15. CÆSAREÆ in Cappadócia: pássio sancti Longíni mílitis, qui latus Dómini láncea perforásse perhibétur. Eódem die: sancti Aristóbuli Apostolórum discípuli, qui cursu prædicatiónis perácto, martyrium consummávit. Thessalónicæ: sanctæ Matrónæ ancíllæ cujúsdam Judææ. Quæ cum occúlte Christum cóleret, et furtívis oratiónibus quotídie Ecclésiam frequentáret, a dómina sui deprehénsa, et multiplíciter afflícta; novíssime robústis fústibus usque ad mortem cæsa: in confessióne Christi incorrúptum Deo spíritum réddidit. Eódem die: sancti Menígni fullónis, qui sub Décio passus est. In Ægypto: sancti Nicándri mártyris. Qui cum sanctórum mártyrum

líquias studióse perquíreret : et ipse martyr éffici éruit sub Diocletiáno imperatóre. Córdubæ : sanctæ eocrítiæ vírginis et mártyris. Romæ : natális sancti achariæ Papæ. Qui Dei Ecclésiam summa vigilántia ibernávit : et clarus méritis quiévit in pace. Reáte : ncti Probi Epíscopi, cui moriénti Juvenális et Eleuérius mártyres adfuérunt. Romæ : sancti Speciósi Iónachi, cujus ánimam germánus ejus ferri vidit in elum.

Decimoséptimo Kaléndas Aprílis : Luna E xv

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

AQUILEIÆ : natális beáti Hilárii Epíscopi, et Tatiáni Diá- Die 16. coni. Qui sub Numeriáno imperatóre et Berónio ræside, post equúleum atque ália torménta, una cum elíce, Largo, et Dionysio : martyrium terminárunt. In ycaónia : sancti Papæ mártyris. Qui ob Christi fidem erbéribus cæsus, úngulis férreis lacerátus, clavátis cáleis incédere jussus est : deínde árbori alligátus, migrans d Dóminum, eámdem árborem ex stérili réddidit frutuósam. Anazárbi in Cilícia : sancti Juliáni mártyris.)ui sub Marciáno præside diutíssime cruciátus, demum n sacco una cum serpéntibus inclúsus : in mare demérus est. Colóniæ : sancti Heribérti Epíscopi, sanctitáte élebris. Arvérnis : deposítio sancti Patrícii Epíscopi. n Syria : sancti Abrahæ Eremítæ, cujus res gestas beáus Ephræm Diáconus conscrípsit. ✠

XIV F Sextodécimo Kaléndas Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

Die 17. IN Hibérnia : natális sancti Patrícii Epíscopi et confessóris. Qui primum ibídem Christum evangelizávit : et máximis miráculis et virtútibus cláruit. Festum Duplex. Hierosólymis : sancti Joseph ab Arimathéa nóbilis decuriónis, discípuli Dómini, qui ejus corpus de cruce depósitum in monuménto suo novo sepelívit. Alexandríæ: commemorátio plurimórum sanctórum mártyrum. Qui a Serápidis cultóribus comprehénsi, cum idólum adoráre constánter renuíssent, sævíssime cæsi sunt, témpore Theodósii imperatóris : qui mox rescríptum dedit, ut Serápidis templum destruerétur. Constantinópoli : sancti Pauli mártyris. Qui sub Constantíno Coprónymo, cum sanctárum imáginum cultum defénderet igne combústus est. Cabilóne in Gálliis : sancti Agrícolæ Epíscopi. Nivigéllæ in Brabántia : sanctæ Gertrúdis vírginis. Quæ claríssimo génere orta despíciens mundum et toto vitæ suæ cursu in ómnibus sanctitátis officiis se exércens : Christum sponsum in cælis habére méruit.

XIII G Quintodécimo Kaléndas Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

Die 18. PAPIÆ : beátæ Sibyllínæ vírginis Tértii Ordinis Prædicatórum. Quæ duodénnis corporálibus lumínibus orbáta, áptior réddita fuit ad passiónis Dómini nostri Jesu Christi mystéria contemplánda : quæ in suis opéribus exprímere máxime státuit. Festum Duplex. Cæsaréæ in

Palæstína: natális beáti Alexándri Epíscopi. Qui de Cappadócia ex própria civitáte, ubi erat Epíscopus, sanctórum locórum desidério Hierosólymam véniens, cum Narcíssus ejúsdem urbis Epíscopus jam senex Ecclésiam régeret, divína revelatióne ejus gubernácula suscépit; póstmodum vero in persecutióne Décii, cum jam longævæ ætátis veneránda canítie præfulgéret, ductus Cæsaréam, et clausus in cárcere: ob confessiónem Christi martyrium complévit. Augústæ: sancti Narcíssi Epíscopi. Qui primus in Rhætia Evangélium prædicávit; deínde in Hispániam proféctus, cum Gerúndæ multos ad Christi fidem convertísset: ibídem in persecutióne Diocletiáni cum Felíce Diácono martyrii palmam accépit. Nicomedíæ: sanctórum decem míllium mártyrum, qui pro Christi confessióne gládio percússi sunt. In Británnia: sancti Eduárdi regis, qui dolis novércæ necátus, multis miráculis cláruit. Hierosólymis: sancti Cyrílli Epíscopi. Qui ab Ariánis multas fidei causa perpéssus injúrias; et ab Ecclésia sua sæpe pulsus: tandem sanctitátis glória clarus, in pace quiévit. Cujus intemerátæ fidei Synodus œcuménica Dámaso scribens: præclárum testimónium dedit. Lucæ in Túscia: sancti * Frigidiáni Epíscopi virtúte miraculórum illústris. Cujus festívitas quartodécimo Kaléndas Decémbris, quando ejus corpus translátum fuit: potíssimum recólitur.

* Alias Frigdiani.

Quartodécimo Kaléndas Aprílis: Luna Axn

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

In Judæa: natális sancti Joseph sponsi beatíssimæ Vírginis Maríæ. Festum totum Duplex. Surrénti: sanctó- Die 19.

rum mártyrum Quincti, Quinctíllæ, Quartíllæ, et Marci, cum áliis novem. Eódem die : sanctórum Apollónii et Leóntii Episcopórum. Gandávi: sanctórum Landoáldi Presbyteri Románi, et Amántii Diáconi. Qui a sancto Martíno Papa ad prædicándum Evangélium missi: multis post óbitum sunt illustráti miráculis. Apud Pinnénsem civitátem : natális beáti Joánnis, magnæ sanctitátis viri. Qui de Syria ad Itáliam véniens, et constrúcto illic monastério, multórum servórum Dei per quátuor et quadragínta annos Pater exsístens : clarus virtútibus quiévit in pace.

XI B Tertiodécimo Kaléndas Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

Die 20. In Judæa : sancti Jóachim patris beatíssimæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ. Ejus festívitas, jussu Cleméntis Duodécimi : Domínica infra Octávam Assumptiónis ejúsdem beátæ Maríæ Vírginis celebrátur. In Asia natális sancti Archíppi commilitónis beáti Pauli Apóstoli, cujus ipse in Epístola ad Philémonem et ad Colossénses méminit. In Syria : sanctórum mártyrum Pauli, Cyrílli, Eugénii, et aliórum quátuor. Eódem die : sanctórum Photínæ Samaritánæ, Joseph et Victóris filiórum ; itémque Sebastiáni ducis, Anatólii, Phótii, Phótidis, Parascéves, et Cyríacæ germanárum: qui omnes Christum conféssi, martyrium sunt assecúti. In monastério Fontanéllæ : sancti Wulfránni Epíscopi Senonénsis, qui relícto Episcopátu, ibídem clarus miráculis decéssit e vita. In Británnia : depositio sancti Cuthbérti Epíscopi Lindisfarnénsis, qui a pueritia ad óbitum usque sanctis opéribus et miraculórum signis effúlsit.

Duodécimo Kaléndas Aprílis : Luna Cx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

In monte Cassíno: natális sancti Benedícti Abbátis. Qui Die 21.
Monachórum disciplínam in Occidénte pene collápsam restítuit, ac miríficе propagávit : cujus vitam virtútibus et miráculis gloriósam beátus Gregórius Papa conscrípsit. Festum Duplex. Alexandríæ : commemorátio sanctórum mártyrum, qui sub Constántio imperatóre, et præfécto Philágrio, irruéntibus Ariánis et Gentílibus, in ecclésia in die Parascéves cæsi sunt. Alexandríæ : beáti Serapiónis Anachorétæ, et Epíscopi Thmúeos, magnárum virtútum viri. Qui Arianórum furóre in exsílium actus: migrávit ad Dóminum. In território Lugdunénsi: sancti Lupicíni Abbátis, cujus vita sanctitátis et miraculórum glória fuit illústris.

Undécimo Kaléndas Aprílis : Luna Dix

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

Senis in Túscia: beáti Ambrósii, Ordinis Prædicatórum, Die 22.
sanctitáte, prædicatióne, et miráculis clari, quem Románæ Ecclésiæ Sanctórum Martyrológio Clemens Octávus adscríbi jussit. Festum Duplex. Narbónæ in Gállia : natális sancti Pauli Epíscopi, Apostolórum discípuli, quem tradunt fuísse Sérgium Paulum procónsulem. Qui a beáto Apóstolo Paulo baptizátus, et cum in Hispániam pérgeret, apud Narbónam relíctus, ibídem Episcopáli dignitáte donátus est : ubi prædicatiónis offício non ségniter expléto, clarus miráculis migrávit

in cælum. Tarracínæ : sancti Epaphrodíti Apostolórum discípuli, qui a beáto Petro Apóstolo Epíscopus illíus civitátis ordinátus fuit. In Africa : sanctórum mártyrum Saturníni, et aliórum novem. Ancyræ : sancti Basílii Presbyteri et mártyris. Qui sub Juliáno Apóstata gravíssimis cruciátibus afféctus : ánimam Deo réddidit. Carthágine : sancti Octaviáni Archidiáconi, et multórum míllium mártyrum, qui ob fidem cathólicam a Wándalis cæsi sunt. Ibídem : sancti Deográtias Epíscopi Carthaginénsis. Qui plúrimos a Wándalis captívos ab Urbe ductos redémit : aliísque sanctis opéribus célebris quiévit in Dómino. In Suétia : sanctæ Catharínæ vírginis fíliæ sanctæ Birgíttæ. Romæ : sanctæ Leæ víduæ, cujus virtútes et ad Deum tránsitum sanctus Hierónymus scribit.

VIII E Décimo Kaléndas Aprílis : Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u	
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

Die 23. IN Africa : sanctórum mártyrum Victoriáni procónsulis Carthágini, et duórum germanórum Aquisregiénsium, item Fruméntii, et altérius Fruméntii mercatórum. Qui in persecutióne Wandálica, ut scribit Victor Africánus Epíscopus, sub Hunneríco rege Ariáno pro constántia cathólicæ confessiónis immaníssimis supplíciis cruciáti : egrégie coronáti sunt. Cæsaréæ in Palæstína : sanctórum mártyrum Nicónis, et aliórum nonagínta novem. Item : corónæ sanctórum mártyrum Domítii, Pelágiæ, Aquilæ, Epárchii, et Theodósiæ. Antiochíæ : sancti Theóduli Presbyteri. Cæsaréæ : sancti Juliáni confessóris. In Campánia : sancti Benedícti Mónachi. Qui a Gothis in ardénti clíbano inclúsus : sequénti die invéntus est illæsus.

Nono Kaléndas Aprílis : Luna F VII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

SANCTI Gabriélis Archángeli : qui beátæ Vírgini Maríæ Die 24.
Incarnatiónis Domínicæ mystérium nuntiávit. Festum tum Duplex. Romæ : pássio beáti Pigménii Presbyteri. ui sub Juliáno Apóstata pro fide Christi præcipitátus Tíberim : necátus est. Cæsaréæ in Palæstína : natális nctórum mártyrum Timolái, Dionysii, Páusidis, Róuli, Alexándri, altérius Alexándri, Agápii, et altérius ionysii. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Urbáno æside secúri percússi : vitæ corónas meruérunt. In auritánia : natális sanctórum Rómuli et Secúndi atrum, qui pro Christi fide passi sunt. Tridénti : ássio sancti Simeónis púeri a Judæis sævíssime truciáti, qui multis póstea miráculis coruscávit. Synnadæ Phrygia : sancti Agápiti Epíscopi. Bríxiæ : sancti atíni Epíscopi.

Octávo Kaléndas Aprílis : Luna G VI

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

ANNUNTIATIO beatíssimæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ. Die 25.
* Festum totum Duplex. Romæ : sancti Quiríni ártyris. Qui sub Cláudio imperatóre post facultátum issiónem, post cárceris squalórem, post multórum rberum afflictiónem : gládio interféctus est, et in iberim projéctus. Quem Christiáni in ínsula Lycaónia veniéntes : in cœmetério Pontiáni condidérunt. idem : sanctórum ducentórum sexagintaduórum Már-

* Pronuntiatis his verbis, prosternant se Fratres, et facto signo a Prælato surgant.

tyrum. Sírmii: pássio sancti Irenæi Epíscopi et mártyris. Qui témpore Maximiáni imperatóris sub præside Probo primum torméntis acérrimis vexátus, deínde diébus plúrimis in cárcere cruciátus: novíssime abscísso cápite consummátus est. Nicomedíæ: sanctæ Dulæ ancíllæ cujúsdam mílitis, quæ pro castitáte servánda occísa martyrii corónam proméruit. Hierosólymis: commemorátio sancti Latrónis. Qui in cruce Christum conféssus: ab eo méruit audíre, Hódie mecum eris in paradíso. Laodicéæ: sancti Pelágii Epíscopi. Qui ob fidem Cathólicam témpore Valéntis exsílium et ália passus: quiévit in Dómino. In Antro, ínsula Lígeris flúminis: sancti Hermelándi Abbátis, cujus gloriósa conversátio miraculórum præcónio commendátur.

v A Séptimo Kaléndas Aprílis: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

Die 26. OCTAVA sancti Joseph. Solemnis. Romæ via Lavicána: sancti Cástuli mártyris. Qui cum esset zetárius Palátii, et hospes sanctórum, a persecutóribus tértio appénsus, tértio audítus, in confessióne Dómini persevérans, missus est in fóveam; et dimíssa super eum massa arenária: martyrio coronátus est. Ibídem: corónæ sanctórum mártyrum Petri, Marciáni, Jovíni, Theclæ, Cassiáni, et aliórum. Pentápoli in Libya: natális sanctórum mártyrum Theodóri Epíscopi, Irenæi Diáconi, Serapiónis et Ammónii Lectórum. Sírmii: sanctórum mártyrum Montáni Presbyteri, et Máximæ, qui ob Christi fidem in flumen demérsi sunt. Alexandríæ: sanctórum mártyrum Eutychii, et aliórum, qui Constántii témpore sub Geórgio Epíscopo Ariáno pro fide Cathólica gládio cæsi sunt. Eódem die: sancti Ludgéri Epíscopi Monasterién-

sis, qui Saxónibus Evangélium prædicávit. Cæsaraugústæ in Hispánia : sancti Bráulii Epíscopi et Confessóris.

Sexto Kaléndas Aprílis : Luna B IV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

DRIZIPARÆ in Pannónia : sancti Alexándri mílitis. Qui sub Maximiáno imperatóre post multos pro Christo Die 27.
agónes superátos, múltaque mirácula édita: martyrium cápitis abscissióne complévit. In Pérside : sanctórum mártyrum Zanítæ, Lázari, Marótæ, Narsétis, et aliórum quinque. Qui sub Sápore rege Persárum sævíssime trucidáti : martyrii palmam meruérunt. Salisbúrgi : sancti Rupérti Epíscopi et confessóris, qui apud Bávaros et Nóricos Evangélium mirífice propagávit. In Ægypto : sancti Joánnis Eremítæ magnæ sanctitátis viri. Qui inter cétera virtútum insígnia étiam prophético spíritu plenus: Theodósio imperatóri victórias de tyránnis Máximo et Eugénio prædíxit.

Quinto Kaléndas Aprílis : Luna C III

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

CÆSAREÆ in Palæstína : natális sanctórum mártyrum Prisci, Malchi, et Alexándri. Qui in persecutióne Die 28.
Valeriáni, cum in suburbáno agéllo supradíctæ urbis habitárent, atque in ea cæléstes martyrii proponeréntur corónæ; divíno fídei calóre succénsi, ultro júdicem adeúntes : cur tantum in sánguinem piórum desæviret, objúrgant. Quos ille contínuo : pro Christi nómine béstiis trádidit devorándos. Tarsi in Cilícia : sanct

mártyrum Cástoris et Doróthei. Item: sanctórum Philéti et sociórum, qui sub Hadriáno imperatóre martyrium suscepérunt. In Africa: sanctórum mártyrum Rogáti, Succéssi, et aliórum séxdecim. Romæ: sancti Xysti Tértii Papæ et confessóris. Apud Núrsiam: sancti Spei Abbátis, miræ patiéntiæ viri. Cujus ánima, cum ex hac vita migráret: in colúmbæ spécie a cunctis frátribus visa est in cælum ascéndere. Cabilóne in Gálliis: deposítio beáti Gunthrámni regis Francórum. Qui spiritálibus actiónibus ita se mancipávit, ut relíctis sæculi pompis: thesáuros suos Ecclésiis et paupéribus erogáret.

u D Quarto Kaléndas Aprílis: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

Die 29. In Pérsia: sanctórum mártyrum Jonæ et Barachísii, sub Sápore rege Persárum. Quorum Jonas pressus in cóchlea, confráctis óssibus médius disséctus est: alter opplétis fáucibus pice ardénti suffocátus. Heliópoli apud Líbanum: sancti Cyrílli Diáconi et mártyris. Cujus jecur discísso ventre avúlsum: Gentíles sub Juliáno Apóstata feráliter depásti sunt. Nicomedíæ: pássio sanctórum mártyrum Pastóris, Victoríni, et sociórum. In Africa: sanctórum confessórum Armogástis cómitis, Másculæ archimími, et Sáturi régiæ domus procuratóris. Qui témpore Wandálicæ persecutiónis sub Genseríco rege Ariáno pro confessióne veritátis multa et grávia perpéssi supplícia atque oppróbria: cursum gloriósi certáminis implevérunt. In Monastério Luxoviénsi: deposítio sancti Eustásii Abbátis, discípuli sancti Columbáni. Qui ferme sexcentórum Monachórum Pater fuit: et vitæ sanctitáte conspícuus, étiam miráculis cláruit.

Tértio Kaléndas Aprílis: Luna E 1

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

ROMÆ via Appia : pássio beáti Quiríni tribúni. Qui a Die 30.
sancto Alexándro Papa, quem habébat in custódia,
m omni domo sua baptizátus est : et sub Hadriáno
peratóre tráditus Aureliáno júdici, cum in confes-
ne fidei persísteret; post linguæ abscissiónem, equúlei
spensiónem, manuúmque ac pedum detruncatiónem :
ónem martyrii gládio consummávit. Thessalónicæ :
tális sanctórum mártyrum Domníni , Victóris et
ciórum. Constantinópoli : commemorátio sanctórum
urimórum Mártyrum Cathólicæ communiónis. Quos
nstántii témpore Macedónius hæresiárcha inaudítis
rmentórum genéribus cruciátos occídit ; nam inter
tera, fidélium mulíerum úbera inter labra arcárum
mpréssa dissécuit : et candénti ferro combússit. In
stro Silvanecténsi : deposítio sancti Réguli Arelaténsis
oíscopi. Aureliánis in Gállia : sancti Pastóris Epíscopi.
monte Sina : sancti Joánnis Clímaci Abbátis. Apud
quínum : sancti Clínii confessóris.

Prídie Kaléndas Aprílis : Luna F

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

THECUÆ in Palæstína : sancti Amos Prophétæ. Quem Die 31.
Amasías* sacérdos Bethel frequénter plagis afflíxit ; * Hujus
filius ejus * vecte per témpora transfíxit : qui póstea meminit Amos
nivívus in pátriam devéctus, ibídem exspirávit, sepul- 7. 10.
sque est cum pátribus suis. In Africa : sanctórum * Ozias.

mártyrum Theóduli, Anésii, Felícis, Cornéliæ, et sociórum. In Pérside : sancti Bénjamin Diáconi. Qui cum Dei verbum non desísteret prædicáre, sub Isdegérde rege únguibus arundínibus acútis confixus, et spinósa sude per alvum transmíssa : martyrium consummávit. Romæ: sanctæ Balbínæ vírginis, filiæ beáti Quiríni mártyris. Quæ a sancto Alexándro Papa baptizáta, post devíctum hujus sæculi cursum : sepelítur via Appia juxta patrem suum.

APRILIS.

XXIX G Kaléndis Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 1. OCTAVA Annuntiatiónis beátæ Maríæ Vírginis. Solemnis. Romæ : pássio sanctæ Theodóræ, soróris illustríssimi mártyris Hermétis. Quæ sub Hadriáno imperatóre ab Aureliáno júdice affécta martyrio : sepúlta est juxta fratrem suum via Salária non longe ab Urbe. Eódem die : sancti Venántii Epíscopi et mártyris. In Ægypto : sanctórum mártyrum Victóris et Stéphani. Constantinópoli : sancti Macárii conféssóris, qui sub Leóne imperatóre pro assertióne sanctárum imáginum in exsílio vitam finívit. Gratianópoli : sancti Hugónis Epíscopi. Qui multis annis in solitúdine vitam exégit : et miraculórum glória clarus migrávit ad Dóminum. Apud Ambiánum : sancti Walerici Abbátis, cujus sepúlcrum crebris miráculis illustrátur.

Quarto Nonas Aprílis : Luna A XXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

SANCTI Francísci de Paula, Ordinis Minimórum Institutóris: quem virtútibus et miráculis clarum Leo Décimus Sanctórum número adscrípsit. Festum Duplex. Die 2.
Cæsaréæ in Palæstína: natális sancti Amphiáni mártyris. Qui in persecutióne Galérii Maximiáni, cum Urbánum præsidem idólis immolántem arguísset, sæve dilaniátus, ac pédibus lino in óleum intíncto, eóque incénso obvolútis acerbíssime cruciátus; demum in mare demérsus : tránsiens per ignem et aquam, edúctus est in refrigérium. Ibídem : pássio sanctæ Theodósiæ vírginis Tyriæ. Quæ in eádem persecutióne, cum sanctos Confessóres ante tribúnal stantes públice salutásset, atque rogásset, ut cum ad Dóminum pervenissent, sui recordaréntur, a milítibus tenta; et ad Urbánum præsidem ducta, ejus jussu latéribus et mammis ad interióra usque dilaniátis: in mare tandem projícitur. Lugdúni : sancti Nicéti ejúsdem urbis Epíscopi, vita et miráculis clari. In Palæstína : depositio sanctæ Maríæ Ægyptíacæ, quæ peccátrix appellátur.

Tértio Nonas Aprílis : Luna B XXVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

COMMEMORATIO * impressiónis Stígmatum sanctæ Catharínæ Senénsis vírginis Ordinis Prædicatórum. Festum Duplex. Tauroménii in Sicília : sancti Pancrátii Epísco- Die 3.

* Antea Kalend. Aprilis celebr.

pi. Qui Christi Evangélium, quod a sancto Petro Apóstolo illuc missus prædicáverat: martyrii sánguine consignávit. Tomis in Scythia: natális sanctórum mártyrum Evágrii et Benígni. Thessalónicæ: pássio sanctárum vírginum Agapis et Chióniæ, sub Diocletiáno imperatóre. Quæ cum Christum negáre nollent, primo in cárcere macerátæ, póstea in ignem missæ, sed a flammis intáctæ: ibi oratióne ad Dóminum fusa ánimas reddidérunt. Tyri: sancti Ulpiáni mártyris. Qui in persecutióne Maximiáni cum áspide et cane insútus cúlleo: in mare demérsus fuit. In monastério Medítii in Oriénte: sancti Nicétæ Abbátis, qui ob cultum sanctárum imáginum sub Leóne Arméno multa passus est. In Anglia: sancti Richárdi Epíscopi Cicestrénsis, sanctitáte et miraculórum glória conspícui. Ibídem: sanctæ Burgondóforæ Abbatíssæ et vírginis.

XXVI C Prídie Nonas Aprílis: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5

Die 1. MEDIOLANI: depositío sancti Ambrósii Epíscopi et confessóris. Cujus stúdio, inter cétera doctrínæ et miraculórum insígnia: témpore Ariánæ perfídiæ tota fere Itália ad Cathólicam fidem convérsa est. Festum totum Duplex. Thessalónicæ: sanctórum mártyrum Agathópodis Diáconi, et Theóduli Lectóris. Qui sub Maximiáno imperatóre et Faustíno præside ob Christiánæ fidei confessiónem, alligáto ad collum saxo: in mare demérsi sunt. Híspali in Hispánia: sancti Isidóri Epíscopi, sanctitáte et doctrína conspícui, qui zelo Cathólicæ fidei, et observántia Ecclesiásticæ disciplínæ Hispánias illustrávit. Ejus tamen festívitas octávo Idus Aprílis celebrátur.

Constantinópoli : sancti Platónis Mónachi, qui plúribus annis advérsus hæréticos, sanctárum imáginum effractóres, invícto ánimo decertávit. In Palæstína : sancti Zósimi Anachorétæ, qui funus sanctæ Maríæ Ægyptíacæ curávit.

Nonis Aprílis : Luna D XXV XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

VENETIÆ in Británnia minóri : sancti Vincéntii confessóris, cognoménto Ferrérii, Ordinis Prædicatórum, viri Apóstoli. Qui potens ópere et sermóne, multa míllia infidélium convértit ad Christum : præcláro illo insígni dono, quod vernáculo suæ gentis sermóne apud divérsæ linguæ várias natiónes prædicans, ab ómnibus claríssime intelligebátur. Virginitáte conspícuus, prophético spíritu, et multis clarus miráculis : ad tantárum virtútum corónas in cælum evolávit. Festum totum Duplex. Thessalónicæ : sanctæ Irénes vírginis. Quæ cum sacros libros contra Diocletiáni edíctum occultásset, post toleràntiam cárceris, sagítta percússa est, et igne cremáta, jussu Dulcétii præsidis : sub quo et soróres ejus simul Agape et Chiónia passæ ántea fúerant. Eódem die: sancti Zenónis mártyris. Qui detrácta pelle, pice íllitus : in ignem conjéctus est. In Africa : pássio sanctórum mártyrum, qui in persecutióne Genseríci regis Ariáni in die Paschæ in ecclésia cæsi sunt. Quorum Lector, dum in púlpito Allelúia cantáret : sagítta in gútture transfixus est. Die 5.

XXIII E Octávo Idus Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

Die 6. ROMÆ : natális beáti Xysti Papæ et mártyris. Qui tempóribus Hadriáni imperatóris regens Ecclésiam : demum sub Antoníno Pio, ut sibi Christum lucrifáceret, libénter mortem sustínuit temporálem. In Macedónia : sanctórum mártyrum Timóthei et Diógenis. In Pérside : sanctórum centum vigínti mártyrum. Carthágine : sancti Marcellíni mártyris, qui ob Cathólicæ fidei defensiónem ab hæréticis occísus est. Romæ : sancti Cælestíni Papæ. Qui Nestórium Constantinopolitánum Epíscopum damnávit, Pelagiúmque fugávit : cujus étiam auctoritáte sancta universális Synodus Ephesína advérsus eúmdem Nestórium celebráta est. In Dánia : sancti Guliélmi Abbátis, vita et miráculis clari.

XXII F Séptimo Idus Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	2[illegible]

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	[illegible]
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	[illegible]

Die 7. IN Africa : natális sanctórum mártyrum Epiphánii Epíscopi, Donáti, Rufíni, et aliórum trédecim. Synope in Ponto : sanctórum ducentórum mártyrum. In Cilícia : sancti Callíopi mártyris. Qui sub Máximo præfécto post ália torménta, verso in terram cápite cruci affíxus : nóbili coróna martyrii decorátus est. Nicomedíæ : sancti Cyríaci, et aliórum decem mártyrum. Alexandríæ : sancti Peléusii Presbyteri et mártyris. Romæ : sancti Hegesíppi. Qui vicínus Apostolórum tempóribus Romam venit ad Anicétum Pontíficem, ibíque mansit usque ad

leuthérium ; et Ecclesiasticórum áctuum a passióne ómini usque ad suam ætátem sermóne símplici téxuit stóriam: ut quorum vitam sectabátur, dicéndi quoque primeret charactére. In Syria : sancti Aphraátis Anaiorétæ, qui Valéntis témpore Cathólicam fidem virtúte iraculórum advérsus Ariános deféndit.

Sexto Idus Aprílis : Luna G XXI

	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
)	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
		B		C		D		E		F		F		G		H		M	N	P
		1		2		3		4		5		4		5		6		7	8	9

ALEXANDRIÆ : sancti Ædésii mártyris, fratris beáti Apphiáni. Qui sub Galério Maximiáno imperatóre, Die 8.
m ímpium júdicem, quod Deo dicátas vírgines leónibus áderet, palam argúeret, a milítibus tentus, sævissimísie afféctus supplíciis : in mare demérsus est pro Chrio Dómino. Eódem die : commemorátio sanctórum erodiónis, Asyncriti, et Phlegóntis, de quibus scribit eátus Paulus Apóstolus in Epístola ad Romános. Apud orínthum : beáti Dionysii Epíscopi. Qui eruditióne et átia, quam hábuit in verbo Dei, non solum suæ civitás et provínciæ pópulos, sed et aliárum provinciárum úrbium Epíscopos epístolis erudívit : Romanósque ontífices ádeo cóluit, ut eórum epístolas públice gere in ecclésia diébus Domínicis consuéverit. Cláruit item tempóribus Marci Antoníni Veri, et Lúcii Auréi Cómmodi. Turónis : sancti Perpétui Epíscopi, admiindæ sanctitátis viri. Ferentíni in Hérnicis : sancti edémpti Epíscopi, cujus méminit beátus Gregórius apa. ✠

XX A Quinto Idus Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

Die 9. BRICHERASII in Subalpínis: natális beáti Antónii Pavónii de Saviliáno Ordinis nostri. Qui post vitam in Cathólicæ fidei propugnatióne sancte utilitérque transáctam, candidáto Mártyrum cœtui felíciter adnumerátus est die Domínico primo post Pascha : quo ab hæréticis interféctus fuit. Festum Duplex. Antiochíæ : sancti Próchori. Qui fuit unus de septem primis Diáconis : et fide ac miráculis clarus martyrio coronátus est. Sírmii : passio sanctárum septem vírginum et mártyrum; quæ data simul prétio sánguinis : vitam mercátæ sunt ætérnam. Cæsaréæ in Cappadócia: sancti Eupsychii mártyris, qui ob evérsum Fortúnæ fanum sub Juliáno Apóstata martyrium consummávit. In Africa : sanctórum mártyrum Massylitanórum, in quorum die natáli sanctus Augustínus tractátum hábuit. Amidæ in Mesopotámia : sancti Acátii Epíscopi, qui pro rediméndis captívis étiam Ecclésiæ vasa conflávit ac véndidit. In Judæa : sanctæ Maríæ Cléophæ, soróris sanctíssimæ Dei genitrícis Maríæ.

XIX B Quarto Idus Aprílis : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	[illegible]
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	[illegible]

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	1

Die 10. TUNETI in Africa : beáti Antónii Neyrot Ordinis nostri. Qui cum a fide defecísset, illam paulo post suo sánguine glorióse signávit : ejúsque corpus Rívulos fuit

translátum. Festum Duplex. Ezechiélis Prophétæ. Qui a júdice pópuli Israel, quod eum de cultu idolórum argúeret, apud Babylóniam interféctus, in sepúlcro Sem et Arphaxad Abrahæ progenitórum sepúltus est : ad quod oratiónis causa multi conflúere consuevérunt. Romæ : natális plurimórum sanctórum mártyrum, quos sanctus Alexánder Papa, cum detinerétur in cárcere, baptizávit. Hos autem omnes Aureliánus præféctus navi vetústæ impósitos : in altum mare dedúci, et illic ligátis ad colla lapídibus mergi præcépit. In Africa : sanctórum mártyrum Teréntii, Africáni, Pompéii, et sociórum. Qui sub Décio imperatóre et Fortuniáno præfécto virgis cæsi, equúleis torti, aliísque supplíciis cruciáti : demum cápitis obtruncatióne martyrium complevérunt. Eódem die : sancti Macárii Epíscopi Antiochéni, virtútibus et miráculis clari.

Tértio Idus Aprílis : Luna CXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

ROMÆ : sancti Leónis Papæ, confessóris et Ecclésiæ Die 11.
Doctóris, qui virtútum excéllens méritis, dictus est Magnus. Ejus tempóribus celebráta fuit sancta Synodus Chalcedonénsis, in qua ipse per Legátos Eutychem damnávit ; cujus étiam Synodi decréta auctoritáte sua confirmávit : cumque multa sanxísset, et luculénter scripsísset de sancta Dei Ecclésia, et univérso grege Domínico pastor bonus óptime méritus, in pace quiévit. Festum totum Duplex. Pérgami in Asia : sancti Antipæ testis fidélis, cujus méminit sanctus Joánnes in Apocalypsi. Is sub Domitiáno imperatóre in bovem æneum candéntem conjéctus : martyrium consummávit. Salónæ

in Dalmátia: sanctórum mártyrum Domniónis Epíscopi cum milítibus octo. Gortynæ in Creta: sancti Philíppi Epíscopi, vita, doctrína claríssimi. Qui tempóribus Marci Antoníni Veri, et Lúcii Aurélii Cómmodi Ecclésiam sibi créditam regens: a furóre Gentílium et hæreticórum insídiis eámdem tutátus est. Nicomedíæ: sancti Eustórgii Presbyteri. Spoléti: sancti Isaac Mónachi et confessóris, cujus virtútes sanctus Gregórius Papa commémorat. Apud Gazam Palæstínæ: sancti Barsanúphii Anachorétæ, sub Justiniáno imperatóre.

XVII D Prídie Idus Aprílis: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

Die 12. OCTAVA sancti Vincéntii Ferrérii. Simplex. Verónæ: pássio sancti Zenónis Epíscopi. Qui inter procéllas persecutiónis eam Ecclésiam mira constántia gubernávit: et Galliéni témpore martyrio coronátus est. In Cappadócia: sancti Sabæ Gothi. Qui sub Valénte imperatóre, cum Athanarícus Gothórum rex Christiános insequerétur, post dira torménta in flumen projéctus est: quo étiam témpore, ut sanctus Augustínus scribit, quamplúrimi ex Gothis Orthodóxis martyrii coróna sunt insigníti. Brácari in Lusitánia: sancti Victóris mártyris Qui adhuc catechúmenus, cum idólum adoráre noluísset, et Christum Jesum magna constántia conféssus fuísset: post multa torménta cápite abscísso méruit próprio sánguine baptizári. Romæ via Aurélia: natális sancti Július Papæ. Qui advérsus Ariános pro fide Cathólica plúrimum laborávit: ac multis præcláre gestis, sanctitáte célebris quiévit in pace. Apud Vapíngum óppidum: sancti Constantíni Epíscopi et confessóris. ✠

Idibus Aprílis : Luna E XVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

In óppido Metulénsi, Tiphernátis diœcésis : beátæ Mar- Die 13.
garítæ vírginis. Quæ cæca a nativitáte, a Deo mirum *in* modum illumináta est : eóque inspiránte Sorórum Tértii Ordinis sancti Patris Domínici institútum amplé-xa est. Festum Duplex. Pérgami in Asia : natális sanctórum mártyrum Carpi Epíscopi Thyatirénsis, Pápyli Diáconi, et Agathónicæ soróris ejus, óptimæ féminæ, Agathódori quoque eórum fámuli, aliorúmque multórum. Qui post vários cruciátus,pro beátis confessiónibus martyrio coronáti sunt: in persecutióne Marci Antoníni Veri, et Lúcii Aurélii Cómmodi. In qua étiam persecutióne Romæ passus est vir mirábilis Justínus Philósophus ; qui cum secúndum librum pro religiónis nostræ defensióne præfátis imperatóribus porrexísset, eámque ibídem disputándo strénue propugnásset, Crescéntis Cynici, cujus vitam et mores nefários redargúerat, insídiis accusátus, quod Christiánus esset: remuneratiónem linguæ fidélis, martyrii munus accépit.

Décimo octávo Kaléndas Maii : Luna F XV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

Tudæ in Hispánia : beáti Petri González, sancti Telmi Die 14.
nuncupáti, confessóris Ordinis Prædicatórum. Festum Duplex. Interámnæ : sancti Próculi Epíscopi et mártyris. Item : sanctæ Domnínæ vírginis et mártyris, cum sóciis virgínibus coronátæ. Alexandríæ:sancti Tho-

máidis mártyris. Eódem die : sancti Ardaliónis mimi. Qui cum sacris Christianórum in theátro illúderet, derepénte mutátus : ea non solum verbis, sed et testimónio sui sánguinis comprobávit. Lugdúni : sancti Lambérti Epíscopi et confessóris. Alexandríæ : sancti Frontónis Abbátis, cujus vita sanctitáte et miráculis cláruit. Romæ: sancti Abúndii Mansionárii ecclésiæ sancti Petri.

XIV G Decimoséptimo Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

Die 13. HISPALI in Hispánia : sancti Hermenegíldi, filii Leovigíldi regis Wisigothórum Ariáni. Qui ob Cathólicæ fidei confessiónem in cárcerem conjéctus ; cum in solemnitáte Pascháli communiónem ab Epíscopo Ariáno accípere noluísset, jussu pérfidi patris secúri percússus Idibus Aprílis:regnum cæléste pro terréno rex et martyr intrávit. Festum Duplex. Romæ : sanctárum Basilíssæ et Anastásiæ nobílium feminárum. Quæ cum essent Apostolórum discípulæ, et constántes in fidei confessióne persísterent, sub Neróne imperatóre lingua pedibúsque præcísis, percússæ gládio : martyrii corónam adéptæ sunt. Eódem die: sanctórum mártyrum Marónis, Eutychétis, et Victoríni. Qui primo cum beáta Flávia Domitílla apud ínsulam Póntiam in Christi confessióne éxsules ; póstmodum sub príncipe Nerva liberáti, cum plúrimos ad fidem convertíssent : in persecutióne Trajáni a Valeriáno júdice váriis pœnis jussi sunt intérfici. In Pérside : sanctórum mártyrum Máximi et Olympíadis. Qui sub Décio imperatóre fústibus et plumbátis cæsi sunt. et ad últimum cápita eórum fústibus tunsa : donec emítterent spíritum.

Sextodécimo Kaléndas Maii : Luna A XIII

b c d e f g h i k l m n p q r s t u
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7
B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 12 13 14 15 16 17

OMÆ via Appia : natális * sanctórum mártyrum Ti- Die 16.
búrtii, Valeriáni, et Máximi, sub Alexándro impe- xviii Kalen-
óre et Almáchio præfécto. Quorum primi beátæ Cæ- das Maii
æ exhortatióne ad Christum convérsi, et a sancto antea celebr.
báno Papa baptizáti, ob fidei confessiónem fústibus
si, gládio percússi sunt : Máximus vero præfécti cu-
culárius, horum permótus constántia, et Angélica vi-
ne firmátus, in Christum credens, támdiu plumbátis
berátus est, donec spíritum exhaláret. Tres Lectio-
s. Corínthi : natális sanctórum mártyrum Callísti et
arísii, cum áliis septem, qui omnes in mare demérsi
nt. Cæsaraugústæ in Hispánia : natális sanctórum de-
n et octo mártyrum Optáti, Lupérci, Succéssi, Mar-
lis, Urbáni, Júliæ, Quintiliáni, Públii, Frontónis,
lícis, Cæciliáni, Evéntii, Primitívi, Apodémii, et alió-
n quátuor, qui Saturníni vocáti esse referúntur. Hi
nes sub Daciáno Hispaniárum præside simul pœnis
écti atque interémpti sunt : quorum illústre marty-
m Prudéntius vérsibus exornávit. Ibídem : sanctæ
crátidis vírginis et mártyris. Quæ laniáto córpore,
mmílla abscíssa, et jécore avúlso adhuc supérstes : in
cere inclúsa est, donec ulcerátum corpus putrésceret.
eádem civitáte : sanctórum Cáii et Creméntii. Qui
úndo conféssi, et in fide Christi perseverántes : mar-
ii cálicem gustavérunt. Item ibídem : sancti Lambérti
rtyris. Paléntiæ : sancti Thuríbii Epíscopi Asturicén-
Qui ope sancti Leónis Papæ hæresim Priscilliánam
Hispánia pénitus profligávit : clarúsque miráculis
iévit in pace. Brácari in Lusitánia : sancti Fructuósi

Epíscopi. In Belgis apud Valencénas : sancti Drogónis confessóris.

xii B Quintodécimo Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

Die 17. Pisis in Hetrúria : beátæ Claræ Gambacúrtæ Ordinis Prædicatórum, fundatrícis monastérii sancti Domínici ejúsdem civitátis, cujus immemorábilem cultum Pius Octávus Póntifex Máximus confirmávit. Festum Duplex. Romæ : sancti Anicéti Papæ et mártyris, qui in persecutióne Marci Aurélii Antoníni,et Lúcii Veri, martyrii palmam accépit. In Africa: natális beáti Mappálici mártyris. Qui, ut scribit sanctus Cypriánus in epístola ad Mártyres et confessóres : cum áliis plúribus martyrio coronátus est. Antiochíæ : sanctórum mártyrum Petri Diáconi, et Hermógenis ejus minístri. Córdubæ : sanctórum mártyrum Elíæ Presbyteri , Pauli et Isidóri Monachórum. Viénnæ : sancti Pantágathi Epíscopi. Cistércii in Gállia : sancti Stéphani Abbátis. Qui primus eréinum Cisterciénsem incóluit : et sanctum Bernárdum cum sóciis ad se veniéntem lætus excépit.

xi C Quartodécimo Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Die 18. Romæ : beáti Apollónii senatóris. Qui sub Cómmodo príncipe et Perénnio præfécto, a servo próditus, quod Christiánus esset, jussus ut ratiónem fidei suæ rédderet, insígne volúmen compósuit, quod in Senátu

legit ; nihilóminus senténtia senátus : pro Christo cápite truncátus est. Messánæ :* natális sanctórum mártyrum Eleuthérii Epíscopi Illyrici, et Anthiæ matris ejus. Qui cum esset vitæ sanctimónia, et miraculórum virtúte illústris : sub Ariáno príncipe lectum férreum ignítum, cratículam, et sartáginem óleo, pice, ac resína fervéntem súperans ; leónibus quoque projéctus, sed ab illis nil læsus : novíssime una cum matre jugulátur. Ibídem : sancti Corébi præfécti. Qui per sanctum Eleuthérium convérsus ad fidem : gládio percússus est. Bríxiæ : sancti Calóceri mártyris. Qui a sanctis Faustíno et Jovíta convérsus ad Christum : sub Adriáno gloriósum confessiónis certámen complévit. Córdubæ : sancti Perfécti Presbyteri et mártyris, a Mauris, quod in Mahumétis sectam inveherétur, perémpti. Medioláni : sancti Galdíni Epíscopi. Qui concióne advérsus hæréticos expléta : spíritum Deo réddidit.

* Alias Messappiæ.

Tertiodécimo Kaléndas Maii : Luna Dx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

NATALIS sancti Timónis Diáconi : de septem primis. Die 19. Qui primo apud Berœam doctor resédit : ac deínde verbum Dómini disséminans venit Corínthum ; ibíque a Judæis et Græcis, ut tráditur, flammis injéctus, sed nil læsus : demum cruci affíxus martyrium suum implévit. Melitínæ in Arménia : sanctórum mártyrum Hermógenis, Caii, Expedíti, Aristónici, Rufi, et Gálatæ, una die coronatórum. Caucolíberi in Hispánia Tarraconénsi : pássio sancti Vincéntii mártyris. Cantuáriæ in Anglia : sancti Elphegi Epíscopi et mártyris. Antiochíæ Pisídiæ : sancti Geórgii Epíscopi, qui ob cultum sanctárum imáginum exsul occúbuit. Romæ : sancti

Leónis Papæ Noni, virtútum et miraculórum laude insígnis. In Cœnóbio Laubiénsi : sancti Ursmári Epíscopi.

IX E Duodécimo Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	29	21

Die 20. IN Monte Politiáno : sanctæ Agnétis vírginis, Ordinis sancti Patris nostri Domínici. Quæ máximis virtútibus et miráculis illústris, divínis a Christo sponso munéribus decorári méruit : cui se parem in cæléstí glória fore sancta Catharína Senénsis divínitus accépit. Festum totum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Sulpícii et Serviliáni. Qui prædicatióne et miráculis beátæ Domitíllæ vírginis ad Christi fidem convérsi, cum nollent idólis immoláre : in persecutióne Trajáni a præfécto Urbis Aniáno cápite cæsi sunt. Tomis in Scythia : sancti Theótimi Epíscopi, quem ob insígnem ejus sanctitátem atque mirácula étiam infidéles bárbari veneráti sunt. Ebredúni in Gálliis : sancti Marcellíni primi ejúsdem urbis Epíscopi. Qui Dei mónitu cum sanctis sóciis Vincéntio et Domníno ex Africa véniens ; máximam partem Alpium maritimárum verbo et signis admirándis, quibus usque hódie refúlget : ad fidem Christi convértit. Eódem die : sancti Theodóri confessóris, ab áspera cilícii veste, qua tegebátur, cognoménto Tríchinas. Qui multis virtútibus, præsértim advérsus dæmones, cláruit : ex cujus córpore unguéntum scatúriens, ægrótis sanitátem impértit.

Undécimo Kaléndas Maii : Luna F VIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

IN Pedemóntio : natális beáti Bartholomæi Cervérii de Saviliáno Ordinis nostri. Qui doctrína et sanctitátis fama claríssimus, multum in expurgándis ab hærética pravitáte Subalpínis regiónibus allaborávit ; et ab hæréticis tandem occísus : cæléste regnum ingréssus est Martyr gloriósus. Festum Duplex. In Pérside : natális sancti Simeónis Epíscopi Seléuciæ et Ctesiphóntis. Qui jubénte Sápore Persárum rege comprehénsus, ferróque onústus ; iníquis tribunálibus exhíbitus, cum solem ipsum adoráre nollet, et de Jesu Christo voce líbera et constantíssima testarétur, primum carceráli ergástulo cum áliis centum (ex quibus álii Epíscopi, álii erant Presbyteri, álii diversórum órdinum Clérici) longo témpore macerátus est : deínde cum Usthazánes regis nutrítius, qui ante jam lapsus a fide, sed per eum ad pœniténtiam fúerat revocátus , martyrium constánter subiísset ; postrídie, qui erat ánnuus Domínicæ Passiónis dies, ómnibus ante Simeónis óculos, qui unumquémque eórum strénue exhortabátur,gládio jugulátis : novíssime et ipse decollátus est. Passi sunt étiam cum eo claríssimi viri Abedéchalas et Ananías ejus Presbyteri. Pusícius quoque præféctus regis artíficum, eo quód Ananíam titubántem corroborásset, collo circa téndinem perforáto, et lingua exínde extrácta, crudéli morte occúbuit : post quem et filia ejus, quæ erat sacra virgo, necáta est. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Aratóris Presbyteri, Fortunáti, Felícis, Sílvii, et Vitális, qui in cárcere quievérunt. Cantuáriæ in Anglia:sancti Ansélmi Epíscopi, sanctitáte et doctrína conspícui. Antiochíæ : sancti Anastásii Sinaítæ Epíscopi. ✠ Die 21.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

Die 22. ROMÆ via Appia: natális sancti Sotéris Papæ et mártyris. Ibídem : sancti Cáii Papæ, qui sub Diocletiáno príncipe martyrio coronátus est. Eódem die: sanctórum plurimórum mártyrum, qui sequénti anno post óbitum Simeónis, ánnuo item die, quo passiónis Domínicæ memória celebrabátur, per totam Pérsidis regiónem pro Christi nómine sub rege Sápore gládio cæsi sunt. In quo fidei certámine passus est Azades eunúchus regi caríssimus; Miles Epíscopus, sanctitáte et miraculórum glória insígnis : Acépsimas Epíscopus, cum Presbytero suo Jacóbo, item Aíthala et Josépho Presbyteris, Azadáne et Abdiéso Diáconis, et complúribus áliis Cléricis; Maréas quoque, et Bicor Epíscopi, cum áliis vigínti Epíscopis, et Cléricis fere ducéntis quinquagínta : Mónachis étiam, et sacris Virgínibus plúrimis. Inter quas et sancti Simeónis Epíscopi soror nómine Tárbula, cum pedísséqua sua; quæ stipítibus alligátæ, serráque scissæ : crudelíssime necátæ sunt. Corduénæ in Pérsia : sanctórum Parménii, Heliménæ et Chrysóteli Presbyterórum ; Lucæ et Múcii Diaconórum : quorum triúmphus martyrii in passióne sanctórum Abdon et Sennen habétur. Alexandríæ : natális sancti Leónidis mártyris, qui sub Sevéro passus est. Lugdúni : sancti Epipódii. Qui in persecutióne Antoníni Veri, cum Alexándro colléga tentus, post dira torménta : martyrium cápitis abscissióne complévit. Anastasiópoli : sancti Theodóri Epíscopi miráculis clari.

Nono Kaléndas Maii : Luna A vi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

NATALIS sancti Geórgii mártyris : cujus illústre martyrium inter corónas mártyrum Ecclésia Dei venerátur. Festum Simplex. Valéntiæ in Gállia: pássio sanctórum mártyrum Felícis Presbyteri, Fortunáti et Achíllei Diaconórum. Qui a beáto Irenæo Lugdunénsi Epíscopo ad prædicándum verbum Dei missi, cum máximam partem illíus civitátis ad fidem Christi convertíssent;a Cornélio duce in cárcerem trusi sunt : deínde diutíssime verberáti, cruribúsque confráctis, circa rotárum vertíginem stricti; fumum quoque in equúlei suspensióne perpéssi : ad extrémum gládio consummáti sunt. Medioláni : sancti Mároli Epíscopi et confessóris. Tulli in Gállia : sancti Gerárdi ejúsdem civitátis Epíscopi. Die 23.

Octávo Kaléndas Maii : Luna B v

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

COMMEMORATIO sacrosánctæ Corónæ spíneæ Dómini. Festum totum Duplex. Lugdúni in Gállia: natális sancti Alexándri mártyris. Qui in persecutióne Antoníni Veri post cárceris custódiam primo ita laniátus est crudelitáte verberántium, ut crate solúta costárum, patefáctis viscéribus, interióra córporis panderéntur ; deínde crucis affíxus patíbulo : beátum spíritum exanimátus emísit.Passi sunt cum eo et álii número trigintaquátuor. In Prússia : natális sancti Adalbérti Pragénsis Epíscopi et mártyris. Qui Polónis et Húngaris Evangélium præ- Die 24

dicávit : cujus dies natális est nono Kaléndas Maii. Memória. In Anglia : depositio sancti Mellíti Epíscopi. Qui a sancto Gregório in Angliam missus : Orientáles Sáxones et Regem ipsórum ad fidem convértit. Illíberi in Hispánia : sancti Gregórii Epíscopi et confessóris. In Hibérnia : sancti Egbérti Presbyteri et Mónachi, admirándæ humilitátis et continéntiæ viri.

IV C Séptimo Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

Die 25. ALEXANDRIÆ : natális beáti Marci Evangelístæ. Hic discípulus et intérpres Apóstoli Petri, rogátus Romæ a frátribus : scripsit Evangélium. Quo assúmpto perréxit in Ægyptum, primúsque Alexandríæ Christum annúntians, constítuit Ecclésiam ; ac póstea pro fide Christi tentus, fúnibus vinctus, et per saxa raptátus, gráviter afflíctus est : deínde seclúsus in cárcere, primo Angélica visitatióne confortátus, et demum ipso Dómino sibi apparénte, ad cæléstia regna vocátus est octávo Nerónis anno. Festum totum Duplex. Romæ : Litaníæ Majóres ad sanctum Petrum. Syracúsis : sanctórum mártyrum Evódii, Hermógenis, et Callísti. Antiochíæ : sancti Stéphani Epíscopi et mártyris. Qui ab hæréticis Synodum Chalcedonénsem impugnántibus multa passus : in Oróntem flúvium præcipitátus est témpore Zenónis imperatóris. Alexandríæ : sancti Aniáni Epíscopi. Qui beáti Marci discípulus, ejúsque in Episcopátu succéssor : clarus virtútibus quiévit in Dómino.

nem Christi : martyrii glóriam cápitis obtruncatióne suscépit. Sequúta est quoque illum univérsa pene gregis sui multitúdo ; quorum álios judex gládio obtruncári, álios ígnibus conflagrári : álios navículis impósitos pélago immérgi fecit. Tarsi in Cilícia : sanctórum Cástoris et Stéphani mártyrum. Romæ : depositio beáti Anastásii Papæ, viri ditíssimæ paupertátis, et Apostólicæ sollicitúdinis. Quem, ut ait sanctus Hierónymus, diu Roma habére non méruit, ne orbis caput sub tali Epíscopo truncarétur : nam haud multo post ejus óbitum Roma a Gothis captá atque dirépta fuit. Constantinópoli : sancti Joánnis Abbátis, qui pro cultu sacrárum Imáginum sub Leóne Isáurico plúrimum decertávit.

F Quarto Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

Die 28. SANCTI Pauli a Cruce confessóris, Institutóris Congregatiónis sanctíssimæ Crucis et Passiónis Dómini nostri Jesu Christi: miræ innocéntiæ ac pœniténtiæ viri. Qui in Christum crucifíxum singulári caritáte flagrans, supérnis donis ac miráculis clarus, perfécta et cumuláta virtúte exímius: obdormívit in Dómino. Festum Duplex. Ravénnæ : natális sancti Vitális mártyris, patris sanctórum Gervásii et Protásii. Qui cum beáti Ursicíni corpus sublátum honestáte débita sepelísset : tentus a Paulíno consulári, post equúlei torménta jussus est depóni in profúndam fóveam ; et terra ac lapídibus óbrui : talíque martyrio migrávit ad Christum. Memoria. Medioláni : sanctæ Valériæ mártyris, cónjugis sancti Vitális. Alexandríæ : pássio sanctæ Theodóræ vírginis. Quæ idólis sacrificáre contémnens, cum esset in lupánar trádita, repénte quidam ex frátribus nómine Dídymus miro Dei

favóre commutátis véstibus illam erípuit : qui póstea in persecutióne Diocletiáni sub Eustrátio præside simul cum eádem percússus, simul coronátus est. Eódem die : sanctórum Aphrodísii, Caralíppi, Agápii, et Eusébii mártyrum. In Pannónia : sancti Polliónis mártyris, sub Diocletiáno imperatóre. Atínæ : sancti Marci. Qui a beáto Petro Apóstolo Epíscopus ordinátus, Æquícolis primus Evangélium prædicávit : et in persecutióne Domitiáni sub Máximo præside martyrii corónam accépit. Turiassóne in Hispánia : sancti Prudéntii Epíscopi et confessóris. Corsínii in Pelígnis : sancti Pámphili Walvénsis Epíscopi ; caritáte in páuperes, et grátia miraculórum illústris : cujus corpus Sulmóne cónditum est.

Tértio Kaléndas Maii : Luna G*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

MEDIOLANI : sancti Petri mártyris, Ordinis Prædicató- Die 29.
rum. Qui præclárum virginitátis monile ad suprémum usque vitæ spíritum sédulo consérvans ; et advérsus hæréticos verbo et doctrína strénue dímicans, ab eísdem gládio trucidátus : Cathólicam fidem, quam vivens mirábili constántia propugnáverat, eámdem occúmbens fuso cruóre egrégie consignávit. Cujus exímia mérita : crebris miráculis illustrántur. Festum totum Duplex. Apud Paphum in Cypro : sancti Tychici, discípuli beáti Pauli Apóstoli. Quem idem Apóstolus in suis Epístolis : caríssimum fratrem, minístrum fidélem, et consérvum suum in Dómino appéllat. Cirthæ in Numídia : natális sanctórum mártyrum Agápii et Secundíni Episcopórum. Qui post longum apud præfátam urbem exsílium, in persecutióne Valeriáni, in qua tunc máxime

Gentílium rábies ad tentándam justórum fidem inhiábat : ex illústri sacerdótio effécti sunt mártyres gloriósi. Passi sunt in eórum collégio Æmiliánus miles, Tertúlla et Antónia sacræ vírgines : et quædam múlier cum suis géminis. Eódem die : sanctórum septem Latrónum, qui a sancto Jásone ad Christum convérsi, martýrio vitam adépti sunt sempitérnam. In Cœnóbio Cluniacénsi: sancti Hugónis Abbátis. In Monastério Molisménsi : sancti Robérti Abbátis Cistértii.

XXIX A Prídie Kaléndas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

Die 30. ROMÆ : sanctæ Catharínæ vírginis Senénsis, Ordinis sancti Patris nostri Domínici. Quæ virginitátem ab ipsa ferme infántia Christo consecrátam, illibátam ad óbitum usque custodívit ; et innúmeris virtútum corónis insígnis, mirábili vitæ innocéntia excélluit : a Christo sponso crebris ac dúlcibus allóquiis recreáta, dolórum ac vúlnerum ejus párticeps fíeri méruit; tandem dono prophetíæ, miráculis ac doctrína præfúlgens : victo ac triumpháto sæpe sæpius sátana, tértio Kaléndas Maii ad Sponsi beátos ampléxus in cælum ascéndit. Sepúlta est in ecclésia sanctæ Maríæ supra Minérvam : quam Pius Secúndus in sanctárum Vírginum númerum adscrípsit. Festum totum Duplex. Lambésæ in Numídia : natális sanctórum mártyrum Mariáni Lectóris, et Jacóbi Diáconi. Quorum prior, cum jam pridem infestatiónes Deciánæ persecutiónis in confessióne Christi vicísset : íterum cum claríssimo colléga tentus est. Et ambo mirabíliter post dira et exquisíta supplícia divínis revelatiónibus secúndo confortáti: novíssime cum multis áliis gládio consummáti sunt. Apud Sántonas : beáti

Eutrópii Epíscopi et mártyris. Quem sanctus Clemens Pontificális órdinis grátia consecrátum diréxit in Gálliam : peractáque diu prædicatióne, ob Christi testimónium collíso cápite, victor occúbuit. Córdubæ : sanctórum mártyrum Amatóris Presbyteri, Petri Mónachi, et Ludovíci. Nováriæ : sancti Lauréntii Presbyteri, et puerórum mártyrum, quos ille suscéperat educándos. Ephesi : sancti Máximi mártyris, qui in persecutióne Décii coronátus est. Neápoli in Campánia : sancti Sevéri Epíscopi. Qui inter ália admiránda, mórtuum de sepúlcro excitávit ad tempus: ut mendácem creditórem víduæ et pupillórum falsitátis argúeret. Evoréæ in Epíro : sancti Donáti Epíscopi, qui témpore Theodósii imperatóris exímia sanctitáte refúlsit. Londíni in Anglia : sancti Erconváldi Epíscopi, qui multis miráculis cláruit.

MAIUS.

Kaléndis Maii : Luna B XXVIII

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
A B C D E F F G H M N P
23 24 25 26 27 28 27 28 29 1 2 3

NATALIS beatórum Apostolórum Philíppi et Jacóbi. Ex quibus Philíppus postquam omnem pene Scythiam ad fidem Christi convertísset, apud Hierápolim Asiæ civitátem cruci affixus, et lapídibus óbrutus : glorióso fine quiévit. Jacóbus vero, qui et frater Dómini légitur, et primus Hierosolymórum Epíscopus ; e pinna templi præcipitátus, confráctis crúribus, ac fullónis fuste in cérebro percússus intériit : ibíque non longe a templo sepúltus est. Festum totum Duplex. In Ægypto : sancti Die 1.

Jeremíæ Prophétæ. Qui a pópulo lapídibus óbrutus, apud Taphnas occúbuit : ibíque sepúltus est. Ad cujus sepúlcrum fidéles, ut refert sanctus Epiphánius, supplicáre consuevérunt : índeque sumpto púlvere, áspidum mórsibus medéntur. In Gálliis, território Vivariénsi : beáti Andéoli Subdiáconi, quem sanctus Polycárpus una cum áliis ab Oriénte misit in Gálliam ad prædicándum verbum Dei. Hic sub Sevéro imperatóre spinósis fústibus cæsus : demum ense lígneo cápite in quátuor partes in modum crucis conscísso : martyrium consummávit. Oscæ in Hispánia : sanctórum mártyrum Oréntii et Patiéntiæ. Sedúni in Gállia : pássio sancti Sigismúndi regis Burgundiónum. Qui in púteum demérsus occúbuit : ac póstea miráculis cláruit. Antisiodóri : sancti Amatóris Epíscopi et confessóris. Auscii : sancti Oriéntii Epíscopi.

XXVII C Sexto Nonas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Die 2. ALEXANDRIÆ : natális sancti Athanásii, ejúsdem urbis Epíscopi, sanctitáte et doctrína claríssimi. In cujus persecutiónem univérsus pene orbis conjuráverat : ipse tamen Cathólicam fidem a témpore Constantíni usque ad Valéntem, advérsus imperatóres, præsides, et innúmeros Epíscopos Ariános strénue propugnávit. A quibus plúrimas perpéssus insídias, prófugus toto orbe actus est : nec ullus ei tutus ad laténdum supérerat locus. Tandem ad suam Ecclésiam revérsus : post multos agónes, multásque patiéntiæ corónas, quadragésimo sexto sui sacerdótii anno, migrávit ad Dóminum, témpore Valentiniáni et Valéntis imperatórum. Festum Duplex.
Romæ : sanctórum mártyrum Saturníni, Neópoli, Germáni, et Cælestíni. Qui multa passi, in cárcerem demum

conjécti : ibi in Dómino quievérunt. Item : sanctórum mártyrum Exupérii, et Zoes uxóris ejus, Cyríaci et Theóduli filiórum, qui sub Hadriáno imperatóre passi sunt. Híspali : sancti Felícis Diáconi et mártyris. Eódem die : sancti Vindemiális Epíscopi et mártyris. Qui una cum sanctis Epíscopis Eugénio et Longíno doctrína et miráculis advérsus Ariános decértans : ab Hunneríco rege cápite obtruncári jubétur.

Quinto Nonas Maii : Luna D XXVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

HIEROSOLYMIS : Invéntio sacrosánctæ Crucis Domínicæ sub Constantíno imperatóre. Festum totum Duplex. Die 3.
Romæ via Numentána : pássio sanctórum mártyrum Alexándri Papæ, Evéntii et Theóduli Presbyterórum. Ex quibus Alexánder sub Hadriáno príncipe et Aureliáno júdice post víncula, cárceres, equúleum, úngulas, et ignes : punctis crebérrimis per tota membra confóssus, ac perémptus est. Evéntius vero et Theódulus post longos cárceres ígnibus examináti : ad últimum decolláti sunt. Memoria. Nárniæ : sancti Juvenális Epíscopi et confessóris. Constantinópoli : sanctórum mártyrum Alexándri mílitis, et Antonínæ vírginis. Quæ in persecutióne Maximiáni sub præside Festo ad lupánar damnáta, et ab Alexándro, qui pro ea ibi remánserat, mutáto hábitu clam edúcta, cum eo póstmodum jussa est torquéri ; et ambo simul præcísis mánibus in ignem pro Christo injécti : egrégio perácto certámine coronántur.

XXV E Quarto Nonas Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5

Die 4. APUD Ostia Tiberína : natális sanctæ Mónicæ, mat beáti Augustíni. Cujus ille præcláram vitam in lib nono Confessiónum testátam relíquit. Festum Duple In metállo Phennénsi Palæstínæ : natális beáti Silva Gazæ Epíscopi; qui in Diocletiáni persecutióne, cu plúribus suis Cléricis : martyrio coronátus est. Item sanctórum trigintanóvem mártyrum ; qui ibídem metálla damnáti : post ferri candéntis adustiónem, ália torménta, simul cápite cæsi sunt. Hierosólym sancti Cyríaci Epíscopi. Qui cum loca sancta visitáre sub Juliáno Apóstata cæsus est. Nicomedíæ : nata sanctæ Antóniæ mártyris. Quæ nímium torta, et vár afflícta cruciátibus, áltero bráchio tribus diébus suspén et in cárcere biénnio deténta : ad últimum a Priscillia præside in confessióne Dómini flammis combústa Lauríaci in Nórico Ripénsi : sancti Floriáni márty Qui sub Diocletiáno imperatóre, Aquilíni præsidis jus ligáto ad collum saxo : in flumen Anisum præcipitá est. Tarsi : sanctæ Pelágiæ vírginis. Quæ sub Diocleti in bovem ænéum candéntem inclúsa : martyrium co plévit. Medioláni : sancti Venérei Epíscopi, cujus tútes sanctus Joánnes Chrysóstomus in epístola ad e scripta testátas relíquit. Antisiodóri : sancti Curcódo Diáconi.

Tértio Nonas Maii : Luna F XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

ROMÆ : sancti Pii Quinti Papæ et confessóris, ex Ordine Prædicatórum. Qui Cleri populíque móribus strénue reformátis, hærésibus ubíque compréssis, victória nováli apud Naupáctum Christiánis a Deo exoráta : boni pastóris partes omnes implévit. Festum totum Duplex. Alexandríæ : sancti Euthymii Diáconi, ob Christum in cárcere quiescéntis. Thessalónicæ : natális sanctórum mártyrum Irenæi, Peregríni, et Irénes, ígnibus combustórum. Antisiodóri : pássio sancti Joviniáni Lectóris. Panórmi * in Sicília : sancti Angeli Presbyteri, Ordinis Carmelitárum, qui ab hæréticis ob defensiónem Cathólicæ fídei trucidátus est. Hierosólymis : sancti Máximi Epíscopi et confessóris. Quem Galérius Maximiánus post effóssum óculum, pedémque igníto ferro adústum : ad metálla damnávit. Edéssæ in Syria : sancti Eulógii Epíscopi et confessóris. Areláte in Gállia : sancti Hilárii Epíscopi, doctrína et sanctitáte conspícui. Viénnæ : sancti Nicétii Epíscopi, venerábilis sanctitátis viri. Mediolláni : Convérsio sancti Augustíni Epíscopi et Ecclésiæ Doctóris. Quem beátus Ambrósius Epíscopus fídei Cathólicæ veritátem dócuit : et hac die baptizávit.

Die 5.

* Alias Leocátæ

Prídie Nonas Maii : Luna G XXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

ROMÆ : sancti Joánnis ante portam Latínam. Qui ab Epheso jussu Domitiáni vinctus Romam perdú-

Die 6.

ctus ; et judicánte senátu ante eámdem portam in ólei fervéntis dólium missus : púrior et vegétior inde éxiit, quam intrávit. Festum Duplex. Antiochíæ : sancti Evódii. Qui, ut beátus Ignátius ad Antiochénses scribit, primus ibídem a sancto Petro Apóstolo ordinátus Epíscopus : glorióso martyrio vitam finívit. Cyréne : sancti Lúcii Epíscopi, quem in Actibus Apostolórum sanctus Lucas commémorat. In Africa : sanctórum mártyrum Heliodóri et Venústi, cum áliis septuagintaquínque. Damásci : natális beáti Joánnis Damascéni, sanctitáte et doctrína célebris. Qui pro cultu sanctárum imáginum verbo et scriptis advérsus Leónem Isáuricum strénue decertávit ; cujus jussu cum ei déxtera manus amputáta fuísset, imágini beátæ Maríæ Vírginis, quam deféndcrat, seípsum comméndans : prótinus déxteram íntegram sanámque recépit. Carrhis in Mesopotámia : sancti Protógenis Epíscopi. In Anglia : sancti Eadbérti Epíscopi Lindisfarnénsis, doctrína et pietáte insígnis. Item : Octáva sancti Petri Mártyris. Simplex. ✠

XXII A Nonis Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 7. OCTAVA sanctæ Catharínæ Senénsis. Solemnis. Tarracínæ in Campánia : natális beátæ Fláviæ Domitíllæ vírginis et mártyris. Quæ cum esset Flávii Cleméntis cónsulis soróris fília : et a sancto Clemente sacro velámine consecráta ; in persecutióne Domitiáni ob testimónium Christi cum áliis plúrimis in ínsulam Póntiam exsílio deportáta : longum ibi martyrium duxit. Novíssime vero Tarracínam dedúcta, cum doctrína et miráculis plúrimos ad fidem Christi convertísset ; jussu júdicis incénso cubículo, in quo simul cum suis virgí-

nibus Euphrósina et Theodóra morabátur: cursum gloriósi martyrii consummávit. Eódem die: sancti Juvenális mártyris. Nicomedíæ : sanctórum mártyrum Flávii, Augústi, et Augustíni fratrum. Romæ : sancti Benedícti Papæ et confessóris. Ebóraci in Anglia : sancti Joánnis Epíscopi, vita et miráculis clari. Romæ : translátio córporis sancti Stéphani Protomártyris. Quod, Pelágio summo Pontífice, e Constantinópoli ad Urbem allátum, atque in sepúlcro sancti Lauréntii mártyris in agro Veráno pósitum : ibídem magna piórum religióne cólitur.

Octávo Idus Maii : Luna BXXI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

In monte Gargáno : Apparítio sancti Michaélis Archángeli. Festum totum Duplex. Medioláni : natális sancti Victóris mártyris. Qui natióne Maurus, et a primæva ætáte Christiánus, cum esset in castris imperiálibus miles : compellénte Maximiáno ut idólis sacrificáret, in confessióne Dómini fortíssime persevérans, primo gráviter fústibus cæsus, sed Deo protegénte dolóris expers; deínde liquénti plumbo perfúsus, sed nihil pénitus læsus : novíssime gloriósi martyrii cursum cápitis abscissióne complévit. Constantinópoli : sancti Acáthii centuriónis. Qui in persecutióne Diocletiáni et Maximiáni a Firmo tribúno delátus, quod Christiánus esset; et a Bibiáno júdice Perínthi sævíssime tortus : Byzántii demum a Flaccíno procónsule cápitis damnátus est. Cujus corpus ad Scyllácium litus divínitus póstea delátum : ibi honorí.fice asservátur. Die 8.

xx C Séptimo Idus Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

Die 9. NAZIANZI : natális beáti Gregórii Epíscopi ob singulárem divinárum rerum doctrínam cognoménto Theólogi. Qui collápsam Constantinópoli Cathólicam fidem restítuit : hæresésque insurgéntes compréssit. Festum Duplex. Romæ : sancti Hermæ, cujus Apóstolus Paulus in Epístola ad Romános méminit. Hic digne semetípsum sacríficans: acceptabilísque Deo hóstia factus; virtútibus clarus : cæléstia regna petívit. In Pérside : sanctórum mártyrum trecentórum et decem. In castro Vindecíno : depositio sancti Beáti confessóris. Constantinópoli : translátio sanctórum Andréæ Apóstoli et Lucæ Evangelístæ de Achaia, et Timóthei discípuli beáti Pauli Apóstoli ab Epheso. Corpus autem sancti Andréæ longo post témpore Amálphim delátum, ibi pio fidélium concúrsu honorátur : ex cujus sepúlcro liquor ad languóres curándos júgiter manat.

XIX D Sexto Idus Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

Die 10. FLORENTIÆ : sancti Antoníni ejúsdem urbis Archiepíscopi, Ordinis Prædicatórum. Ob doctrínæ et sanctitátis præstántiam, invítus ad Episcopátum raptus : misericórdia ac pietáte illústris ; Sacerdotáli quoque zelo mirífice excéllens : prudéntia et consílio ádeo célebris fuit, ut Antonínus consiliórum mérito vocarétur. Virtútibus et miráculis exímius : ætátis anno septuagé-

simo in cælum migrávit, sexto Nonas Maii. Sepúltus in ecclésia sancti Marci: magna pópuli veneratióne cólitur. Festum totum Duplex. Romæ via Latína: natális sanctórum mártyrum Gordiáni et Epímachi. Quorum prior pro confessióne nóminis Christi témpore Juliáni Apóstatæ diu plumbátis cæsus, et ad últimum cápite truncátus; noctu a Christiánis sepúltus fuit eádem via in crypta, in quam beáti Epímachi mártyris relíquiæ paulo ante translátæ fúerant ab Alexandría: ubi ille pro Christi fide martyrium compléverat. Memoria. In terra Hus: sancti Job Prophétæ, admirándæ patiéntiæ viri. Romæ: beáti Calepódii Presbyteri et mártyris. Quem Alexánder imperátor gládio fecit occídi; et corpus ejus per civitátem trahi, atque in Tíberim jactári: quod invéntum Callístus Papa sepelívit. Decollátus est étiam Palmátius consul cum uxóre et fíliis, et áliis promíscui sexus quadragínta duóbus de domo sua; Simplícius quoque senátor cum uxóre, et sexagintaócto de família sua: item et Felix cum uxóre sua Blanda. Quorum cápita suspénsa sunt per divérsas portas Urbis: ad exémplum Christianórum. Item Romæ via Latína ad centum aulas: natális sanctórum mártyrum Quarti et Quinti, quorum córpora Cápuam transláta sunt. Matríti: sancti Isidóri Agrícolæ, quem miráculis clarum Gregórius Decimusquíntus in Sanctórum númerum rétulit.

Quinto Idus Maii: Luna EXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

CRACOVIÆ in Polónia: natális* sancti Stanislái Epíscopi Die 11.
et mártyris, qui a Bolesláo ímpio rege necátus est. * Nata-
Festum Duplex. Romæ via Salária: natális beáti Anthimi lis est Octavo
Presbyteri. Qui post virtútum et prædicatiónis insígnia, Idus Maii.

in persecutióne Diocletiáni in Tíberim præcipitátus, et ab Angelo exínde ereptus, oratório próprio restitútus est : deínde cápite punítus, victor migrávit ad cælos. Eódem die: sancti Evéllii mártyris. Qui cum esset de família Nerónis, ad passiónem sancti Torpétis in Christum crédidit : pro quo et decollátus est. Item Romæ : sanctórum mártyrum Máximi, Bassi, et Fábii, qui sub Diocletiáno via Salária cæsi sunt. Auximi in Picéno: sanctórum mártyrum Sisínii Diáconi, Dioclétii, et Floréntii, discipulórum sancti Anthimi Presbyteri. Qui sub Diocletiáno lapídibus óbruti : martyrium complevérunt. Varénnis : sancti Gangúlphi mártyris. Viénnæ : sancti Mamérti Epíscopi. Qui ob imminéntem cladem solémnes ante Ascensiónem Dómini triduánas Litanías in ea urbe
* Alias restituit instítuit : * quem ritum póstea universális Ecclésia recípiens comprobávit. Apud Silviníacum : deposítio sancti Maióli Abbátis Cluniacénsis, cujus vita sanctis méritis fuit præclára.

XVII F Quarto Idus Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

Die 12. In monastério Aveirénsi Ordinis Prædicatórum: natális beátæ Joánnæ vírginis, Lusitániæ Infántis, Alphónsi Quinti regis fíliæ; cujus ob singulária mérita Innocéntius Duodécimus de venerabílium sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinálium sacris rítibus præpositórum consílio : in toto regno Portugálliæ, nec non in univérso Prædicatórum Ordine Missam et Officium de Commúni unius Vírginis non Mártyris celebrári permísit. Festum Duplex. Romæ via Ardeatína : sanctórum mártyrum Nérei et Achíllei fratrum. Qui primo cum Flávia Domitílla, cujus erant eunúchi, in ínsula Póntia longum pro Christo

duxérunt exsílium : póstmodum gravíssimis verbéribus attrectáti sunt. Deínde, cum a Minúcio Rufo consulári equúleo et flammis ad immolándum compelleréntur, diceréntque se a beáto Petro Apóstolo baptizátos, nulla ratióne posse idólis immoláre : cápite cæsi sunt. Ibídem via Aurélia : sancti Pancrátii mártyris. Qui cum esset annórum quatuórdecim : sub Diocletiáno martyrium cápitis obtruncatióne complévit. Memoria. Item Romæ: sancti Dionysii pátrui ejúsdem beáti Pancrátii. In Sicília: sancti Philíppi Argyriónis. Qui a Románo Pontífice ad eam ínsulam missus, magnam illíus partem ad Christum convértit : cujus sánctitas in liberándis energúmenis máxime declarátur. Salamínæ in Cypro: sancti Epipháнii Epíscopi. Qui multíplici eruditióne, et sacrárum litterárum sciéntia excéllens : vitæ quoque sanctitáte, zelo Cathólicæ fidei, munificéntia in páuperes, et virtúte miraculórum éxstitit admirándus. Constantinópoli : sancti Germáni Epíscopi, virtútibus et doctrína insígnis. Qui Leónem Isáuricum advérsus sacras imágines edíctum promulgántem: magna fidúcia redárguit. Tréviris: sancti Modoáldi Epíscopi. In civitáte Calciaténsi : sancti Domínici confessóris. Octáva sancti Pii Papæ et confessóris. Simplex.

Tértio Idus Maii : Luna G XVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

CREMONÆ : beáti Albérti Villæoniénsis agri Bergomátis, Die 13.
Tértii Ordinis nostri, miráculis clari. Cujus depositio fuit die séptima Maii. Festum Duplex. Romæ: Dedicátio Ecclésiæ sanctæ Maríæ ad Mártyres; quam beátus Bonifácius Papa Quartus, expurgáto deórum ómnium véteri fano, quod Pántheon vocabátur, in honórem beátæ

semper vírginis Maríæ, et ómnium Mártyrum dedicávit: témpore Phocæ imperatóris. Constantinópoli : beáti Múcii Presbyteri et mártyris. Qui sub Diocletiáno imperatóre et Laodício procónsule, primo Amphiópoli multis pœnis atque cruciátibus ob Christi confessiónem afflíctus ; póstea Byzántium usque perdúctus : capitáli senténtia occúbuit. Heracléæ : sanctæ Glycériæ mártyris Románæ, quæ sub Antoníno imperatóre et Sabíno præside passa est. Alexandríæ : commemorátio plurimórum sanctórum mártyrum, qui ob fidem Cathólicam ab Ariánis in Ecclésia Theónæ occísi sunt. In Palæstína : sancti Joánnis Silentiárii.

XV A Prídie Idus Maii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

Die 14. SCALABI in Lusitánia : depositio beáti Ægydii e pago Vaozéllæ Ordinis nostri, pœniténtiæ et miraculórum fama conspícui. Festum Duplex. Natális sancti Bonifácii mártyris : qui sub Diocletiáno et Maximiáno apud Tarsum Cilíciæ passus; Romam deínde translátus: via Latína sepúltus est. In Gállia : sancti Póntii mártyris. Cujus prædicatióne et indústria postquam duo Philíppi Cæsares ad fidem Christi convérsi sunt : ipse sub Valeriáno et Galliéno princípibus martyrii palmam adéptus est. In Syria : sanctórum mártyrum Victóris et Corónæ, sub Antoníno imperatóre. Ex quibus Victor a Sebastiáno júdice váriis et horréndis afféctus est cruciátibus : quem Coróna uxor cujúsdam mílitis, cum cœpísset beátum prædicáre ob martyrii constántiam ; vidit duas corónas de cælo lapsas : unam Victóri, et álteram sibi missam. Cumque hoc audiéntibus cunctis testarétur : ipsa quidem inter árbores scissa, Victor vero decollátus est.

Romæ : sancti Paschális Papæ. Qui plúrima sanctórum mártyrum córpora e cryptis levávit : et in divérsis ecclésiis honorífice collocávit. Feréuti in Túscia : sancti Bonifácii Epíscopi, qui, ut refert beátus Gregórius Papa, a pueritia sanctitáte et miráculis cláruit. In Ægypto : sancti Pachómii Abbátis. Qui plúrima in ea regióne monastéria eréxit; et régulam Monachórum scripsit: quam Angelo dictánte didícerat.

Idibus Maii : Luna B XIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

MEDIOLANI : Convérsio sancti Augustíni Epíscopi et confessóris, atque Ecclésiæ Doctóris, cujus dies ágitur tértio Nonas Maii. Festum Duplex. In Hispánia: sanctórum Torquáti, Ctesiphóntis, Secúndi, Indalétii, Cæcílii, Hesychii, et Euphrásii. Qui Romæ a sanctis Apóstolis Epíscopi ordináti : et ad prædicándum verbum Dei in Hispánias dirécti sunt. Cumque váriis úrbibus evangelizássent, et innúmeras multitúdines Christi fidei subjugássent, in ea província divérsis locis quievérunt : Torquátus Acci, Ctésiphon Vérgii, Secúndus Abulæ, Indalétius Urcii, Cæcílius Illíberi, Hesychius Cartéiæ, et Euphrásius Illitúrgii. Eboræ in Lusitánia : sancti Máncii mártyris. In ínsula Chio : natális beáti Isidóri mártyris. In cujus basílica exstat púteus, in quem fertur fuísse injéctus : de cujus aqua infirmi sæpius potáti sanántur. Lámpsaci in Hellespónto : pássio sanctórum Petri, Andréæ, Pauli, et Dionysiæ. In Brabántia : sanctæ Dympnæ vírginis et mártyris, fíliæ regis Hibérniæ. Quæ pro fide Christi, et virginitáte servánda : a patre jussa est decollári.

Pie. 15.

XIII C Decimoséptimo Kaléndas Júnii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

Die 16. **PRAGÆ** in Bohémia: sancti Joánnis Nepomucéni Metropolitánæ Ecclésiæ Canónici. Qui frustra tentátus, ut sigílli sacramentális fidem próderet: in flumen Moldávam dejéctus martyrii palmam emeruit. Festum Duplex. In Isáuria: natális sanctórum mártyrum Aquilíni et Victoriáni. Antisiodóri: pássio sancti Peregríni primi ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui a beáto Xysto Papa in Gállias cum áliis Cléricis missus; Evangélicæ prædicatiónis múnere expléto, capitáli senténtia damnátus: corónam méruit sempitérnam. In Palæstína: pássio sanctórum Monachórum a Sarracénis in laura sancti Sabæ interfectórum. In Pérside: sanctórum mártyrum Audæ Epíscopi, septem Presbyterórum, novem Diaconórum, et septem Vírginum. Qui sub Isdegérde rege váriis tormentórum généribus cruciáti: gloriósum martyrium complevérunt. Eugúbii: sancti Ubáldi Epíscopi miráculis clari. In Scótia: sancti Brandáni Abbátis. Apud Forum Július: sanctæ Máximæ vírginis, quæ multis clara virtútibus in pace quiévit ✠

XII D Sextodécimo Kaléndas Júnii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

Die 17. **OCTAVA** sancti Antoníni Epíscopi. Simplex. Pisis in Túscia: sancti Torpétis mártyris. Qui magnus in officio Nerónis primum fuit; unúsque ex his, de quibus Paulus Apóstolus ab Urbe Roma ad Philippénses scribit: Salútant vos omnes sancti, máxime autem qui de Cæsaris

domo sunt. Sed póstea pro fide Christi, jubénte Satéllico, álapis cæditur; verbéribus duríssime afficitur: ac béstiis devorándus tráditur, sed mínime læditur; tandem martyrium suum decollatióne complévit tértio Kaléndas Maii: ejus tamen festívitas hac die recólitur ob sui córporis translatiónem. Eódem die: sanctæ Restitútæ vírginis et mártyris. Quæ Valeriáno imperánte, a Próculo júdice in Africa várie torta, et in navícula pice et stupa reférta, ut in mari combureretur, impósita; immísso igne, cum in incensóres flamma converterétur: ipsa in oratióne spíritum Deo réddidit. Cujus corpus cum eádem navícula Dei nutu ad Ænáriam ínsulam prope Neápolim devéctum, a Christiánis magna veneratióne suscéptum est: ac póstmodum in ejus honórem Constantínus Magnus basílicam Neápoli erigéndam curávit. Noviodúni: sanctórum mártyrum Herádii, Pauli, et Aquilíni, cum duóbus áliis. Herbípoli: sancti Brunónis Epíscopi et confessóris.

Quintodécimo Kaléndas Júnii: Luna E XI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

Apud Camértes: sancti Venántii mártyris. Qui quíndecim annos natus, sub Décio imperatóre post vária torménta cápite truncátus: gloriósam victóriæ palmam adéptus est. Festum Simplex. In Ægypto: sancti Dióscori Lectóris. In quem præses multa et vária torménta exércuit: ita ut ungues ejus effóderet; et lampádibus látera inflammáret: sed cæléstis lúminis fulgóre pertérriti cecidérunt minístri. Novíssime láminis ardéntibus adústus: martyrium consummávit. Spoléti: sancti Felícis Epíscopi, qui sub Maximiáno imperatóre martyrii palmam adéptus est. In Ægypto: sancti Potamiónis Epísco- Die 18.

pi. Qui primo sub Galério Maximiáno confèssor, deínde sub Constántio imperatóre et Philágrio præside Ariáno: martyrio coronátus est. Ancyræ in Galátia : sancti Theódoti mártyris, et sanctárum Thecúsæ ejus ámitæ, Alexándræ, Cláudiæ, Faínæ, Euphrásiæ, Matrónæ, et Julíttæ vírginum. Quæ a præside primum prostitútæ, sed Dei virtúte servátæ : lapídibus ad colla ligátis in palúdem mersæ sunt. Quarum relíquias colléctas cum Theódotus honorífice sepelísset, comprehénsus a præside, sævíssime dilaniátus est : ac demum ense percússus, martyrii palmam accépit. Upsali in Suétia : sancti Eríci regis et mártyris.

X F Quartodécimo Kaléndas Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

Die 19. SANCTI Petri de Moróno : qui ex Anachoréta summus Póntifex creátus, dictus est Cælestínus Quintus; sed Pontificátu se ábdicans, et in solitúdine religiósam vitam agens : virtútibus et miráculis clarus migrávit ad Dóminum. Festum Duplex. Romæ : sancti Pudéntis senatóris. Qui ab Apóstolis Christo in baptísmo vestítus: innocéntem túnicam usque ad vitæ corónam immaculáte custodívit. Ibídem : sanctæ Pudentiánæ vírginis. * Quæ post innúmeros agónes, post multórum mártyrum venerabíliter exhíbitas sepultúras; post omnes facultátes suas paupéribus pro Christo erogátas : tandem de terris ad cælos migrávit. Memoria. Item Romæ via Appia : natális sanctórum Calóceri et Parthénii eunuchórum. Quorum prior cum esset præpósitus cubículi uxóris Décii imperatóris, alter vero altérius múneris primicérius : noléntes idólis sacrificáre, ab eódem occísi sunt. Cantuáriæ : sancti Dunstáni Epíscopi. In Británnia mi-

* Filiæ S. Pudentis

nóri : sancti Ivónis Presbyteri et confessóris, qui pro Christi amóre causas pupillórum, viduárum, ac páuperum defendébat.

Tertiodécimo Kaléndas Június : Luna G IX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

PERUSIÆ : beátæ Colúmbæ de Reáte vírginis Ordinis Die 20.
sancti Patris Domínici, puritáte, patiéntia, atque abstinéntia conspícuæ. Festum Duplex. Romæ via Salária : natális sanctæ Basíllæ vírginis. Quæ cum esset ex régio génere, et illustríssimum sponsum habéret, illúmque dimisísset : accusáta ab eo, quod esset Christiána ; decrétum est a Galliéno Augústo, ut aut sponsum recíperet : aut gládio interíret. Quæ convénta de hoc, cum respondísset Regem regum se habére sponsum : gládio transverberáta est. Nemáusi in Gálliis : sancti Baudélii mártyris. Qui comprehénsus, cum sacrificáre nollet, et in fide Christi immóbilis inter vérbera et torménta persísteret : martyrii palmam pretiósa morte suscépit. Apud Bitúricas in Gállia : sancti Austregísili Epíscopi et confessóris. Romæ : sanctæ Plautíllæ féminæ consuláris, matris beátæ Fláviæ Domitíllæ. Quæ a sancto Petro Apóstolo baptizáta, ómnium virtútum laude refúlgens : quiévit in pace.

Duodécimo Kaléndas Június : Luna A VIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

AQUILÆ in Vestínis : sancti Bernardíni Senénsis confes- Die 21
sóris Ordinis Minórum, cujus natális dies est tertiodécimo Kaléndas Június. Festum Simplex. In Mauritánia

Cæsariénsi : natális sanctórum mártyrum Timóthei, Pólii, et Eutychii Diaconórum. Qui in eádem regióne verbum Dei disseminántes : páriter coronári meruérunt. Cæsaréæ in Cappadócia : natális sanctórum mártyrum Polyéucti, Victórii, et Donáti. Córdubæ : sancti Secundíni mártyris. Cæsaréæ Philíppi : natális sanctórum mártyrum Nicóstrati et Antíochi tribunórum, cum áliis milítibus. Eódem die : sancti Valéntis Epíscopi, qui cum tribus púeris necátus est. Alexandríæ : commemorátio sanctórum mártyrum Secúndi Presbyteri, et aliórum. Quos sacris diébus Pentecóstes sub Constántio imperatóre : Geórgius Epíscopus Ariánus sævíssime occídi præcépit. Item : sanctórum Episcopórum et Presbyterórum, qui ab Ariánis exsílio relegáti, sanctis confessóribus sociári meruérunt. Níciæ in Gállia : sancti Hospítii confessóris, virtúte abstinéntiæ, et prophetíæ spíritu insígnis.

VII B Undécimo Kaléndas Június : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

Die 22. * Ejus festum tertio Idus Maii antea celebr.

Apud Trajéctum : sancti Servátii * Tungrénsis Ecclésiæ Epíscopi. Ad cujus méritum ómnibus demonstrándum ; cum témpore híemis ómnia in circúitu nix repléret, sepúlcrum ejus nunquam opéruit : donec indústria cívium basílica super illud ædificáta est. Festum totum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Faustíni, Timóthei, et Venústi. In Africa : sanctórum mártyrum Casti et Æmílii, qui per ignem passiónis martyrium consummárunt. Hos, ut beátus Cypriánus scribit, in prima congressióne devíctos, Dóminus victóres in secúndo prœlio réddidit : ut fortióres ígnibus fierent, qui ígnibus ante cessíssent. In Córsica : sanctæ Júliæ vírginis, quæ crucis supplício coronáta est. Cománæ in Ponto : sancti

Basilísci mártyris. Qui sub Maximiáno imperatóre et Agríppa præside férreas crépidas ignítis clavis confixas calceátus, múltaque ália passus ; demum cápite obtruncátus, et in flumen projéctus : martyrii glóriam consecútus est. In Hispánia : sanctæ Quitériæ vírginis et mártyris. In pago Antisiodorénsi : beáti Románi Abbátis. Qui sancto Benedícto ministrávit in specu ; inde in Gállias profícíscens, ædificáto monastério, relictísque multis sanctitátis alúmnis : quiévit in Dómino. Antisiodóri : sanctæ Hélenæ vírginis.

Décimo Kaléndas Júnii : Luna C vi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

APUD Língonas in Gállia : pássio sancti Desidérii Epíscopi. Qui cum plebem suam ab exércitu Wandalórum vexári cérneret : ad regem eórum pro ea supplicatúrus accéssit ; a quo statim jugulári jussus, pro óvibus sibi créditis cervícem libénter exténdit : et percússus gládio migrávit ad Christum. Passi sunt autem cum eo et álii plures de número gregis sui : qui apud eámdem urbem cónditi sunt. In Africa : sanctórum mártyrum Quinctiáni, Lúcii, et Juliáni. Qui in persecutióne Wandálica passi : ætérnas corónas meruérunt. In Cappadócia : commemorátio sanctórum mártyrum, qui in persecutióne Galérii Maximiáni confráctis crúribus necáti sunt. Item : eórum, qui eódem témpore in Mesopotámia appénsi pédibus in sublíme, cápite verso deórsum ; suffocáti fumo, et lento igne consúmpti : martyrium complevérunt. Apud Núrsiam : sanctórum Eutychii et Floréntii Monachórum, quorum méminit beátus Gregórius Papa.

Die 23.

v D Nono Kaléndas Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

Die 24. FESTUM beátæ Maríæ Vírginis sub título Auxílium Christianórum. Festum totum Duplex. Antiochíæ : natális sancti Mánahen, Heródis tetrárchæ collactánei; Doctóris et Prophétæ sub grátia novi Testaménti : in eádem urbe quiescéntis. Item : beátæ Joánnæ uxóris Chuzæ procuratóris Heródis, quam Lucas Evangelísta commémorat. In Portu Románo: natális sancti Vincéntii mártyris. Nannéte in Británnia minóri : beatórum mártyrum Donatiáni et Rogatiáni fratrum. Qui sub Diocletiáno imperatóre pro constántia fídei in cárcerem missi, et in equúleo suspénsi, ac laniáti, deínde láncea militári confóssi : novíssime cápita eórum præcísa sunt. Eódem die : sanctórum mártyrum Melétii ducis exércitus, ac sociórum ejus ducentórum et quinquagintaduórum, qui divérso mortis génere martyrium complevérunt. Item : sanctárum mártyrum Susánnæ, Marciánæ, et Palládiæ, prædictórum mílitum cónjugum, quæ una cum párvulis suis confráctæ sunt. In monastério Lirinénsi : sancti Vincéntii Presbyteri, doctrína et sanctitáte conspícui.

iv E Octávo Kaléndas Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

Die 25. BONONIÆ : Translátio sancti Patris nostri Domínici confessóris, témpore Gregórii Papæ Noni. Cujus sacrum corpus inter ália miraculórum insígnia, cum in digniórem locum transferrétur, tantam suavissimórum odórum

fragrántiam exhalávit, ut ánimos ómnium mira voluptáte compléret : ita egrégie contestánte Deo, quam grata sibi fúerit apostólici viri præclára sanctimónia. Festum totum Duplex. Floréntiæ : sanctæ Maríæ Magdalénæ de Pazzis vírginis, ex Ordine beátæ Maríæ de Monte Carmélo, cujus virgíneum corpus ibídem servátur incorrúptum. Memoria. Romæ via Nomentána : natális beáti Urbáni Papæ et mártyris; cujus exhortatióne et doctrína multi (in quibus fuére Tibúrtius et Valeriánus) Christi fidem suscepérunt : et pro ea martyrium subiérunt. Ipse quoque in persecutióne Alexándri Sevéri pro Ecclésia Dei multa passus : tandem cervícibus abscíssis, martyrio coronátus est. Memoria. Doróstori in Mysia : natális sanctórum mártyrum Passícratis, Valentiónis, et aliórum duórum simul coronatórum. Medioláni : sancti Dionysii Epíscopi. Qui ab imperatóre Constántio Ariáno in Cappadóciam pro fide Cathólica relegátus : ibídem propióre martyribus título spíritum Deo réddidit. Ejus sacrum corpus ab Aurélio Epíscopo Mediolánum transmíssum est ad beátum Ambrósium Epíscopum : cui piæ actióni officium quoque sancti Basílii Magni accessísse tráditur. Romæ: sancti Bonifácii Papæ Quarti, qui Pántheon in honórem beátæ Maríæ ad Mártyres dedicávit. Salérni : deposítio beáti Gregórii Papæ Séptimi, Ecclesiásticæ libertátis propugnatóris ac defensóris acérrimi. Floréntiæ : natális sancti Zenóbii ejúsdem civitátis Epíscopi, vitæ sanctitáte, ac miraculórum glória conspícui. Vérulis in Hérnicis : Translátio sanctæ Maríæ Jacóbi, cujus sacrum corpus plúrimis miráculis illustrátur. ✠

iii F Séptimo Kaléndas Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

Die 26. ROMÆ : sancti Philíppi Nérii, Congregatiónis Oratórii fundatóris, virginitátis et prophetíæ dono insígnis. Festum totum Duplex. Item Romæ : sancti Eleuthérii Papæ et mártyris. Qui multos nóbiles Romanórum ad fidem Christi perdúxit ; et sanctos Damiánum et Fugátium in Británniam misit : qui Lúcium regem una cum uxóre ac toto fere pópulo baptizárunt. Item Romæ : sanctórum mártyrum Simítrii Presbyteri, et aliórum vigintiduórum, qui sub Antoníno Pio passi sunt. Athénis: natális beáti Quadráti Apostolórum discípuli. Qui in persecutióne Hadriáni Ecclésiam grandi terróre dispérsam, fide et indústria sua cóngregans : librum pro Christiánæ religiónis defensióne valde útilem, et Apostólica doctrína dignum eídem porréxit. In Africa : sancti Quadráti mártyris, in cujus solemnitáte sanctus Augustínus sermónem hábuit. Tudérti : natális sanctórum mártyrum Felicíssimi, Heráclii, et Paulíni. In território Antisiodorénsi: pássio sancti Prisci mártyris, cum ingénti multitúdine Christi fidélium. Cantuáriæ in Anglia: sancti Augustíni Epíscopi. Qui illuc una cum áliis a beáto Gregório Papa missus; genti Anglórum Christi Evangélium prædicávit : ibíque virtútibus et miráculis gloriósus obdormívit in Dómino.

ii G Sexto Kaléndas Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

Die 27. NATALIS sancti Joánnis Papæ et mártyris. Qui a Theodoríco Itáliæ rege Ariáno Ravénnam evocátus; ibídem

propter Orthodóxam fidem in cárcere diu macerátus : vitam finívit. Doróstori in Mysia : pássio beáti Júlii. Qui témpore Alexándri imperatóris, cum esset veteránus et eméritæ milítiæ : comprehénsus ab officiálibus, Máximo præsidi offértur. Quo præsénte cum idóla exsecrarétur, et Christi nomen constantíssime confiterétur : capitáli senténtia punítus est. Apud Soram : sanctæ Restitútæ vírginis et mártyris. Quæ sub Aureliáno imperatóre et Agáthio procónsule, fidei certámine suscépto, dæmonum ímpetus, paréntum blandítias, et tortórum sævítiam superávit : dénique cum áliis Christiánis cápite truncáta, martyrio decoráta est. Aráusicæ in Gálliis : sancti Eutrópii Epíscopi, virtútibus atque miráculis illústris. Eódem die : deposítio venerábilis Bedæ Presbyteri, sanctitáte et eruditióne celebérrimi.

Quinto Kaléndas Június : Luna A i

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

FLORENTIÆ : beátæ Maríæ Bartholomææ de Bagnésiis vírginis Tértii Ordinis sancti Domínici. Quæ váriis ac diutúrnis cruciátibus tentáta : crucifixo Sponso méruit conformári. Festum Duplex. In Sardínia : sanctórum mártyrum Æmílii, Felícis, Príami, et Luciáni, qui pro Christo certántes, coronáti sunt. Carnóti in Gállia : sancti Caráuni mártyris, qui sub Domitiáno imperatóre, cápite amputáto, martyrium sumpsit. Corínthi : sanctæ Helcónidis mártyris. Quæ primum Gordiáno imperatóre sub Perénnio præside multis torméntis afflícta : deínde sub Justíno ejus successóre íterum cruciáta, sed ab Angelo liberáta ; demum disséctis mammis, ferísque objécta, atque igne probáta : cápitis obtruncatióne martyrium complévit. Item : pássio sanctórum Crescéntis, Dioscó- Die 28.

ridis, Pauli, et Helládii. Thécuæ in Palæstína: sanctórum monachórum mártyrum, qui témpore Theodósii Junióris a Sarracénis occísi sunt. Quorum sacras relíquias áccolæ colligéntes: summa veneratióne illas habuérunt. Lutétiæ Parisiórum : sancti Germáni Epíscopi et confessóris. Qui quantæ sanctitátis, quantíque mériti fúerit; quibus étiam miráculis claruerit : Fortunátus Epíscopus litterárum monuméntis consignávit. Medioláni : sancti Senatóris Epíscopi, virtútibus et eruditióne claríssimi. Urgéllæ in Hispánia Tarraconénsi: sancti Justi Epíscopi. Floréntiæ : sancti Pódii Epíscopi et confessóris.

*B Quarto Kaléndas Június : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

Die 29. AVENIONETI in Gállia : beatórum Guillélmi et sociórum. Qui munus Inquisitórum strénue obeúntes in Tolosána diœcési; ab hæréticis Albigénsibus insidióse comprehénsi, ac gládio transfixi : glorióse morte in Dómino quievérunt. Festum Duplex. Romæ via Aurélia : natális sancti Restitúti mártyris. Apud Icónium Isáuriæ civitátem : pássio sanctórum Conónis, et fílii ejus annórum duódecim. Qui sub Aureliáno imperatóre craticulæ prunis suppósitis, et óleo superinfúso, suspensiónis in equúleo, atque ignis pœnam constánter passi ; málleo ad extrémum lígneo mánibus eórum contrítis : spíritum emisérunt. Eódem die : natális sanctórum mártyrum Sisínii, Martyrii, et Alexándri. Qui témpore Honórii imperatóris in Anáuniæ pártibus, ut scribit * beátus Paulínus : persequéntibus Gentílibus martyrii corónam adépti sunt. Cæsaréæ Philíppi : sanctárum mártyrum Theodósiæ matris sancti Procópii mártyris, et aliárum duódecim nobílium matronárum, quæ in persecutióne

*In vita S. Ambrosii.

Diocletiáni cápitis obtruncatióne consummátæ sunt. In Umbria: pássio sanctórum mille quingentórum et vigínti quinque mártyrum. Tréviris: beáti Maximíni Epíscopi et confessóris. Qui sanctum Athanásium Epíscopum, Arianórum insídiis in Gálliis exsulántem, honorífice suscépit.

Tértio Kaléndas Júnii: Luna CXXIX.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

ROMÆ via Aurélia: natális sancti Felícis Papæ et már- Die 30.
tyris, qui sub Aureliáno príncipe martyrio coronátus est. Túrribus in Sardínia: sanctórum mártyrum Sabíni et Críspuli. Antiochíæ: sanctórum Syci et Paladíni, qui pro Christi nómine multa torménta passi sunt. Ravénnæ: sancti Exsuperántii Epíscopi et confessóris. Papíæ: sancti Anastásii Epíscopi. Cesaréæ in Cappadócia: sanctórum Basílii, et Emméliæ cónjugis ejus, paréntum sancti Basílii Magni. Qui témpore Galérii Maximiáni extórres facti, Pónticas solitúdines incoluére; et post persecutiónem, filiis suárum virtútum relíctis herédibus: in pace quievérunt.

Prídie Kaléndas Júnii: Luna DXXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

VENETIIS: beáti Jacóbi Salomónii Ordinis Prædicató- Die 31.
rum. Qui sancti Patris Domínici exémplar totum in sese exprímere cúpiens, virginitátem, humilitátem, caritatémque in Deum ac próximos inprætermísse cóluit: quem étiam Dóminus prophetíæ dono, ac miraculórum

glória illústrem fecit. Ejus festum per áliquot Romános Pontífices apud Foroliviénses et Vénetos primum institútum : demum Gregórius Quintusdécimus in toto Prædicatórum Ordine célebre réddidit. Festum duplex. Aquiléiæ : sanctórum mártyrum Cántii, Cantiáni, et Cantianíllæ fratrum. Qui cum essent ex illústri Aniciórum progénie ; sub Diocletiáno et Maximiáno imperatóribus ob Christiánæ fídei constántiam una cum pedagógo suo Proto : cápite plexi sunt. Túrribus in Sardínia : sancti Crescentiáni mártyris. Apud Comános in Ponto : sancti Hérmiæ mílitis. Qui sub Antoníno imperatóre ab innúmeris et sævíssimis torméntis ope divína liberátus ; carníficem ad Christum convértit, et ejúsdem martyrii corónæ partícipem fecit : quam tamen ipse primus gládio obtruncátus accépit. Romæ : sancti Paschásii Diáconi et confessóris, cujus méminit beátus Gregórius Papa. Romæ : sanctæ Petronillæ vírginis, fíliæ sancti Petri Apóstoli. Quæ Flacci nóbilis viri conjúgium spernens ; accéptis triduánis ad deliberándum indúciis : ínterim jejúniis et oratiónibus vacans ; tértia die, mox ut Christi Sacraméntum accépit : emísit spíritum. Memoria.

JUNIUS.

XXVII E Kaléndis Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

Die 1. IN Japónia : beatórum Alphónsi Navarréte, et biscéntum quátuor sociórum, quorum plus quam dimídia pars ad Ordinem Prædicatórum attinébat. Qui ab anno millésimo sexcentésimo décimo séptimo ad annum millé-

simum sexcentésimum trigésimum secúndum strénue pro fide decertántes : glorióso meruérunt martyrio coronári. Festum Duplex. Cæsaréæ in Palæstína : beáti Pámphili Presbyteri et mártyris, viri admirándæ sanctitátis et doctrínæ, atque in páuperes muníſici. Qui ob Christi fidem in persecutióne Galérii Maximiáni, primo sub Urbáno præside cruciátus, et in cárcerem trusus ; deínde sub Firmiliáno íterum revocátus ad pœnas : una cum áliis martyrium consummávit. Passi sunt étiam tunc Valens Diáconus, et Paulus, aliíque novem : quorum memória áliis diébus celebrátur. Augustodúni : sanctórum Reveriáni Epíscopi, et Pauli Presbyteri, cum áliis decem, qui sub Aureliáno príncipe martyrio coronáti sunt. In Cappadócia : sancti Thespésii mártyris, qui sub Alexándro imperatóre et Simplício præfécto post ália torménta decollátus est. Bonóniæ : sancti Próculi Epíscopi et mártyris, qui sub Maximiáno imperatóre passus est. In monastério Lirinénsi : sancti Caprásii Abbátis. Tréviris : sancti Simeónis Mónachi, qui a Benedícto Papa Nono in Sanctórum númerum relátus est.

Quarto Nonas Júnii : Luna F XXVI 25.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

SANDOMIRIÆ : pássio quadragínta novem mártyrum Ordinis Prædicatórum; qui verbis iísdem prídie móniti, et sacro huic catálogo præinsérti : Deíparam in templo devóte salutántes, ab infidélibus una hora trucidáti sunt. Festum Duplex. Romæ : natális sanctórum mártyrum Marcellíni Presbyteri et Petri Exorcístæ. Qui multos in cárcere ad fidem erudiéntes ; sub Diocletiáno post dira víncula et plúrima torménta a Seréno júdice decolláti Die 2.

sunt in loco qui dicebátur Silva nigra: quæ póstea in honórem sanctórum commutáto nómine Silva cándida appelláta est. Horum córpora in crypta juxta sanctum Tibúrtium sepúlta sunt: eorúmque sepúlcrum sanctus Dámasus Papa vérsibus póstea exornávit. Memoria. In Campánia: sancti Erásmi Epíscopi et mártyris. Qui sub Diocletiáno Augústo primum plumbátis cæsus, deínde fústibus gráviter mactátus; post resína, súlphure, plumbo, pice, cera, oleóque perfúsus: illæsus appáruit. Deínde Fórmiis sub Maximiáno divérsis atque immaníssimis supplíciis íterum cruciátus, sed ad confirmándum céteros a Deo servátus; tandem vocánte Dómino, martyrio clarus, sancto fine quiévit: cujus corpus Caiétam póstea translátum est. Lugdúni: sanctórum mártyrum Photíni Epíscopi, Sancti Diáconi, Vétii, Epágathi, Matúri, Póntici, Bíblidis, Attali, Alexándri, et Blandínæ cum áliis multis; quorum fórtia et iteráta certámina témpore Marci Aurélii Antoníni et Lúcii Veri: Ecclésiæ Lugdunénsis epístola ad Ecclésias Asiæ et Phrygiæ scripta recénset. In his sancta Blandína sexu infírmior, córpore imbecíllior, conditióne dejéctior, diutúrnióra et acerbióra certámina súbiens, et fortis adhuc pérmanens: gládio juguláta céteros secúta est, quos hortabátur ad palmam. Romæ: sancti Eugénii Papæ et confessóris.

XXIV. G Tértio Nonas Júnii: Luna
25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

Die 3. Aretii in Túscia: sanctórum mártyrum Pergentíni et Laurentíni fratrum. Qui in persecutióne Décii, sub Tibúrtio præside, cum essent púeri, post dira supplícia toleráta, et magna mirácula osténsa: gládio cæsi sunt. Constantinópoli: sanctórum mártyrum Lucilliáni, et

quátuor puerórum Cláudii, Hipátii, Pauli, et Dionysii. Cum quibus Lucilliánus ex sacerdóte idolórum Christiánus factus, post vária torménta in fornácem injéctus est: sed flamma imbre exstíncta, omnes illæsi evasérunt. Dénique ipse cruci affixus, púeri autem gládio obtruncáti: sub Silváno præside consummáti sunt. Ibídem: sanctæ Paulæ vírginis et mártyris. Quæ cum prædictórum mártyrum sánguinem collígeret, comprehénsa; virgis cæsa, et in ignem conjécta, sed liberáta: demum et ipsa eódem loco, ubi sanctus Lucilliánus crucifixus fúerat, decolláta est. Córdubæ in Hispánia: beáti Isaac Mónachi, qui pro fide Christi gládio necátus est. Carthágine: sancti Cæcílii Presbyteri, qui sanctum Cypriánum ad fidem Christi perdúxit. In território Aurelianénsi: sancti Liphárdi Presbyteri et confessóris. Lucæ in Túscia: sancti Davíni confessóris. Parísiis: sanctæ Clotíldis regínæ, cujus précibus vir ejus Clodovéus rex fidem Christi suscépit. Anágniæ: sanctæ Olívæ vírginis.

Prídie Nonas Június: Luna A XXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

MEDIOLANI: translátio sancti Petri mártyris, Ordinis Præedicatórum. Festum totum Duplex. Romæ: sanctórum mártyrum Arétii et Daciáni. Sísciæ in Illyrico: sancti Quiríni Epíscopi. Qui sub Galério præside pro fide Christi, ut Prudéntius scribit, molári saxo ad collum ligáto: in flumen præcipitátus est. Sed lápide supernatánte, cum circumstántes Christiános, ne ejus terreréntur supplício, neve titubárent in fide, diu fuísset hortátus: ipse, ut martyrii glóriam assequerétur, précibus a Deo, ut mergerétur, obtínuit. Constantinópoli: sancti Metróphanis Epíscopi et confessóris insígnis. Die 4.

Milévi in Numídia : sancti Optáti Epíscopi, doctrína et sanctitáte conspícui.

XXII B Nonis Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24*	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

Die 5. AGNONI in citerióri Aprútio : sancti Francísci ex nóbili Neapolitána família Carácciolo, Congregatiónis Clericórum Regulárium Minórum fundatóris. Qui mira in Deum et próximum caritáte, et ardentíssimo sacræ Eucharistíæ cultus propagándi stúdio flagrávit : ejúsque corpus religiosíssime Neápoli cólitur. Festum Duplex. In Ægypto : natális sanctórum mártyrum Marciáni, Nicánoris, Apollónii, et aliórum, qui in persecutióne Galérii Maximiáni illústre martyrium consummárunt. Tyri : sancti Doróthei Presbyteri. Qui sub Diocletiáno multa passus ; et usque ad Juliáni témpora supérstes : sub eo annum agens séptimum supra centésimum, venerándam senéctam martyrio honestávit. Eódem die : sancti Bonifácii Epíscopi Moguntíni ; qui de Anglia Romam véniens et a Gregório Secúndo in Germániam missus, ut fidem Christi illis géntibus evangelizáret ; cum máximam multitúdinem, præsértim Frísonum, Christiánæ religióni subjugásset : Germanórum Apóstolus méruit appellári. Novíssime in Frísia a furéntibus Gentílibus gládio perémptus : martyrium consummávit cum Eóbano, et quibúsdam áliis servis Dei. Córdubæ in Hispánia : beáti Sáncii adolescéntis. Qui etsi in aula régia educátus : pro Christi tamen fide in persecutióne Arábica martyrium subíre non dubitávit. Perúsiæ : sanctórum mártyrum Floréntii, Juliáni, Cyríaci, Marcellíni, et Faustíni, qui in persecutióne Décii cápite cæsi sunt.

Octávo Idus Júnii : Luna CXXI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

SANCTI Norbérti Epíscopi Magdeburgénsis, fundatóris Die 6.
Ordinis Præmonstraténsis. Festum Duplex. Cæsaréæ in Palæstína : natális beáti Philíppi, qui fuit unus de septem primis Diáconis. Hic signis et prodígiis clarus, Samáriam ad fidem Christi convértit, et Candácis Æthíopum regínæ Eunúchum baptizávit: ac demum apud Cæsaréam requiévit. Juxta quem tres vírgines ejus fíliæ prophetíssæ tumulátæ jacent· nam quarta filia ejus, plena Spíritu sancto, Ephesi occúbuit. Romæ : sancti Artémii, cum uxóre Cándida, et filia Paulína. Qui Artémius ad prædicatiónem et mirácula sancti Petri Exorcístæ in Christum credens, et cum omni domo sua a sancto Marcellíno Presbytero baptizátus ; jussu Seréni júdicis plumbátis cæsus, et gládio percússus est : uxor vero ejus et filia in cryptam impúlsæ, lapídibus, ruderibúsque sunt óbrutæ. Tarsi in Cilícia : sanctórum mártyrum viginti, qui tempóribus Diocletiáni et Maximiáni sub Simplício júdice per divérsa torménta glorificavérunt Deum in corpóribus suis. Noviodúni in Gálliis : sanctórum mártyrum Amántii, Alexándri, et sociórum.

Séptimo Idus Júnii : Luna DXX.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

CONSTANTINOPOLI : natális sancti Pauli ejúsdem civitátis Die 7.
Epíscopi. Qui sæpe ab Ariánis ob fidem Cathólicam pulsus, et a sancto Júlio Románo Pontífice restitútus : demum a Constántio imperatóre Ariáno ad Cucúsum

oppídulum Cappadóciæ relegátus; ibídem Arianórum insídiis crudéliter strangulátus: ad cæléstia regna migrávit. Cujus corpus Theodósio imperatóre : Constantinópolim summo honóre translátum fuit. Córdubæ: sanctórum mártyrum Petri Presbyteri, Walabónsi Diáconi, Sabiniáni, Wistremúndi, Habéntii, et Hieremíæ Monachórum. In Anglia: sancti Robérti Abbátis Ordinis Cisterciénsis. ✠

XIX. E Sexto Idus Júnii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11

Die 8. BRIXIÆ: sanctæ Angelæ Meríciæ vírginis, institutrícis Moniálium sanctæ Ursulæ, quarum præcípuum munus esset dirígere adolescéntulas in vias Dómini. Festum Duplex. Aquis in Gállia : sancti Maximíni primi ejúsdem civitátis Epíscopi, quem Dómini discípulum fuísse tradunt. Eódem die: sanctæ Callíopæ mártyris. Quæ ob Christi fidem mammis abscíssis, atque adústis cárnibus super téstulas volutáta ; cápite demum truncáta : martyrii palmam accépit. Apud Suessiónes in Gálliis : natális sancti Medárdi Epíscopi Novioménsis, cujus vita et mors pretiósa gloriósis miráculis commendátur. Tres Lectiones. Rotómagi : sancti Gildárdi Epíscopi fratris ejúsdem sancti Medárdi. Qui eódem die nati ; eodémque die Epíscopi consecráti ; uno quoque die de hac vita subtrácti, simul in cælum migrárunt. Apud Sénonas : sancti Heráclii Epíscopi.

Quinto Idus Júnii : Luna F XVIII.

c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12						

Æ in monte Cœlio : natális sanctórum mártyrum Die 9.
rimi et Feliciáni, sub Diocletiáno et Maximiáno
atóribus. Hi gloriósi mártyres longævam in Dómi-
am ducéntes, et nunc simul pária, nunc singillátim
a et exquisíta perferéntes torménta: tandem felícis
e cursum, a Promóto præside Nomentáno gládio
idvérsi, consummavérunt. Tres Lectiones. Agénni
íllia : pássio sancti Vincéntii Levítæ et mártyris.
Antiochíam : sanctæ Pelágiæ vírginis et mártyris,
sancti Ambrósius et Joánnes Chrysóstomus
is éfferunt láudibus. Syracúsis : sancti Maximiáni
opi, cujus sanctus Gregórius Papa sæpius méminit.
ótia : sancti Colúmbi Presbyteri et confessóris.
æ in Syria : sancti Juliáni Mónachi, cujus præclára
sanctus Ephræm Diáconus scripsit.

Quarto Idus Júnii : Luna G XVII.

c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3
B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P						
5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13						

Æ : natális beáti Joánnis Domínici Archiepíscopi Die 10.
agusíni, et sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.
ı aboléndo schísmate plúrimum laborávit : et mo-
sanctitáte effúlsit in Ecclésia Dei. Festum Duplex.
e via Salária : pássio beáti Getúlii claríssimi et
ssimi viri, sociorúmque ejus Cereális, Amántii, et
tívi. Qui jussu Hadriáni imperatóris a Licínio con-
tenti ; primo cæsi, deínde in cárcerem trusi,
émo incéndio tráditi : cum nullo modo ab igne læsi

fuíssent, fústibus illíso cápite martyrium complevérunt. Quorum córpora Symphorósa beáti Getúlii uxor collégit: et in arenário prædii sui honorífice sepelívit. Romæ via Aurélia: natális sanctórum Basílidis, Trípodis, Mándalis, et aliórum vigínti mártyrum, sub Aureliáno imperatóre, et Platóne Urbis præfécto. Nicomedíæ: sancti Zacharíæ mártyris. Prusíade in Bythínia: sancti Timóthei Epíscopi et mártyris sub Juliáno Apóstata. Petræ in Arábia: sancti Astérii Epíscopi. Qui ob fidem Cathólicam ab Ariánis multa passus; et a Constántio imperatóre in Africam relegátus: conféssor gloriósus occúbuit. Antisiodóri: sancti Censúrii Epíscopi. In Scótia: sanctæ Margarítæ regínæ, amóre in páuperes, et voluntária paupertáte célebris.

XVI. A Tértio Idus Júnii: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

Die 11. NATALIS sancti Bárnabæ Apóstoli. Qui natióne Cyprius, a Discípulis cum Paulo Géntium Apóstolus ordinátus: multas regiónes cum eo peragrávit, Evangélicæ prædicatiónis injúnctum sibi opus exércens. Postrémo Cyprum proféctus: ibi Apostolátum suum glorióso martyrio decorávit. Cujus corpus témpore Zenónis imperatóris ipso reveláte repértum est: una cum códice Evangélii sancti Matthæi sua manu descrípto. Festum totum Duplex. Aquiléiæ: pássio sanctórum Felícis et Fortunáti fratrum. Qui in persecutióne Diocletiáni et Maximiáni equúleo suspénsi; atque ardéntibus lampádibus circa eórum látera appósitis, et mox divína virtúte exstínctis: per ventrem fervénti óleo sunt perfúsi; et ad últimum, cum in confessióne Christi persísterent: cápite truncáti. Bonóniæ: sancti Parísii confessóris, Mónachi Ordinis Camalduléusis. ✠

Prídie Idus Június : Luna B XV.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

SALUTIIS in Pedemóntio: natális beáti Stéphani Bandélli confessóris Ordinis nostri, qui vitæ sanctitáte, doctrína, divíni verbi prædicatióne, miraculísque refúlsit. Festum Duplex. Romæ via Aurélia: natális sanctórum mártyrum Basílidis, Cyríni, Náboris, et Nazárii mílitum. Qui in persecutióne Diocletiáni et Maximiáni sub Aurélio præfécto ob Christiáni nóminis confessiónem detrúsi in cárcerem, et scorpiónibus laceráti : cápite truncáti sunt. Tres Lectiones. In Thrácia : sancti Olympii Epíscopi. Qui ab Ariánis sede pulsus : conféssor occúbuit. In Cilícia : sancti Amphiónis Epíscopi, qui témpore Galérii Maximiáni conféssor fuit egrégius. In Ægypto : sancti Onúphrii Anachorétæ. Qui in vasta erémo sexagínta annis vitam religióse perégit ; et magnis virtútibus ac méritis clarus migrávit in cælum: cujus insígnia gesta Paphnútius Abbas conscrípsit. Die 12.

Idibus Június : Luna C XIV.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

PATAVII : sancti Antónii Lusitáni confessóris Ordinis Minórum, vita et miráculis, ac prædicatióne illústris. Festum Duplex. Romæ via Ardeatína : natális sanctæ Felículæ vírginis et mártyris. Quæ Flacco nolens núbere, nec idólis immoláre: trádita est cuídam júdici. Qui eam in confessióne Christi perseverántem, post tenebricósam custódiam, et famis inédiam, támdiu fecit in equúleo torquéri, donec emítteret spíritū ; et sic demum depóni, Die 13.

et in cloácam præcipitári : quam sanctus Nicomédes eádem via sepelívit. Bybli in Palæstína: sanctæ Aquilínæ vírginis et mártyris. Quæ annos duódecim nata : sub Diocletiáno imperatóre et Volusiáno júdice ob fidei confessiónem cólaphis et verbéribus cæsa, et súbulis candéntibus perforáta ; demum percússa gládio : virginitátem martyrio consecrávit. In Pelígnis : sancti Peregríni Epíscopi et mártyris, qui a Longobárdis pro fide Cathólica in Atérnum flumen demérsus est. Córdubæ : sancti Fándilæ Presbyteri et Mónachi. Qui in persecutióne Arábica amputáto cápite : pro fide Christi martyrium súbiit. In Cypro: sancti Tryphílli * Epíscopi. ✠

* Alias Tryphillii.

XIII. D Décimo octávo Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

Die 14. CÆSAREÆ in Cappadócia : ordinátio sancti Basílii Epíscopi. Qui témpore Valéntis imperatóris doctrína et sapiéntia insígnis, omnibúsque virtútibus ornátus mirabíliter effúlsit : et Ecclésiam advérsus Ariános et Macedoniános mira constántia deféndit. Festum Duplex. Samáriæ in Palæstína : sancti Elisæi Prophétæ. Cujus sepúlcrum dæmones perhorréscere sanctus Hierónymus scribit : ubi et Abdías Prophéta quiéscit. Syracúsis : sancti Marciáni Epíscopi. Qui a beáto Petro ordinátus Epíscopus : post Evangélii prædicatiónem a Judæis occísus est. Apud Suessiónes : sanctórum mártyrum Valérii et Rufíni, qui in persecutióne Diocletiáni a præsideRíctio Varo post multa torménta jussi sunt decollári. Córdubæ : sanctórum mártyrum Anastásii Presbyteri, Felícis Mónachi, et Dignæ vírginis. Constantinópoli : sancti Methódii Epíscopi. Apud Ruthénos : sancti Quinctiáni Epíscopi.

Decimoséptimo Kaléndas Július : Luna E XII.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

In Lucánia apud Sílarum flumen : natális sanctórum Die 15.
mártyrum Viti, Modésti, atque Crescéntiæ. Qui sub Diocletiáno imperatóre e Sicília illuc deláti : ibídem post ollam fervéntis plumbi ; post béstias et catástas divína virtúte superátas : cursum gloriósi certáminis peregérunt. Tres Lectiones. Doróstori in Mysia : sancti Eusychii mílitis. Qui cum beáto Július comprehénsus : sub Máximo præside post eum martyrio coronátus est. Córdubæ in Hispánia : sanctæ Beníldis mártyris. Zephyrii in Cilícia : sancti Dulæ mártyris. Qui sub præside Máximo ob Christi nomen virgis cæsus, in craticula pósitus, fervénti óleo incénsus, alíaque passus : martyrii palmam victor accépit. Palmyræ in Syria : sanctárum mártyrum Libyæ et Leónidis sorórum, et Eutrópiæ puéllæ annórum duódecim. Quæ per divérsa torménta : ad corónam martyrii pervenérunt. Apud Valencénas : depositio sancti Landelíni Abbátis. Arvérnis : sancti Abrahæ confessóris, sanctitáte ac miráculis illústris.

Sextodécimo Kaléndas Július : Luna F XI.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Vesontione in Gálliis : sanctórum mártyrum Ferréoli Die 16.
Presbyteri et Ferrutiónis Diáconi. Qui a beáto Irenæo Epíscopo ad prædicándum verbum Dei missi : póstea sub Cláudio júdice divérsis pœnis excruciáti, gládio feriúntur. Lemóvicis in Gállia : sancti Martiális Epíscopi, cum duóbus Presbyteris Alpiniáno et Austricliniáno,

quorum vita miraculórum signis ádmodum effúlsit. Horum natális dies : fuit prídie Kaléndas Július. Tres Lectiones. Tarsi in Cilícia : sanctórum mártyrum Quírici et Julíttæ matris ejus, sub Diocletiáno imperatóre. Quorum Quíricus triénnis puéllus, cum matrem, quæ ante Alexándrum præsidem nervis duríssime cædebátur, implacábili luctu lugéret, ad gradus tribunális illísus intériit : Julítta vero post dira vérbera, et grávia torménta, martyrii sui cursum obtruncatióne cápitis implévit. Memoria. Mogúntiæ : pássio sanctórum Aúrei, et Justínæ soróris ejus, et ceterórum mártyrum. Qui synáxim in ecclésia agéntes : ab Hunnis Germániam diripiéntibus trucidáti sunt. Lugdúni : depositio beáti Aureliáni Epíscopi Arelaténsis. Nannéte in Británnia minóri : sancti Similiáni Epíscopi et confessóris. Misnæ in Germánia : sancti Bennónis Epíscopi. In Brabántia : sanctæ Lutgárdis vírginis. ✠

x G Quintodécimo Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

Die 17. ROMÆ : natális sanctórum ducentórum et sexagínta duórum mártyrum ; qui in persecutióne Diocletiáni pro fide Christi necáti : pósiti sunt via Salária véteri ad clivum Cucúmeris. Apud Venáfrum : sanctórum mártyrum Nicándri et Marciáni, qui in persecutióne Maximiáni cápite cæsi sunt. Chalcédone : sanctórum mártyrum Manuélis, Sabélis, et Ismaélis. Qui pacis causa apud Juliánum Apóstatam pro rege Persárum legatióne fungéntes, cum imperatóris jussu idóla venerári compelleréntur, idque constánti ánimo recusárent : gládio feriúntur. Apollóniæ in Macedónia : sanctórum mártyrum Isáuri Diáconi, Innocéntii, Felícis, Hieremíæ, et

Peregríni Atheniénsium. Qui a Tripóntio tribúno várie torti : cápite obtruncáti sunt. Aureliánis : sancti Avíti Presbyteri et confessóris. Item : sancti Bessariónis Anachorétæ. Pisis in Túscia : sancti Rainérii confessóris.

Quartodécimo Kaléndas Júlii : Luna A IX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

MANTUÆ : beátæ Osánnæ vírginis Tértii Ordinis sancti Patris Domínici. Quæ adhuc septénnis virginitátem Deo vovit : illámque jejúniis, cilíciis, flagéllis, aliísque córporis cruciátibus illibátam usque ad mortem custodívit. Festum Duplex. Romæ via Ardeatína : natális sanctórum mártyrum Marci et Marcelliáni fratrum. Qui in persecutióne Diocletiáni a júdice Fabiáno tenti, et ad stípitem alligáti, in pédibus clavos acútos accepérunt ; cumque non cessárent laudáre Christum, lánceis per látera transfixi : cum glória martyrii ad sidérea regna migrárunt. Quorum festum celebrátur duodécimo Kaléndas Júlii. Málacæ in Hispánia : sanctórum mártyrum Cyríaci, et Paulæ vírginis. Qui lapídibus óbruti : inter saxa ánimas Deo reddidérunt. Trípoli in Phœnícia : sancti Leóntii mílitis. Qui sub Hadriáno præside, una cum Hypátio tribúno, et Theódulo, quos convértit ad Christum : per acérba torménta pervénit ad corónam martyrii. Alexandríæ : pássio sanctæ Marínæ vírginis. Apud Saccam in Sicília : sancti Calógeri Eremítæ, cujus sánctitas in energúmenis liberándis máxime effúlget. Sconáugiæ : sanctæ Elísabeth vírginis, monásticæ vitæ observántia célebris. Di. 18.

VIII. B Tertiodécimo Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

Die 19. MEDIOLANI : sanctórum mártyrum Gervásii et Protásii fratrum. Ex quibus priórem támdiu jussit Astásius judex plumbátis cædi, quoúsque spíritum exhaláret : sequéntem vero fústibus cæsum cápite truncári. Horum córpora, Dómino reveláute, beátus Ambrósius sánguine conspérsa et ita incorrúpta réperit : ac si eo die fuíssent interémpti. In quorum translatióne cæcus féretri tactu lumen recépit : et plúrimi vexáti a dæmónibus liberáti sunt. Festum Simplex. Ravénnæ : sancti Ursicíni mártyris. Qui sub Paulíno júdice post plúrima torménta in confessióne Dómini immóbilis pérmanens : cápitis abscissióne martyrium complévit. Sozópoli : sancti Zósimi mártyris. Qui in persecutióne Trajáni sub Domitiáno præside post acérbos cruciátus, cápite amputáto : victor migrávit ad Dóminum. Eódem die : sancti Bonifácii mártyris, discípuli beáti Romuáldi. Qui a Románo Pontífice ad prædicándum Evangélium in Rússiam missus, cum per ignem transísset illæsus, regémque ac pópulum baptizásset ; a furénte regis fratre necátus : optátam martyrii corónam accépit. Ravénnæ : sancti Romuáldi Anachorétæ, Monachórum Camalduléusium Patris. Qui collápsam in Itália eremíticam disciplínam restítuit : ac miríſice propagávit.

VII. C Duodécimo Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

Die 20. ROMÆ : sanctórum mártyrum Marci et Marcelliáni fratrum, quorum natális dies fuit quartodécimo

Kaléndas Július. Tres Lectiones. Natális sancti Silvérii Papæ et mártyris. Qui cum Antimum Epíscopum hæréticum, ab Agápito prædecessóre suo depósitum, restitúere noluísset; agénte ímpia Theodóra Augústa, a Bellisário in exsílium pulsus ad ínsulam Póntiam : ibídem pro fide Cathólica multis ærúmnis conféctus defécit. Romæ : deposítio sancti Nováti, filii beáti Pudéntis senatóris, et fratris sancti Timóthei Presbyteri, et sanctárum Christi vírginum Pudentiánæ et Praxédis, qui ab Apóstolis erudíti sunt in fide. Horum domus in ecclésiam commutáta : Pastóris títulus appellátur. Tomis in Ponto : sanctórum mártyrum Pauli et Cyríaci. Petræ in Palæstína : sancti Macárii Epíscopi. Qui ab Ariánis multa passus, in Africam relegátus : quiévit in Dómino. Híspali in Hispánia : sanctæ Florentínæ vírginis, soróris sanctórum Leándri et Isidóri Episcopórum. ✠

Undécimo Kaléndas Július : Luna Dv

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

Romæ : sanctæ Demétriæ vírginis, quæ sub Juliáno Apóstata martyrio coronáta est. Syracúsis in Sicília : natális sanctórum mártyrum Rufíni et Mártiæ. In Africa : sanctórum mártyrum Cyríaci et Apollináris. Mogúntiæ : sancti Albáni mártyris, qui ob Christi fidem post longos labóres et dura certámina factus est dignus coróna vitæ. Eódem die : sancti Eusébii Epíscopi Samosáteni. Qui témpore Constántii imperatóris Ariáni sub hábitu militári incógnitus Ecclésias Dei visitábat, ut in fide Cathólica illas confirmáret ; deínde sub Valénte in Thráciam relegátur : sed réddita pace Ecclésiæ, témpore Theodósii, ab exsílio revocátus ; cum íterum Ecclésias visitáret, tégula ab Ariána muliere désuper immíssa : Die 21.

confrácto cápite martyr tandem occúbuit. Apud Tungrénses : sancti Martíni Epíscopi. In pago Ebroicénsi : sancti Leutfrídi Abbátis.

v E Décimo Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

Die 22. In monte Ararath : pássio sanctórum mártyrum decem míllium crucifixórum. Festum Duplex. Apud Nolam Campániæ urbem : natális beáti Paulíni Epíscopi et confessóris. Qui ex nobilíssimo et opulentíssimo factus est pro Christo pauper et húmilis ; et quod supérerat, seípsum pro rediméndo víduæ fílio, quem Wándali, Campánia devastáta, captívum in Africam abdúxerant : in servitútem dedit. Cláruit autem non solum eruditióne , et copiósa vitæ sanctitáte ; sed étiam poténtia advérsus dæmones : cujus præcláras laudes sanctus Ambrósius, Hierónymus, Augustínus, et Gregórius scriptis suis celebrárunt. Ejus corpus Romam translátum : in ecclésia sancti Bartholomæi in ínsula, una cum córpore ejúsdem Apóstoli honorífice asservátur. Verolámii in Británnia : sancti Albáni mártyris. Qui témpore Diocletiáni pro Clérico hóspite, quem suscéperat, seípsum tradens : post vérbera et acérba torménta cápite plexus est. Passus est étiam cum illo unus de milítibus, qui eum ducébat ad supplícium; qui in via convérsus ad Christum: próprio sánguine méruit baptizári Samáriæ: sanctórum mille quadringentórum octogínta mártyrum sub Chósroa rege Persárum. Eódem die : sancti Nicææ Romatiánæ civitátis Epíscopi, doctrína sanctísque móribus clari. Neápoli in Campánia : sancti Joánnis Epíscopi , quem beátus Paulínus Epíscopus Nolánus ad cæléstia regna vocávit.

Nono Kaléndas Július : Luna F IV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

VIGILIA sancti Joánnis Baptístæ. Romæ : sancti Joánnis Presbyteri. Qui sub Juliáno Apóstata via Salária véteri ante simulácrum solis decollátus est : et corpus ejus a beáto Concórdio Presbytero juxta Mártyrum Concília sepúltum. Item Romæ : sanctæ Agrippínæ vírginis et mártyris sub Valeriáno imperatóre. Cujus corpus in Sicíliam translátum : multis miráculis corúscat. Sútrii in Túscia : sancti Felícis Presbyteri. Cujus os támdiu jussit Trúcius præféctus lápide contúndi : donec emítteret spíritum. Philadélphiæ in Arábia : sanctórum mártyrum Zenónis, et Zenæ servi ejus. Qui caténas dómini sui vincti exósculans, eúmque rogans ut se in tórméntis partícipem dignarétur habére, a milítibus tentus : parem cum dómino martyrii corónam accépit. In Británnia : sanctæ Ediltrúdis regínæ et vírginis. Quæ sanctitáte et miráculis clara migrávit ad Dóminum : cujus corpus úndecim post annis invéntum est incorrúptum. Die 23.

Octávo Kaléndas Július : Luna G III

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

NATIVITAS sancti Joánnis Baptístæ præcursóris Dómini, Zacharíæ et Elízabeth filii : qui Spíritu sancto replétus est adhuc in útero matris suæ. Festum totum Duplex. Romæ : commemorátio sanctórum plurimórum mártyrum; qui sub Neróne imperatóre de Urbis incéndio per calúmniam accusáti : divérso mortis génere ab Die 24.

eódem jussi sunt sævíssime intérfici. Quorum álii ferárum tergis contécti, laniátibus canum expósiti sunt: álii crúcibus affíxi; aliíque incéndio tráditi: ut ubi defecísset dies, in usum noctúrni lúminis deservírent. Erant hi omnes Apostolórum discípuli, et primítiæ mártyrum: quas Romána Ecclésia, fértilis ager mártyrum, ante Apostolórum necem transmísit ad Dóminum. Sátalis in Arménia: sanctórum mártyrum septem fratrum Oréntii, Heróis, Pharnácii, Firmíni, Firmi, Cyríaci, et Longíni mílitum. Qui a Maximiáno imperatóre, eo quod Christiáni essent, cíngulo militári priváti sunt: et ab ínvicem separáti, atque in divérsa loca abdúcti, in dolóribus et ærúmnis pósiti, quievérunt in Dómino. In território Parisiénsi, in vico Christólio: pássio sanctórum mártyrum Agoárdi et Aglibérti, cum áliis innúmeris promíscui sexus. Augustodúni: deposítio sancti Simplícii Epíscopi et confessóris. Apud Stylum in Calábria: sancti Joánnis cognoménto Therésti, monásticæ vitæ laude, et sanctitáte insígnis.

II A Séptimo Kaléndas Július: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

Die 25. APUD Berœam: natális sancti Sosípatris, discípuli beáti Pauli Apóstoli. Romæ: sanctæ Lucíæ vírginis et mártyris, cum áliis vigintiduóbus. Alexandríæ: sancti Gallicáni mártyris, viri consuláris. Qui triumphálibus ínfulis sublimátus, et Constantíno Augústo carus: a sanctis Joánne et Paulo ad fidem Christi convérsus est. Qua suscépta, cum sancto Hilaríno ad Ostia Tiberína secédens: hospitalitáti et infirmórum servítio totum se dedit. Cujus rei fama in toto orbe divulgáta, multi úndique illuc veniéntes vidébant virum ex patrício et

cónsule lavántem páuperum pedes; ponéntem mensam, aquam mánibus effundéntem, languéntibus sollícite ministrántem : et cétera pietátis officia exhibéntem. Qui póstmodum sub Juliáno Apóstata inde expúlsus, Alexandríam perréxit; ubi cum a Rauciáno júdice sacrificáre cogerétur et contémneret : percússus gládio Christi martyr efféctus est. Sibápoli in Syria : sanctæ Febróniæ vírginis et mártyris. Quæ in persecutióne Diocletiáni sub Lysímacho præside ob fidem et pudicítiam servándam, primo virgis cæsa, et equúleo torta : deínde pectínibus laniáta, atque igne succénsa; demum excússis déntibus, mammísque abscíssis, cápitis damnáta : tot passiónum ornáta monílibus, migrávit ad Sponsum. Apud Rhégium : sancti Prósperi Aquitáni, ejúsdem urbis Epíscopi, eruditióne ac pietáte insígnis, qui advérsus Pelagiános pro fide Cathólica strénue decertávit. Tauríni : natális sancti Máximi Epíscopi et confessóris, doctrína et sanctitáte celebérrimi. In território Guléti prope Nuscum : sancti Guliélmi confessóris, Patris Eremitárum Montis Vírginis. ✠

Sexto Kaléndas Júlii : Luna B[1]

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

ROMÆ in monte Cœlio : sanctórum mártyrum Joánnis Die 26.
et Pauli fratrum. Quorum primus erat præpósitus domus, secúndus primicérius Constántiæ vírginis filiæ Constantíni imperatóris : qui póstea sub Juliáno Apóstata martyrii palmam gládio cædénte percepérunt. Festum Simplex. Apud Tridéntum : sancti Vigílii Epíscopi. Qui cum relíquias idololatríæ pénitus exstirpáre conarétur, a feris et bárbaris homínibus lápidum imbre percússus : pro Christi nómine martyrium implévit.

Córdubæ in Hispánia : natális sancti Pelágii adolescéntuli. Qui ob confessiónem fidei, jussu Abdaraméni Sarracenórum regis, forcípibus férreis membrátim præcísus : martyrium suum glorióse consummávit. In pago Pictaviénsi : sancti Maxéntii Presbyteri et confessóris, qui miráculis cláruit. Eódem die : sanctæ Perseverándæ vírginis.

C Quinto Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

Die 27. IN Galátia : sancti Crescéntis discípuli beáti Pauli Apóstoli. Qui in Gállias tránsitum fáciens : verbo prædicatiónis multos ad fidem Christi convértit. Rédiens vero ad gentem, cui speciáliter datus erat Epíscopus : cum Gálatas ipsos usque ad finem vitæ suæ in ópere Dómini confirmásset, demum sub Trajáno martyrium consummávit. Córdubæ : sanctórum mártyrum Zóili et aliórum decem et novem. Cæsaréæ in Palæstína : sancti Anécti mártyris. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Urbáno præside, cum álios ad martyrium hortátus esset, et oratióne sua idóla prostrásset, a decem milítibus verberári jussus, mánibus pedibúsque præcísis, truncátus cápite : martyrii corónam accépit. Constantinópoli : sancti Sampsónis Presbyteri, páuperum exceptóris. Varadíni in Hungária : sancti Ladislái regis, qui claríssimis miráculis usque ad diem hodiérnum corúscat.

XXIX D Quarto Kaléndas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

Die 28. VIGILIA sanctórum Apostolórum Petri et Pauli. Romæ : sancti Leónis Papæ Secúndi. Memoria. Lugdúni in

Gállia : sancti Irenæi Epíscopi et mártyris. Qui, ut scribit sanctus Hierónymus, beáti Polycárpi Smyrnénsis Epíscopi discípulus fuit : et Apostolicórum témporum vicínus. Is cum advérsus hæréticos verbis ac scriptis plúrimum decertásset, in persecutióne Sevéri cum omni fere civitátis suæ pópulo : coronátus est glorióso martyrio. Alexandríæ : in eádem Sevéri persecutióne, sanctórum mártyrum Plutárchi, Seréni, Heraclídis catechúmeni, Herónis neóphyti, et altérius Seréni, Rháidis catechúmenæ, Potamiœnæ, et Marcéllæ ejus matris. Inter quos præcípue enítuit Potamiœna virgo. Quæ primo imménsos, innumerósque agónes pro virginitáte desúdans; deínde étiam exquisíta et inaudíta torménta pro fide perpéssa: ad últimum una cum matre igne consúmpta est. Eódem die : sancti Pápii mártyris. Qui in persecutióne Diocletiáni flagris cæsus, et in lebétem óleo et ádipe fervénti plenum injéctus, aliáque horrénda supplícia perpéssus: demum datis cervícibus coronátur. Córdubæ: sancti Argymíri Mónachi et mártyris, qui in persecutióne Arábica pro fide Christi necátus est. Romæ: sancti Pauli Papæ et confessóris.

Tértio Kaléndas Júlii : Luna E XXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

ROMÆ : natális sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, Die 29.
qui eódem anno, eodémque die passi sunt sub Neróne imperatóre. Quorum prior in eádem Urbe cápite ad terram verso cruci affíxus, et in Vaticáno juxta viam Triumphálem sepúltus, totíus orbis veneratióne celebrátur: alter vero gládio animadvérsus, et via Ostiénsi sepúltus, pari habétur honóre. Festum totum Duplex. In castro Argentómacho : sancti Marcélli mártyris, qui

pro fide Christi, una cum Anastásio viro militári, cápite plexus est. Génuæ: natális sancti Syri Epíscopi. Nárniæ: sancti Cássii ejúsdem civitátis Epíscopi. De quo sanctus Gregórius refert, quod nullus pene dies vitæ ejus abscedébat, quo omnipoténti Deo hóstias placatiónis non offérret : cui et concordábat vita; quia cuncta, quæ habébat, in eleemósynis tríbuens, in hora sacrificii totus in lácrymis diffluébat : demum natalítio Apostolórum die, quo síngulis annis Romam veníre consuéverat, cum Missárum solémnia celebrásset, et corpus Domínicum, pacémque ómnibus dedísset, migrávit ad Dóminum. In Cypro : sanctæ Maríæ matris Joánnis, qui cognominátus est Marcus. In território Senonénsi : sanctæ Benedíctæ vírginis.

XXVII F Prídie Kaléndas Július : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Die 30. COMMEMORATIO sancti Pauli Apóstoli. Festum Duplex. Ipso die : sanctórum Cáii Presbyteri, et Leónis Subdiáconi. Alexandríæ : pássio sancti Basílidis sub Sevéro imperatóre. Qui cum sanctam Potamiœnam vírginem, quam ad supplícium ducébat, ab impudicórum hóminum petulántia tutátus esset : religiósi officii mercédem ab ea recépit. Nam ipsa post tríduum illi appárens, et ejus cápiti corónam impónens, non solum eum convértit ad Christum : sed étiam brevi agóne certántem, suis précibus mártyrem gloriósum effécit. Romæ: sanctæ Lucínæ Apostolórum discípulæ. Quæ de facultátibus suis sanctórum necessitátibus commúnicans, Christiános in cárcere deténtos visitábat, ac Mártyrum sepultúræ inserviébat : juxta quos et ipsa in crypta a se constrúcta sepúlta est. In território Vivariénsi : sancti Ostiáni Presbyteri et confessóris.

mílitum. Qui in martyrio beáti Pauli Apóstoli ad Christum convérsi : cum eo cæléstis glóriæ partícipes fieri meruérunt. Eódem die: sanctórum mártyrum Aristónis, Crescentiáni, Eutychiáni, Urbáni, Vitális, Justi, Felicíssimi, Felícis, Márciæ, et Symphorósæ. Qui omnes apud Campániam, cum Diocletiáni imperatóris persecútio desævíret: martyrio coronáti sunt. Wintóniæ in Gállia: sancti Swithúni Epíscopi, cujus sánctitas grátia miraculórum effúlsit. Bambérgæ : sancti Othónis Epíscopi. Qui Pomeránis Evangélium prædicans : eósdem convértit ad fidem. Turónis : depositio sanctæ Monegúndis religiósæ féminæ.

XXIV B Quinto Nonas Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Die 3. PISAURI : beáti Marci Mutinénsis confessóris Ordinis nostri, vitæ sanctitáte conspícui. Qui salútis animárum zelo succénsus, totam ferme Itáliam evangelizándo peragrávit : multósque ad christiánam vitam convértit. Festum Duplex. Romæ via Aurélia : natális sanctórum mártyrum Procéssi et Martiniáni. Qui a beáto Petro Apóstolo in custódia Mamertíni baptizáti; sub Neróne oris contusiónem, equúleum, nervos, fustes, flammas, scorpionésque perpéssi : novíssime gládio cæsi, martyrio coronáti sunt sexto Nonas Júlii. Memoria. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Tryphónis et aliórum duódecim. Constantinópoli : sanctórum Eulógii et sociórum mártyrum. Clúsii in Etrúria : sanctórum mártyrum Irenæi Diáconi, et Mustíolæ matrónæ. Qui sub Aureliáno imperatóre diversis atrocibúsque supplíciis cruciáti: corónam martyrii meruérunt. Eódem die : sanctórum mártyrum Marci et Muciáni, qui pro Christo gládio cæsi sunt.

Quos cum puer párvulus, ne immolárent idólis, alta voce monéret, verbéribus jussus est cædi; cumque veheméntius Christum confiterétur: una cum quodam Paulo, mártyres exhortánte, necátus est. Laodicéæ in Syria: sancti Anatólii Epíscopi, qui non solum religiósis viris, sed et Philósophis admiránda scripta relíquit. Edéssæ in Mesopotámia: translátio sancti Thomæ Apóstoli ex India. Cujus relíquiæ Orthónam in Apúlia póstea translátæ sunt.

Quarto Nonas Júlii: Luna CXXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

OSEE et Aggæi Prophetárum. In Africa: natális sancti Jucundiáni mártyris, pro Christo in mare mersi. In território Bituricénsi: sancti Lauriáni Epíscopi Hispalénsis et mártyris, cujus caput Híspalim in Hispánia delátum est. Sírmii: sanctórum mártyrum Innocéntii et Sebástiæ, cum áliis trigínta. Madáuri in Africa: sancti Namphaniónis mártyris, et sociórum. Quos ille roborávit ad pugnam: et ad corónam provéxit. Cyréne in Libya: sancti Theodóri Epíscopi. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Digniáno præside plumbátis cæsus, et lingua abscíssa: in pace tandem conféssor occúbuit. Eódem die: natális sanctórum Flaviáni secúndi Epíscopi Antiochéni, et Elíæ Epíscopi Hierosolymórum. Qui pro Synodo Chalcedonénsi ab Anastásio imperatóre in exsílium acti: victóres migrárunt ad vitam. Augústæ in Rhétia: sancti Uldaríci Epíscopi, miræ abstinéntiæ, largitátis, et vigilántiæ, ac miraculórum grátia illústris. Turónis: translátio sancti Martíni Epíscopi et confessóris; et dedicátio ejus basílicæ hoc ipso die: quo étiam is ante áliquot annos in Epíscopum fúerat ordinátus. Die 4.

Ulyssipóne : sanctæ Elízabeth víduæ, Portugálliæ regínæ, quam virtútibus et miráculis claram Urbánus Octávus in sanctórum númerum rétulit.

XXII D Tértio Nonas Július: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 5. ROMÆ : sanctæ Zoæ mártyris, uxóris beáti Nicóstrati mártyris. Quæ dum ad Confessiónem beáti Petri Apóstoli oráret, sub Diocletiáno imperatóre à persecutóribus arctáta, et in custódiam obscuríssimam trusa; deínde collo et capíllis in árbore suspénsa, adhíbito subter horríbili fumo : in confessióne Dómini emísit spíritum. In Syria : natális sancti Domítii mártyris, qui virtútibus suis multa íncolis præstat beneficia. Cyréne in Libya : sanctæ Cyríllæ mártyris. Quæ in persecutióne Diocletiáni ardéntes carbónes cum thure super manum pósitos diu ténuit, ne prunas excutiéndo thus obtulísse viderétur; deínde sævíssime laniáta : próprio sánguine decoráta migrávit ad Sponsum. Hierosólymis : sancti Athanásii Diáconi. Qui pro sancta Synodo Chalcedonénsi ab hæréticis comprehénsus, et ómnium cruciátuum génera expértus : ferro tandem necátus est.

XXI E Prídie Nonas Július : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

Die 6. OCTAVA sanctórum Apostolórum Petri et Pauli. Solemnis. In Judæa : sancti Isaíæ Prophétæ. Qui sub Manásse rege sectus in duas partes occúbuit : sepultúsque est sub quercu Rogel juxta tránsitum aquárum. Romæ : natális sancti Tranquillíni mártyris, patris

sanctórum Marci et Marcelliáni. Qui ad prædicatiónem sancti Sebastiáni mártyris convérsus ad Christum : a beáto Polycárpo Presbytero baptizátus, et a sancto Caio Papa Présbyter ordinátus est. Is cum ad Confessiónem beáti Pauli die Octavárum Apostolórum oráret : sub Diocletiáno imperatóre a Pagánis tentus et lapidátus, martyrium consummávit. Fésulis in Túscia : sancti Rómuli Epíscopi et mártyris, discípuli beáti Petri Apóstoli. Qui ab eódem missus ad prædicándum Evangélium, cum in multis Itáliæ locis Christum annuntiásset : rédiens Fésulas, sub Domitiáno príncipe martyrio coronátus est cum áliis sóciis. In Campánia : sanctæ Domínicæ vírginis et mártyris. Quæ sub Diocletiáno imperatóre, cum fregísset idóla, ad béstias damnáta, sed ab illis nil læsa : demum cápite obtruncáta migrávit ad Dóminum. Cujus corpus Tropéæ in Calábria : summa veneratióne asservátur. In pago Treviréns i : sancti Góaris Presbyteri et confessóris. ✠

Nonis Júlii : Luna F xx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

PERUSII : beáti Benedícti Undécimi Tarvisíni, ex Ordine Prædicatórum. * Qui brevi Pontificátus sui spátio : Ecclésiæ pacem, disciplínæ restauratiónem, religiónis increméntum mirífice promóvit. Festum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Cláudii commentariénsis, Nicóstrati primiscrínii, Castórii, Victoríni, et Symphoriáni. Quos sanctus Sebastiánus ad fidem Christi perdúxit : et beátus Polycárpus Présbyter baptizávit. Eósdem in perquiréndis sanctórum mártyrum corpóribus occupátos Fabiánus judex comprehéndi jussit; et per decem dies minis et blandítiis exágitans, cum in nullo pénitus posset

Die 7.

* Cujus fuit nonus Magister Generalis.

commovére : jussit tértio torquéri, ac póstea in mare præcípites dari. Dyrráchii in Macedónia : sanctórum mártyrum Peregríni, Luciáni, Pompéii, Hesychii, Pápii, Saturníni, et Germáni. Qui natióne Itali, in persecutióne Trajáni ad eam urbem confugiéntes, cum sanctum Astium Epíscopum ibi pro fide Christi in cruce pendéntem vidérent, Christiános se esse palam conféssi : jussu præsidis tenti, atque in mare demérsi sunt. Alexandríæ : natális sancti Pantæni, viri Apostólici, et omni sapiéntia adornáti. Cui tantum stúdii et amóris erga verbum Dei fuit; ut étiam ad prædicándum Christi Evangélium Géntibus, quæ in Oriéntis últimis secéssibus recondúntur, fidei et devotiónis calóre succénsus, profectus sit : ac demum Alexandríam revérsus, sub Antoníno Caracálla in pace quiévit. In Saxónia : sancti Willebáldi primi Eisteténsis Epíscopi. Qui una cum sancto Bonifácio labórans in Evangélio : multas Gentes convértit ad Christum. In Anglia : sanctæ Edilbúrgæ vírginis, Anglórum regis fíliæ.

XIX G Octávo Idus Július : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

Die 8. IN Asia minóri : sanctórum Aquilæ, et Priscíllæ uxóris ejus, de quibus in Actibus Apostolórum scríbitur. In Palæstína : sancti Procópii mártyris. Qui sub Diocletiáno imperatóre ab Scythópoli ductus Cæsaréam, ad primam responsiónum ejus confidéntiam : a júdice Fabiáno cápite cæsus est. Constantinópoli : pássio sanctórum Monachórum Abrahamitárum, qui ob cultum sanctárum imáginum resisténtes Theóphilo imperatóri, martyrium consummárunt. Herbípoli in Germánia : sancti Chyliáni Epíscopi. Qui a Románo Pontífice ad prædicándum

Evangélium missus, cum multos ad Christum perduxísset : una cum sóciis Colomáino Presbytero et Tornáno Diácono trucidátus est.

Séptimo Idus Júlii : Luna A XVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u	
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

In óppido Gorcomiénsi : sancti Joánnis Coloniénsis, Ordinis Prædicatórum, aliorúmque sociórum ; qui pro Ecclésiæ Románæ primátu, et Eucharística Christi præséntia : martyrium consummárunt. Festum totum Duplex. Romæ ad Guttam júgiter manántem : natális sanctórum mártyrum Zenónis et aliórum decem míllium ducentórum trium. Gortynæ in Creta : sancti Cyrílli Epíscopi. Qui in persecutióne Décii sub Lúcio præside flammis injéctus, cum incénsis vínculis evasísset illæsus, ac stupóre tanti miráculi a júdice dimíssus esset; rursus pro instánti et álacri fidei prædicatióne facta de Christo: ab eódem cápite plexus est. In civitáte Thora apud lacum Velínum: pássio sanctórum Anatóliæ et Audácis, sub Décio imperatóre. Quorum Anatólia Christi virgo, postquam plúrimos per totam Picéni provínciam váriis languóribus afféctos curásset, et in Christum credéntes fecísset, jubénte Faustiniáno júdice divérsis pœnárum genéribus vexáta : cum ab immísso serpénte liberáta Audácem convertísset ad fidem, novíssime exténsis mánibus orans, gládio transverberáta est. Audax quoque in custódiam datus : sine mora capitáli senténtia coronátur. Mártulæ : sancti Bríctii Epíscopi. Qui sub Marciáno júdice pro confessióne Dómini multa passus; cum magnam pópuli multitúdinem ad Christum convertísset: confessor in pace quiévit. Item Octáva Visitatiónis beátæ Maríæ Vírginis. Simplex. ✠ Die 9.

XVII B Sexto Idus Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

Die 10. ROMÆ : pássio sanctórum septem Fratrum, filiórum sanctæ Felicitátis mártyris, idest Januárii, Felícis. Philíppi, Silváni, Alexándri, Vitális, et Martiális, témpore Antoníni imperatóris, sub præfécto Urbis Públio. Ex quibus Januárius post vérbera virgárum, et cárceris maceratiónem, plumbátis occísus : Felix et Philíppus fústibus mactáti ; Silvánus præcipítio interémptus : Alexánder, Vitális, et Martiális capitáli senténtia puníti sunt. Tres Lectiones. Item Romæ : sanctárum vírginum et mártyrum Rufínæ et Secúndæ sorórum. Quæ in persecutióne Valeriáni et Galliéni torméntis subáctæ ; ad últimum áltera gládio cápite illíso : áltera cæsa cervíce, migrárunt in cælum. Quarum córpora in basílica Lateranénsi prope baptistérium débito honóre servántur. In Africa : sanctórum mártyrum Januárii, Maríni, Náboris, et Felícis decollatórum. Apud Gandávum : sanctæ Amelbérgæ vírginis.

XVI C Quinto Idus Júlii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

Die 11. ROMÆ : beáti Pii Papæ et mártyris, qui in persecutióne Marci Aurélii Antoníni martyrio coronátus est. Nicópoli in Arménia : natális sanctórum mártyrum Januárii et Pelágiæ. Qui equúleo, úngulis, et testárum fragméntis diébus quátuor cruciáti : martyrium implevérunt. In território Senonénsi : sancti Sidrónii mártyris. In Bohémia : sancti Procópii Abbátis, miræ

patiéntiæ et abstinéntiæ viri. Tres Lectiones. Bríxiæ : sanctórum mártyrum Savíni et Cypriáni. Bérgomi : sancti Joánnis Epíscopi, qui ob tuéndam Cathólicam fidem ab Ariánis occísus est. Córdubæ : sancti Abúndii Presbyteri. Qui cum in Mahumétis sectam inveherétur : martyrio coronátus est. In território Pictaviénsi : sancti Sabíni confessóris.

Quarto Idus Júlii : Luna D_{XV}

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

In monastério Passiniáno prope Floréntiam : sancti Die 12.
Joánnis Gualbérti Abbátis, institutóris Ordinis Vallis Umbrósæ. Festum Duplex. Medioláni : sanctórum mártyrum Náboris et Felícis, qui in persecutióne Maximiáni passi sunt. In Cypro : beáti Jasónis, antíqui Christi discípuli. Aquiléiæ : natális sancti Hermágoræ, discípuli beáti Marci Evangelístæ, et primi ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui inter mirácula sanitátum, et prædicatiónis instántiam, ac populórum conversiónem, plúrima pœnárum génera expértus ; tandem una cum Fortunáto Diácono suo : capitáli supplício perpétuum méruit triúmphum. Lucæ in Túscia : beáti Paulíni. Qui a sancto Petro primus ejúsdem civitátis Epíscopus ordinátus : sub Neróne ad radíces montis Pisáni post multos agónes martyrium suum cum áliis sóciis consummávit. Toléti : sanctæ Marciánæ vírginis et mártyris. Quæ pro fide Christi béstiis objécta, atque tauro discérpta : martyrio coronátur. Bonóniæ : sancti Paterniáni Epíscopi. ✠ Anniversarium etc.

x E Tértio Idus Július : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16

GENUÆ : beáti Jacóbi Ordinis Prædicatórum, Archiepíscopi Genuénsis, qui doctrína, prædicatióne, sanctitáte, miraculísque cláruit. Festum Duplex. Romæ sancti Anacléti Papæ et mártyris. Qui post sanctum Cleméntem Ecclésiam Dei regens : eam glorióso martyrio decorávit. Eódem die : sanctórum Joélis et Esdræ Prophetárum. In Macedónia : beáti Silæ. Qui cum esset unus de primis frátribus, et ab Apóstolis ad Ecclésias Géntium una cum Paulo et Bárnaba destinátus ; prædicatiónis offícium grátia Dei plenus instánter consummávit : atque in passiónibus suis Christum claríficans póstmodum requiévit. In Africa : sanctórum confessórum Eugénii Carthaginénsis Epíscopi, fide ac virtútibus gloriósi, et univérsi Cleri ejúsdem Ecclésiæ. Qui fere quingénti, vel eo ámplius, in persecutióne Wandálica sub Hunneríco rege Ariáno cæde inediáque maceráti (inter quos plúrimi erant Lectóres * infántuli) gaudéntes in Dómino : procul exsílio crudéli extrúsi sunt. Erant étiam in eis nobilíssimi Archidiáconus nómine Salutáris et Murítta secúndus in offício ministrórum : qui tértio confessóres effécti : gloriósæ in Christo perseverántiæ título illustráti sunt. In Británnia minóri : sancti Turiáni Epíscopi et confessóris, miræ simplicitátis et innocéntiæ viri.

* Alias et infántuli.

Prídie Idus Júlii : Luna F XIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

LUGDUNI : depositio sancti Bonaventúræ Cardinális et Die 14.
Epíscopi Albanénsis, confessóris et doctóris, Ordinis Minórum, doctrína et vitæ sanctitáte celebérrimi. Festum totum Duplex. Romæ : sancti Justi mílitis sub Cláudio tribúno. Qui, apparénte sibi divínitus cruce, crédidit in Christum : et mox baptizátus, ómnia sua paupéribus erogávit ; tentus deínde a Magnétio præfécto, verberári nervis, gálea ignita cóntegi, et in rogum immítti jussus, nec in capíllo quidem læsus : in confessióne Dómini réddidit spíritum. Synópe in Ponto : sancti Phocæ mártyris, ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui sub Trajáno Imperatóre cárcerem, víncula, ferrum, ignémque pro Christo súperans, evolávit in cælum : cujus relíquiæ Viénnam in Gálliam delátæ, in basílica sanctórum Apostolórum cónditæ sunt. Alexandríæ : sancti Héraclæ Antístitis ; ob cujus celebérrimam opiniónem : Africánus historiógraphus mémorat se Alexandríam ad eum visendum properásse. Carthágine : sancti Cyri Epíscopi, in cujus festivitáte sanctus Augustínus de eo sermónem ad pópulum hábuit. ✠

Idibus Júlii : Luna G XII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

BAMBERGÆ : sancti Henríci Pii imperatóris. Qui una Die 15.
cum cónjuge sancta Chunegúnde virginitátem usque ad óbitum servans illibátam, Pannóniæ regnum ad Christi fidem perdúxit : schismáticis Græcis Apúliam

extórsit ; Angelum et sanctos mártyres tuteláres in ácie pro se pugnántes vidit : ecclésias passim ab infidélibus dírutas reparávit ; monastéria, templa, xenodóchia fundávit : multis e túmulo miráculis clarus. Festum Duplex. In portu Románo : natális sanctórum mártyrum Eutrópii, Zósimæ, et Bonósæ sorórum. Carthágine : beáti Catulíni Diáconi, de cujus láudibus sanctus Augustínus sermónem ad pópulum hábuit ; et sanctórum Januárii, Floréntii, Júliæ, et Justæ mártyrum : qui pósiti sunt in basílica Fausti. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Philíppi, Zenónis, Narséi, et decem infántum. Sebáste : sancti Antíochi médici, qui sub Adriáno præside cápite obtruncátus est. Cumque ex eo lac pro sánguine manáret, Cyríacus cárnifex convérsus ad Christum : et ipse martyrium súbiit. Papíæ : sancti Felícis Epíscopi et mártyris. Nísibi : natális sancti Jacóbi ejúsdem urbis Epíscopi, magnæ sanctitátis viri. Hic miráculis et erudítióne clarus, unus fuit ex número confessórum sub persecutióne Galérii Maximiáni, qui in Nicæna Synodo perversitátem Aríi, homoúsii oppositióne damnárunt : cujus, et Alexándri Epíscopi oratióne ipse Aríus condígnam suæ iniquitátis mercédem effúsis viscéribus Constantinópoli recépit. Neápoli in Campánia : sancti Athanásii ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui ab ímpio nepóte Sérgio multa passus, ac sede pulsus : Vérulis conféctus ærúmnis migrávit in cælum, témpore Cároli Calvi.

xi A Decimoséptimo Kaléndas Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

Die 16. COMMEMORATIO beátæ Maríæ de Monte Carmélo. Festum totum Duplex. Sebáste in Arménia : sanctórum mártyrum Athenógenis Epíscopi, et decem discipulórum

us, sub Diocletiáno imperatóre. Antiochíæ in Syria : ıtális beáti Eustáthii Epíscopi et confessóris, doctrína sanctitáte célebris. Qui sub Constántio imperatóre riáno ob Cathólicæ fidei defensiónem Trajanópolim hráciæ pulsus exsílio : ibídem in Dómino requiévit. ódem die: sancti Hilaríni Mónachi. Qui una cum sancto onáto in persecutióne Juliáni comprehénsus ; cum ›llet sacrificáre, fústibus cæsus : Arétii in Túscia marrium sumpsit. * Cujus corpus ad Ostia Tiberína trans- VII
tum est. Córdubæ in Hispánia : sancti Sisenándi Levítæ Idus Augusti
mártyris, qui pro fide Christi a Sarracénis jugulátus t. Santis in Gállia : sanctórum mártyrum Rainéldis rginis, et sociórum ejus, qui a bárbaris pro fide Christi esi sunt. Item : Octáva sanctórum Mártyrum Gorcoiénsium. Simplex.

Sextodécimo Kaléndas Augústi : Luna B

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

ROMÆ : sancti Aléxii confessóris, filii Euphemiáni sena- Die 17.
tóris. Qui prima nocte nuptiárum, sponsa intácta, domo sua abscédens, ac post longam peregrinatiónem l Urbem rédiens ; decem et septem annos tamquam ;énus in domo patérna recéptus hospítio : nova munım arte delúdens, incógnitus mansit. Sed post óbitum, voce per Urbis ecclésias audíta, et scripto suo ágnis ; Innocéntio Primo Pontífice Máximo ad ecclésiam ncti Bonifácii summo honóre delátus est : ubi multis iráculis cláruit. Tres Lectiones. Carthágine : natális
nctórum mártyrum Scillitanórum, Speráti, Nártali, * Alias Beturii.
ythíni, Vetúrii, * Felícis, Aquilíni, Letátii, * Januáriæ, * Alias Lætantii.
enerósæ, Vestínæ, * Donátæ, et Secúndæ. Qui jussu
ıturníni præfécti post primam Christi confessiónem * Alias Bessiæ.

in cárcerem missi, et in ligno confixi : deínde gládio decolláti sunt. Speráti autem relíquiæ cum óssibus beáti Cypriáni, et cápite sancti Pantaleónis mártyris, ex Africa in Gállias translátæ : Lugdúni in basílica sancti Joánnis Baptístæ cónditæ fuérunt. Romæ : depositio sancti Leónis Papæ Quarti. Papíæ : sancti Hennódii Epíscopi et confessóris. Medioláni : sanctæ Marcellínæ vírginis, soróris beáti Ambrósii Epíscopi. Quæ Romæ in basílica sancti Petri a Libério Papa velum consecratiónis accépit : cujus étiam sanctitátem idem beátus Ambrósius scriptis suis testátam facit.

IX C Quintodécimo Kaléndas Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

Die 18. WRATISLAVIÆ : beáti Cesłái confessóris Ordinis sancti Patris Domínici ; a quo Romæ hábitum Religiónis suscépit : cujus étiam virtútes imitári stúduit ; zelo salútis animárum flagrans totam Silésiam pédibus peragrávit : plurimósque verbo et exémplo ab erróribus ad fidem, a peccátis ad pœniténtiam perdúxit. Festum Duplex. Tíbure : sanctæ Symphorósæ uxóris sancti Getúlii mártyris, cum septem fíliis suis, Crescénte, Juliáno, Nemésio, Primitívo, Justíno, Stácteo, et Eugénio. Quorum mater sub Hadriáno príncipe ob insuperábilem constántiam primo palmis diu cæsa ; deínde crínibus suspénsa : novíssime saxo alligáta in flumen præcipitáta est. Fílii autem stipítibus ad tróchleas exténsi : divérso mortis éxitu martyrium complevérunt. Eórum córpora póstea Romam transláta : Pio Quarto summo Pontífice, in Diaconía sancti Angeli in Piscína invénta fuérunt. Carthágine : sanctæ Gundénis vírginis. Quæ jussu Rufíni procónsulis ob Christi confessiónem quater divérsis

tempóribus equúlei extensióne vexáta, ungulárum horrénda laceratióne cruciáta ; cárceris squallóre diu afflícta : novíssime gládio cæsa est. Doróstori in Mysia : sancti Æmiliáni mártyris. Qui témpore Juliáni Apóstátæ sub Capitolíno præside in fornácem injéctus : martyrii palmam accépit. Trajécti : sancti Friderici Epíscopi et mártyris. Medioláni : sancti Matérni Epíscopi. Qui sub Maximiáno imperatóre pro fide Christi, et pro Ecclésia sibi commíssa in cárcerem detrúsus, et sæpe verbéribus cæsus : tandem multis confessiónibus clarus obdormívit in Dómino. Bríxiæ : natális sancti Philástrii ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui advérsus hæréticos, præsértim Ariános, a quibus multa passus est, plúrimum verbis scriptísque pugnávit : demum clarus miráculis conféssor in pace quiévit. Metis in Gállia : sancti Arnúlphi Epíscopi. Qui sanctitáte et miraculórum grátia illústris : Eremíticam vitam déligens, beáto fine quiévit.

Quartodécimo Kaléndas Augústi : Luna D VIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

PARISIIS : sancti Vincéntii a Paulo Sacerdótis, et fundatóris Congregatiónis Missiónis, et Puellárum caritátis ; viri apostólici, et páuperum patris : qui obdormívit in Dómino quinto Kaléndas Octóbris. Festum Duplex. Die 19.
Natális sancti Epaphræ : quem sanctus Paulus Apóstolus concaptívum appéllat. Hic ab eódem Apóstolo Colóssis Epíscopus ordinátus ; clarus virtútibus ibídem martyrii palmam pro óvibus sibi commendátis, viríli agóne percépit : cujus corpus Romæ in basílica sanctæ Maríæ Majóris cónditum est. Híspali in Hispánia : pássio sanctárum vírginum Justæ et Rufínæ. Quæ a præside Diogeniáno comprehénsæ ; primo equúlei extensióne, et

ungulárum laniatióne vexátæ : post cárcere, inédia, et váriis torsiónibus afflíctæ ; tandem Justa in cárcere spíritum exhalávit : Rufínæ vero cervix in confessióne Dómini confrácta est. Córdubæ: sanctæ Aureæ vírginis. Quæ aliquándo lapsa, sed facti pœnitens : iteráto certámine hostem effúso sánguine superávit. Romæ : sancti Symmachi Papæ. Qui schismaticórum factióne diútius fatigátus : demum sanctitáte conspícuus migrávit ad Dóminum. Apud Scetim Ægypti montem : sancti Arsénii Románæ Ecclésiæ Diáconi. Qui Theodósii témpore in solitúdinem secédens ; virtútibus ómnibus consummátus, et jugi lacrymárum imbre perfúsus : spíritum Deo réddidit. In Cappadócia : sanctæ Macrínæ vírginis, soróris sanctórum Basílii Magni et Gregórii Nysséni.

VII E Tertiodécimo Kaléndas Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

Die 20. Antiochiæ : pássio sanctæ Margarítæ vírginis et mártyris. Festum Simplex. In monte Carmélo : sancti Elíæ Prophétæ. Eódem die : natális beáti Joseph, qui cognominátus est Justus. Quem Apóstoli cum beáto Matthía statuérunt, ut locum Apostolátus Judæ proditóris impléret : sed cum sors cecidísset super Matthíam, ipse nihilóminus prædicatiónis et sanctitátis offício insérviens ; multámque pro fide Christi a Judæis persecutiónem sústinens : in Judæa victorióso fine quiévit. De quo étiam refértur, quod venénum bíberit : et nihil ex hoc triste propter Dómini fidem pertúlerit. Damásci : sanctórum mártyrum Sabíni, Juliáni, Máximi, Macróbii, Cássiæ, et Paulæ, cum áliis decem. Córdubæ : sancti Pauli Diáconi et mártyris. Qui cum infidéles príncipes Mahumétícæ impietátis ac sævítiæ argúeret, et Christum

constantíssime prædicáret ; eórum jussu necátus : ad præmia evolávit in cælum. In pago Bononiénsi in Gállia: sancti Vulmári Abbátis, admirándæ sanctitátis viri. ✠

Duodécimo Kaléndas Augústi : Luna F vi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

SANCTI Hierónymi Æmiliáni Confessóris, Congregatiónis Die 21.
Somáschæ institutóris. Quem plúribus in vita et post mortem miráculis illústrem Benedíctus Decimusquártus Beatórum : Clemens vero Decimustértius Sanctórum fastis solémniter adscrípsit. Festum Duplex. Romæ : sanctæ Praxédis vírginis. Quæ in omni castitáte et lege divína erudíta ; vigíliis et oratiónibus atque jejúniis assídue vacans : quiévit in Christo, sepúltaque est juxta sorórem suam Pudentiánam via Salária. Memoria. Babylóne: sancti Daniélis Prophétæ. Massíliæ: natális sancti Victóris. Qui cum esset miles, et nec militáre, nec idólis sacrificáre vellet ; primo in cárcerem trusus, ibíque ab Angelo visitátus, deínde váriis cruciátibus punítus : novíssime contrítus in mola pistória martyrium consummávit. Passi sunt cum eo et tres mílites: Alexánder, Feliciánus, et Longínus. Trecis : sanctæ Júliæ vírginis et mártyris. Cománæ in Arménia : sancti Zótici Epíscopi et mártyris, qui sub Sevéro coronátus est. In Syria : sancti Joánnis Mónachi, collégæ sancti Simeónis.

Undécimo Kaléndas Augústi : Luna G v

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

APUD Massíliam : natális sanctæ Maríæ Magdalénæ ; de Die 22.
qua Dóminus ejécit septem dæmónia: et quæ ipsum

Salvatórem a mórtuis resurgéntem prima vidére méruit. Festum totum Duplex. Philíppis : sanctæ Syntyches, cujus beátus Paulus Apóstolus méminit. Ancyræ in Galátia:natális sancti Platónis mártyris. Qui sub Agrippíno vicário verbéribus cæsus, uncis férreis laniátus, aliísque immaníssimis tormentórum genéribus cruciátus ; demum abscísso cápite, invíctam ánimam Deo réddidit: cujus mirácula in subveniéndis captívis, Acta secúndæ Synodi Nicénæ testántur. In Cypro : sancti Theóphili prætóris. Qui ab Arábibus tentus, cum nec donis, nec minis flecti posset, ut Christum negáret : gládio cæsus est. Antiochíæ : sancti Cyrílli Epíscopi, doctrína et sanctitáte conspícui. In Blandínio monastério: sancti Wandregísili Abbátis, miráculis clari. Scythópoli in Palæstína : sancti Joseph cómitis.

IV A Décimo Kaléndas Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

Die 23. URBEVETERI in Etrúria : beátæ Joánnæ, vulgo Vannæ appellátæ, vírginis Tértii Ordinis Prædicatórum, singulári morum innocéntia, rerum divinárum contemplatióne, cæléstiúmque charísmatum cópia illústris. Festum Duplex. Natális sancti Apollináris Epíscopi. Qui ab Apóstolo Petro Romæ ordinátus, et Ravénnam missus : pro fide Christi divérsas et multíplices pœnas perpéssus est. Póstea in Æmília Evangélium prædicans, plúrimos ab idolórum cultu revocávit ; tandem Ravénnam revérsus: sub Vespasiáno Cæsare gloriósum martyrium consummávit. Memoria. In Bulgária : sanctórum plurimórum mártyrum, quos Nicéphorus ímpius imperátor Ecclésias Dei devástans, divérso mortis génere ense, láqueo, sagíttis, diútino cárcere, et fame necári fecit. Cenómanis in Gállia : sancti Libórii Epíscopi et

nfessóris. Memória. Romæ : sanctárum vírginum ómulæ, Redémptæ, et Herúndinis, de quibus scribit nctus Gregórius Papa. Eódem die : tránsitus sanctæ rgíttæ víduæ. Quæ post multas sanctórum locórum regrinatiónes, divíno affláta spíritu Romæ quiévit : jus corpus in Suétiam póstea translátum fuit.

Nono Kaléndas Augústi : Luna Bm

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

ROMÆ : sancti Camílli de Lellis * confessóris, Clericórum Regulárium infirmis ministrántium institutóris ; uem virtútibus et miráculis clarum : Benedíctus Decimusquártus Póntifex Máximus Sanctórum número reénsuit. Festum Duplex. Vigília sancti Jacóbi Apóstoli. Die 24.

* Ejus natalis fuit pridie idus Julii.

yri in Túscia apud lacum Vulsínium : sanctæ Christíæ vírginis et mártyris. Quæ in Christum credens, cum atris idóla áurea et argéntea comminuísset, ac pauéribus erogásset, ejus jussu verbéribus dilaniáta, aliísue supplíciis diríssime cruciáta ; et cum magno saxi óndere in lacum projécta, sed ab Angelo liberáta : éinde sub álio júdice patris sui successóre acerbióra rménta constánter pérferens ; novíssime a Juliáno æside post fornácem ardéntem, ubi quinque diébus esa permánsit : post serpéntes Christi virtúte superátos, scissióne linguæ , et sagittárum infixióne martyrii i cursum complévit. Memória. Romæ via Tiburtína : ncti Vincéntii mártyris. Emérítæ in Hispánia : sancti ctóris, viri militáris. Qui cum duóbus frátribus Stertio et Antinógene in persecutióne Diocletiáni per vérsa supplícia : martyrium consummávit. In Lycia : nctárum mártyrum Nicétæ et Aquilínæ. Quæ beáti hristóphori mártyris prædicatióne ad Christum convér : martyrii palmam cápitis obtruncatióne sump

nC				Octávo Kaléndas Augústi : Luna														
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

Die 25. Sancti Jacóbi Apóstoli, fratris beáti Joánnis Evangelístæ : qui prope festum Paschæ ab Heróde Agríppa decollátus est. Ejus sacra ossa ab Hierosólymis ad Hispánias hac die transláta ; et in últimis eárum fínibus apud Galléciam recóndita : celebérrima illárum géntium veneratióne, et frequénti Christianórum concúrsu, religiónis et voti causa illuc adeúntium, pie colúntur. Festum totum Duplex. In Lycia : sancti Christóphori mártyris. Qui sub Décio virgis férreis attrítus, et a flammæ æstuántis incéndio Christi virtúte servátus; ad últimum sagittárum íctibus confóssus: martyrium cápitis obtruncatióne complévit. Barcinóne in Hispánia : natális beáti Cucuphátis mártyris. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Daciáno præside plúrimis torméntis superátis : percússus gládio victor migrávit in cælum. Memoria. In Palæstína : sancti Pauli mártyris. Qui in persecutióne Galérii Maximiáni sub Firmiliáno præside cápite damnátus ; exíguo orándi spátio impetráto, primum pro contribúlibus suis, deínde pro Judæis, et Gentílibus, ut fidei veritátem agnóscerent, póstea pro circumstántium multitúdine, demum pro júdice, qui ipsum damnáverat, et pro carnífice, a quo feriéndus erat, Deum toto corde precátus : abscíssis cervícibus martyrii corónam accépit. Ibídem : sanctæ Valentínæ vírginis. Quæ ad aram, ut immoláret, addúcta ; cum eam cálcibus evertísset, diríssime cruciáta : una cum sócia vírgine in ignem conjécta cucúrrit ad Sponsum. Córdubæ : sancti Theodemíri Mónachi et mártyris.

Séptimo Kaléndas Augústi : Luna D 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

DORMITIO sanctæ Annæ, matris genitrícis Dei Maríæ. Die 26. Festum totum Duplex. Philíppis in Macedónia : natális sancti Erásti. Qui illic a beáto Paulo Apóstolo relíctus Epíscopus : ibídem martyrio coronátus est. Romæ via Latína : sanctórum mártyrum Symphrónii, Olympii, Theóduli, et Exsupériæ. Qui, ut in gestis sancti Stéphani Papæ légitur, ígnibus combústi : martyrii palmam adépti sunt. In Portu Románo : sancti Hyacínthi mártyris. Qui primum in ignem injéctus ; deínde in profluéntem præcipitátus, illæsus evásit : post hæc a Leóntio consulári sub Trajáno imperatóre gládio percússus, vitam finívit. Cujus corpus Júlia matróna in prædio suo juxta Urbem sepelívit. Item Romæ : sancti Pastóris Presbyteri, cujus nómine Títulus exstat in Viminali apud sanctam Pudentiánam. In monastério sancti Benedícti, in agro Mantuáno : sancti Simeónis Mónachi et Eremítæ. Qui multis miráculis clarus : in senectúte bona quiévit.

Sexto Kaléndas Augústi : Luna E

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

IN Pedemóntio : beáti Augustíni de Bugélla confessóris Die 27. Ordinis nostri. Qui admiránda vitæ sanctimónia, atque exantlátis in opus ministérii labóribus conspícuus : piíssime in laude et ósculo Dómini, mortalitátem Venétiis explévit. Festum Duplex. Nicomedíæ : pássio sancti

Pantaleónis médici. Qui a Maximiáno imperatóre pro fide Christi tentus, et equúlei pœna, ac lampadárum exustióne cruciátus; sed inter hæc Dómino sibi apparénte refrigerátus : tandem ictu gládii martyrium consummávit. Ibídem : sancti Hermolái Presbyteri; cujus doctrína beatus Pantáleon ad fidem convérsus est : sanctórum quoque Hermíppi et Hermócratis fratrum : qui post multas pœnas sibi illátas, ab eódem Maximiáno capitáli senténtia ob confessiónem Christi puníti sunt. Apud Homerítas: commemorátio sanctórum mártyrum, qui sub Dúnaan tyránno ob Christi fidem incéndio tráditi sunt. Córdubæ in Hispánia : sanctórum mártyrum Geórgii Diáconi, Felícis, Aurélii, Natáliæ et Liliósæ, in persecutióne Arábica. Ephesi : natális sanctórum septem dormiéntium, Maximiáni, Malchi, Martiniáni, Dionysii, Joánnis, Serapiónis, et Constantíni. Antisiodóri : depósitio beáti Ætherii Epíscopi et confessóris. Constantinópoli : beátæ Anthúsæ vírginis. Quæ sub Constantíno Coprónymo ob cultum sanctárum imáginum verbéribus cæsa, et exsílio relegáta : quiévit in Dómino. ✠

XXIX F Quinto Kaléndas Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 28. In óppido Sancti Germáni diœcésis Vercellénsis : beáti Antónii ab Ecclésia Ordinis Prædicatórum, viri sanctitáte, móribus, religióne, ac sciéntia clari. Festum Duplex. Romæ : pássio sancti Victóris Papæ et mártyris. Item Romæ : sancti Innocéntii Papæ et confessóris. Medioláni : natális sanctórum mártyrum Nazárii, et Celsi púeri, quem idem ipse nutríerat. Quos Anolínus sub rábie persecutiónis, quæ per Nerónem excitáta est, diu macerátos et afflíctos in cárcere : gládio feríri jussit.

quorum córpora beátus Ambrósius Epíscopus invénit, atque ad basílicam Apostolórum tránstulit : sed corpus sancti Nazárii recénti adhuc sánguine conspérsum réperit. Memoria. Thebáide in Ægypto : commemorátio plurimórum sanctórum mártyrum ; qui in persecutióne Décii et Valeriáni passi sunt : quando Christiánis optántibus pro Christi nómine gládio pércuti, cállidus hostis tarda ad mortem supplícia conquírens, ánimas cupiébat jugulare, non córpora. Ex quorum número unus post equúleos, láminas, ac sartágines superátas, melle perúnctus, ligátis mánibus post tergum, sub ardentíssimo sole, fucórum ac muscárum acúleis expósitus fuit : álius inter flores mólliter vinctus, cum ad eum impudicíssimum scortum venísset, ut in libídinem concitáret, præcísam morsu linguam in blandiéntis fáciem éxspuit. Ancyræ in Galátia : sancti Eustáthii mártyris. Qui váriis tormentórum genéribus excruciátus ; atque in flumen demérsus, sed inde ab Angelo eréptus : demum colúmba e cælo adveniénte, ad præmia ætérna vocátus est. Miléti : sancti Acátii mártyris. Qui sub Licínio imperatóre post divérsas pœnas in fornácem injéctus, ac Dei ope servátus illæsus : martyrium cápitis abscissióne complévit. In Británnia minóri : sancti Samsónis Epíscopi et Confessóris. Lugdúni : sancti Peregríni Presbyteri, cujus beatitúdinem miraculórum glória testátur.

Quarto Kaléndas Augústi : Luna G XXVIII

	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

Tarasci in Gállia Narbonénsi : sanctæ Marthæ vírginis, hóspitæ Salvatóris nostri, et soróris beátæ Maríæ Magdalénæ et sancti Lázari. Festum Duplex. Romæ via Aurélia : sancti Felícis Secúndi Papæ et mártyris. Die 29

Qui a Constantino imperatóre Ariáno ob Cathólicæ fidei defensiónem e sede sua dejéctus, et Ceræ in Látio occúlte gládio necátus : gloriόse occúbuit. Ejus corpus inde a Cléricis raptum, eádem via sepúltum fuit ; póstea vero ad ecclésiam sanctórum Cosmæ et Damiáni delátum, ibídem, Gregório Decimotértio summo Pontífice, repértum est sub altáre, una cum relíquiis sanctórum mártyrum Marci et Marcelliáni, et Tranquillíni : atque in eódem loco prídie Kaléndas Augústi simul cum eis recónditum. In quo étiam altári invénta fuérunt córpora sanctórum mártyrum Abúndii Presbyteri, et Abundántii Diáconi : quæ non multo post ad ecclésiam Societátis Jesu solémniter transláta sunt prídie natális eórum. Item Romæ via Portuénsi : sanctórum mártyrum Simplícii, Faustíni, et Beatrícis, tempóribus Diocletiáni imperatóris. Quorum duo primi post multa et divérsa supplícia : jussi sunt capitálem subíre senténtiam. Beátrix vero eórum soror : in confessióne Christi præfocáta est in cárcere. Memoria. Gangræ in Paphlagónia: sancti Calliníci mártyris. Qui virgis férreis verberátus, aliísque supplíciis cruciátus : tandem in fornácem injéctus, spíritum Deo réddidit. In Norvégia : sancti Olávi regis et mártyris. Trecis in Gállia : sancti Lupi Epíscopi et confessóris. Qui cum beáto Germáno ad expugnándam Pelagianórum hæresim in Británniam perréxit, urbémque Trecas a furóre Attilæ Gálliam omnem devastántis, assídua oratióne deféndit ; demum quinquagintaduóbus annis sacerdótio venerabíliter functus : in pace quiévit. In civitáte Briocénsi : sancti Guliélmi Epíscopi et confessóris. Item : Octáva sanctæ Maríæ Magdalénæ. Simplex. ✠

Tértio Kaléndas Augústi : Luna A xxvii

	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

Calarogæ in Hispánia : beáti Mannis sancti Patris Dominici germáni fratris. Qui sinceritáte et simplicitáte pollens, et contemplatióni déditus : innúmeris auctus méritis in monastério Cisterciénsium sancti Petri de Gúmiel sancto fine quiévit miráculis clarus. Festum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Abdon et Sennen Persárum. Qui sub Décio caténis alligáti, Romam addúcti, pro Christi fide primum plumbátis cæsi : deínde gládio interfécti sunt. Memoria. Tubúrbi Lucernáriæ in Africa : sanctárum vírginum et mártyrum Máximæ, Donatíllæ, et Secúndæ. Quarum duæ primæ in persecutióne Valeriáni et Galliéni acéto et felle potátæ, deínde plagis acérrimis cæsæ, et equúlei extensióne cruciátæ : cratículis étiam exústæ, et calce perfricátæ ; póstmodum cum Secúnda vírgine duódecim annórum ad béstias simul projéctæ, sed ab his intáctæ : novíssime gládio jugulátæ sunt. Cæsaréæ in Cappadócia : sanctæ Julíttæ mártyris. Quæ bona sua a quodam poténte sibi usurpáta in judício répetens ; cum ille exceptiónem daret, quod ut Christiána non debéret audíri : mox a júdice jussa est thus idólis offérre, ut posset audíri ; quod illa constánter recúsans, in ignem conjécta spíritum Deo réddidit : corpus autem a flamma remánsit illæsum. Ejus præcláras laudes : sanctus Basílius Magnus egrégio encómio celebrávit. Antisiodóri : sancti Ursi Epíscopi et confessóris. Die 30.

25. XXVI B **Prídie Kaléndas Augústi : Luna**

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	30	1	2	3	4	5

Die 31. ROMÆ : natális sancti Ignátii confessóris, fundatóris Societátis Jesu, sanctitáte et miráculis clari, et Cathólicæ religiónis ubíque dilatándæ studiosíssimi. Festum Duplex. Cæsaréæ: pássio beáti Fábii mártyris. Qui cum ferre vexílla præsidália recusáret ; primum diébus áliquot in cárcerem trusus, deínde interrogátus semel et íterum, cum in confessióne Christi perduráret : mox a júdice capitáli senténtia condemnátur. Medioláni : sancti Calimérii Epíscopi et mártyris. Qui in Antoníni persecutióne comprehénsus ; vulnéribus confóssus, cervicibúsque gládio transverberátis, præceps in púteum dejéctus : martyrii cursum confécit. Synnadæ in Phrygia Pacatiána : sanctórum mártyrum Demócriti, Secúndi, et Dionysii. In Syria : sanctórum trecentórum quinquagínta Monachórum mártyrum, qui ob defensiónem Synodi Chalcedonénsis ab hæréticis occísi sunt. Ravénnæ: tránsitus sancti Germáni Antisiodorénsis Epíscopi, génere, fide, doctrína, et miraculórum glória claríssimi, qui Británniam a Pelagianórum hærésibus pénitus liberávit. Memoria. Senis in Túscia : natális beáti Joánnis Columbíni institutóris Ordinis Jesuatórum, sanctitáte ac miráculis clari.

AUGUSTUS.

Kaléndis Augústi : Luna C XXIV XXV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

ROMÆ in Exquíliis : dedicátio sancti Petri ad Víncula. Féstum Duplex. Antiochíæ: pássio sanctórum septem fratrum Machabæórum, cum matre sua, qui passi sunt sub Antíocho Epíphane rege. Eórum relíquiæ Romam translátæ : in eádem ecclésia sancti Petri ad Víncula cónditæ fuérunt. Memoria. Romæ : pássio sanctárum vírginum Fídei, Spei, et Caritátis, quæ sub Hadriáno príncipe martyrii corónam adéptæ sunt. Item Romæ via Latína: sanctórum mártyrum Boni Presbyteri, Fausti, et Mauri, cum áliis novem, qui in Actis sancti Stéphani Papæ describúntur. Philadélphiæ in Arábia: sanctórum mártyrum Cyrílli, Aquilæ, Petri, Domitiáni, Rufi, et Menándri, una die coronatórum. Gerúndæ in Hispánia: natális sancti Felícis mártyris. Qui post divérsa tormentórum génera a Daciáno támdiu jussus est laniári : donec invíctum Christo spíritum rédderet. Vercéllis : sancti Eusébii Epíscopi et mártyris. Qui ob confessiónem fidei Cathólicæ a Constántio príncipe Scythópolim, et inde in Cappadóciam relegátus ; póstmodum ad Ecclésiam suam revérsus : gloriósè finívit. Viénnæ : sancti Veri Epíscopi. Wintóniæ in Anglia : sancti Ethelwóldi Epíscopi. ✠ Die 1.

XXIII D Quarto Nonas Augústi : Luna

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
A B C D E F F G H M N P
27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

Die 2. **R**UPEFIDELI in Hispánia : beátæ Joánnæ de Aza matris beatíssimi Patriárchæ Domínici. Quæ exímia virtúte, ac pietáte Deo amábilis : Calarógæ obdormívit in ósculo Dómini. Festum Duplex. Romæ in cœmetério Callísti : natális sancti Stéphani Papæ et mártyris. Qui in persecutióne Valeriáni, dum Missæ sacrum perágeret, superveniéntibus milítibus, ante altáre intrépidus et immóbilis cœpta mystéria perfíciens : in sede sua decollátus est. Memoria. Nicææ in Bithynia : pássio sanctæ Teódotæ, cum tribus filiis suis. Ex quibus primogénitum nómine Evódium, Christum fiduciáliter confiténtem, fecit primo Nicétius consuláris Bithyniæ fústibus cædi : deínde matrem cum ómnibus filiis igne consúmi. In Africa : sancti Rutílii mártyris. Qui cum sæpius de loco in locum persecutiónem fugísset, et perículum intérdum étiam pecúnia redemísset; ex inopináto aliquándo comprehénsus. et præsidi oblátus, torméntis plúrimis cruciátur : demum ígnibus tráditus, egrégio martyrio coronátur. Patávii : sancti Máximi ejúsdem civitátis Epíscopi, qui miráculis clarus beáto fine quiévit.

XXII E Tértio Nonas Augústi : Luna

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
A B C D E F F G H M N P
28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

Die 3. **H**IEROSOLYMIS : invéntio córporis beatíssimi Stéphani Protomártyris, et sanctórum Gamaliélis, Nicodémi.

et Abibónis, sicut Luciáno Presbytero divínitus revelátum est, Honórii príncipis témpore. Festum Simplex. Constantinópoli : natális sancti Herméllì mártyris. Apud Indos Persis finítimos : pássio sanctórum Monachórum, et aliórum fidélium, quos Abénner rex pérsequens Ecclésiam Dei, divérsis afflíctos supplíciis, cædi jussit. Neápoli in Campánia : sancti Aspren Epíscopi. Qui a sancto Petro Apóstolo ab infirmitáte curátus, et deínde baptizátus : ejúsdem civitátis Epíscopus ordinátus fuit. Anágniæ : sancti Petri Epíscopi. Qui Monástica primum observántia, deínde pastoráli vigilántia clarus : quiévit in Dómino. Philíppis in Macedónia : sanctæ Lydiæ purpuráriæ, quæ prædicánte ibídem sancto Paulo Apóstolo prima ómnium crédidit Evangélio. Berœæ in Syria : sanctárum mulíerum Maránæ et Cyræ. ✠

Prídie Nonas Augústi : Luna F XXI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

BONONIÆ : sanctíssimi Patris nostri Domínici confessóris, fundatóris Ordinis Fratrum Prædicatórum, viri illustríssimi sánguinis nobilitáte, sanctitáte et doctrína claríssimi. Qui virginitátem perpétuo illibátam servávit : et ob singulárem meritórum grátiam tres mórtuos suscitávit. Cumque prædicatióne sua hæreses compressísset, ac plúrimos ad religiósam et piam vitam instituísset : octávo Idus mensis hujus, ínclytis opéribus digna perceptúrus præmia, in cælum evolávit. Ejus tamen festívitas ex Constitutióne Pauli Papæ Quarti : hac die celebrátur. Festum totum Duplex. Thessalónicæ : natális beáti Aristárchi, discípuli et cómitis indivídui sancti Pauli Apóstoli ; de quo ipse ad Colossénses scribit : Salútat vos Aristárchus concaptívus meus. Is ab eódem Die 4.

Apóstolo Thessalonicénsium Epíscopus ordinátus : post longos agónes sub Neróne, coronátus a Christo quiévit. Romæ via Latína : pássio beáti Tertullíni Presbyteri et mártyris. Qui sub Valeriáno imperatóre post ímpiam fústium mactatiónem, ígnium circa látera exustiónem, oris quassatiónem, atque in equúleo extensiónem, nervorúmque cæsiónem : data senténtia, cápitis amputatióne martyrium consummávit. In Pérside : sanctárum mártyrum Iæ et sociárum. Quæ cum novem míllibus Christiánis captívis sub Sápore rege divérsis pœnis afflíctæ : martyrium subiérunt. Romæ : sanctæ Perpétuæ. Quæ a beáto Petro Apóstolo baptizáta; Nazárium fílium, et Africánum virum ad fidem Christi perdúxit : et multa sanctórum mártyrum córpora sepelívit ; ac tandem bonórum óperum méritis cumuláta : migrávit ad Dóminum. ✠

XX G Nonis Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

Die 5. ROMÆ in Exquíliis : dedicátio basílicæ sanctæ Maríæ ad Nives. Festum Duplex. Item Romæ : pássio sanctórum mártyrum vigínti trium ; qui in persecutióne Diocletiáni via Salária véteri, cápite truncáti : ibídem sepúlti sunt ad clivum Cucúmeris. Augústæ Vindelicórum : natális sanctæ Afræ mártyris. Quæ cum esset pagána, per doctrínam sancti Narcíssi Epíscopi ad Christum convérsa, et cum omni domo sua baptizáta : pro confessióne Christi igni trádita est. Antiochíæ : sancti Eusígnii mílitis. Qui annum agens centésimum décimum, cum Constantíni Magni fidem, sub quo militáverat, Juliáno Apóstatæ exprobráret, eúmque ut pátriæ pietátis desertórem redargúeret : ab eódem jussus est cápite cædi. Cataláuni in Gállia : sancti Mémmii civis

Románi ; qui a sancto Petro illíus civitátis Epíscopus consecrátus : pópulum sibi commíssum ad Evangélii veritátem perdúxit. In Anglia : sancti Oswáldi regis, cujus actus venerábilis Beda Présbyter comménorat. Eódem die : sanctæ Nonnæ matris beáti Gregórii Nazianzéni.

Octávo Idus Augústi : Luna A.XIX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

A .	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10.	11

In monte Thabor : Transfigurátio Dómini nostri Jesu Die 6.
Christi. Festum totum Duplex. Romæ via Appia in cœmetério Callísti : natális beáti Xysti Secúndi Papæ et mártyris. Qui in persecutióne Valeriáni gládio animadvérsus : martyrii corónam accépit. Item : sanctórum mártyrum Felicíssimi et Agápiti, ejúsdem beáti Xysti Diaconórum ; Januárii, Magni, Vincéntii, et Stéphani Subdiaconórum : qui omnes cum eo páriter decolláti sunt, atque in cœmetério Prætextáti sepúlti. Memoria. Passus est étiam cum eis beátus Quartus : ut scribit sanctus Cypriánus. Complúti in Hispánia : sanctórum mártyrum Justi et Pastóris fratrum. Qui cum adhuc púeri lítteris imbueréntur, projéctis in schola tábulis, sponte ad martyrium cucurrérunt ; et mox a Daciáno præside tenéri jussi, et fústibus cædi, cum se mútuis exhortatiónibus constantíssime roboráren : extra civitátem perdúcti, a carnífice juguláti sunt. Burgis in Hispánia in monastério sancti Petri de Cardénna Ordinis sancti Benedícti : ducentórum Monachórum cum Stéphano Abbáte. Qui a Saracénis pro fide Jesu Christi interfécti sunt : atque ibídem in cláustro a Christiánis sepúlti. Romæ : sancti Hormísdæ Papæ et confessóris. Amidæ : sancti Jacóbi Eremítæ miráculis clari.

XVIII B **Séptimo Idus Augústi : Luna**

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

Die 7. NEAPOLI in Campánia : sancti Cajetáni confessóris, qui unus fuit ex primis Clericórum Theatinórum fundatóribus. In vita et post mortem : innúmeris fulsit miráculis. Festum Duplex. Arétii in Túscia : natális sancti Donáti Epíscopi et mártyris. Qui inter cétera virtútis ópera, ut scribit beátus Gregórius Papa : fractum a Pagánis cálicem sanctum, orándo instaurávit. Is in persecutióne Juliáni Apóstatæ, a Quadratiáno augustáli comprehénsus : cum idólis sacrificáre renuísset, gládio percússus martyrium consummávit. Memoria. Romæ : sanctórum mártyrum Petri et Juliáni, cum áliis decem et octo. Mediolání : sancti Fausti mílitis, qui sub Aurélio Cómmodo post multa certámina martyrii palmam adéptus est. Nísibi in Mesopotámia : sancti Dométii Monachi Persæ, qui cum duóbus discípulis sub Juliáno Apóstata lapidátus est. Rhotómagi : sancti Victrícii Epíscopi. Qui adhuc miles, sub eódem Juliáno pro Christo abjíciens cíngulum, a tribúno multis torméntis afficitur, et cápitis damnátur : sed carnífice, qui ad eum cædéndum missus fúerat, cæcitáte percússo, ipse vínculis solútis liber evásit ; póstea Epíscopus factus, Morinórum et Nerviórum gentes indómitas verbi prædicatióne ad fidem Christi perdúxit : et demum confessor in pace quiévit. Messánæ in Sicília : sancti Albérti confessóris, Ordinis Carmelitárum, miráculis clari. ✠

Sexto Idus Augústi : Luna CXVII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

UCERIÆ : beáti Augustíni Epíscopi et confessóris, Or- Die 8.
dinis sancti Patris Domínici, qui humilitáte, patién-
a, et misericórdia erga páuperes mirabíliter enítuit.
ui Lucerínam Ecclésiam Saracenórum erróribus infé-
tam : oratióne, prædicatióne, morúmque sanctitáte fe-
citer expurgávit. Festum Duplex. Romæ : sanctórum
ártyrum Cyríaci Diáconi, Largi, et Smarágdi, cum
liis vigínti, qui in persecutióne Diocletiáni et Maxi-
iáni passi sunt décimo séptimo Kaléndas Aprílis. Eó-
um córpora a Joánne Presbytero via Salária sepúlta,
nctus Marcéllus Papa in prædium Lucínæ via Ostién-
hac die tránstulit : quæ póstea in Urbem deláta, in
iaconía sanctæ Maríæ in via Lata recóndita fuérunt.
emoria. In Pérsia : sancti Hormísdæ mártyris sub Sá-
ore rege. Cyzici in Hellespónto : sancti Æmiliáni Epí-
opi. Qui pro sacrárum imáginum cultu a Leóne im-
eratóre multa passus : demum in exsílio vitam finívit.
Creta: sancti Myrónis Epíscopi, miráculis clari. Vién-
æ in Gállia : sancti Sevéri Presbyteri et confessóris.
ui ex India, Evangélii prædicándi causa, laboriósam
eregrinatiónem suscépit : et ad præfátam urbem devé-
iens, ingéntem Paganórum multitúdinem verbo et
iráculis ad fidem Christi convértit. ✠

XVI D Quinto Idus Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

Die 9. FLORENTIÆ : beáti Joánnis de Salérno confessóris Ordinis nostri. Qui Religiónis hábitu a sancto Patriárcha Domínico accépto, ejúsque imitátus virtútes ; ad Ordinem nostrum propagándum per Etrúriam missus : Floréntiæ multum pro fide laborávit, præsértim contra hæréticos Paterénos prædicatióne. Festum Duplex. Vigília sancti Lauréntii mártyris. Romæ : sancti Románi mílitis. Qui confessióne beáti Lauréntii compúnctus, pétiit ab eo baptizári : et mox exhíbitus, ac fústibus cæsus, ad últimum decollátus est. In Túscia : natális sanctórum mártyrum Secondiáni, Marcelliáni, et Veriáni. Qui témpore Décii a Promóto consulári primum cæsi sunt, deínde in equúleo suspénsi, et úngulis abrási ; atque igne latéribus appósito assáti : triumphálem martyrii palmam cápite cæsi meruérunt. In Africa : commemorátio plurimórum sanctórum mártyrum, qui in persecutióne Valeriáni, hortánte eos sancto Numídico, in ignem conjécti, martyrii palmam adépti sunt. Ipse autem Numídicus, licet cum áliis in rogum injéctus, et lapídibus óbrutus fuísset ; a filia tamen effóssus, semivívus repértus, curátus est : ac póstea ob ejus virtútem in Ecclésiæ Carthaginénsis Presbyterum a beáto Cypriáno méruit cooptári. Constantinópoli : sanctórum mártyrum Juliáni, Marciáni, et aliórum octo. Qui ob Salvatóris imáginem, quam in porta ænea constitúerant : ímpii Leónis imperatóris jussu post multa torménta gládio necáti sunt. ✠

Quarto Idus Augústi : Luna E XV

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5
A B C D E F F G H M N P
6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

ROMÆ via Tiburtína : natális beáti Lauréntii Archidiá- Die 10.
coni. Qui in persecutióne Valeriáni post plúrima torménta cárceris, vérberum diversórum, scorpiónum, fústium, et plumbatárum, et laminárum ardéntium ; ad últimum in cratícula férrea assátus: martyrium complévit. Cujus corpus a beáto Hippólyto, et Justíno Presbytero sepúltum fuit in cœmetério Cyríacæ in agro Veráno. Festum totum Duplex. Item Romæ: pássio sanctórum centum sexagínta quinque mílitum mártyrum sub Aureliáno imperatóre. Alexandríæ : commemorátio sanctórum mártyrum ; qui in persecutióne Valeriáni sub præside Æmiliáno divérsis exquisitísque torméntis diútius cruciáti : vário mortis génere martyrii corónam adépti sunt. Romæ : sancti Deúsdedit confessóris. Qui quod in hebdómada mánibus suis operándo lucrabátur: die sábbati paupéribus erogábat. ✠

Tértio Idus Augústi : Luna F XIV

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

OCTAVA sancti Patris nostri Domínici. Solemnis. Romæ Die 11.
inter duas lauros : natális sancti Tibúrtii mártyris. Qui sub júdice Fabiáno in persecutióne Diocletiáni, cum nudis plantis super carbónes ardéntes ingréssus Christum majóri confiterétur constántia : duci in tértium ab Urbe milliárium, atque ibídem gládio animadvérti jubétur. Memoria. Item Romæ : sanctæ Susánnæ vírginis. Quæ cum esset nóbili prosápia orta, et beáti

Cáii Pontíficis neptis : martyrii palmam, témpore Diocletiáni, cápitis obtruncatióne proméruit. Cománæ in Ponto : sancti Alexándri Epíscopi cognoménto Carbonárii. Qui ex philósopho disertíssimo eminéntem Christiánæ humilitátis sciéntiam adéptus ; et a sancto Gregório Thaumatúrgo in thronum illíus Ecclésiæ sublimátus : non solum prædicatióne, sed étiam per ignem consummáto martyrio fuit illústris. Apud Ebroicénses in Gállia : sancti Tauríni Epíscopi. Qui a beáto Cleménte Papa illíus civitátis Epíscopus ordinátus, Evangélii prædicatióne Christiánam fidem propagávit : ac multis pro ea suscéptis labóribus, miraculórum glória conspícuus obdormívit in Dómino. Cameráci in Gállia : sancti Gaugeríci Epíscopi et confessóris. In província Valériæ : sancti Equítii Abbátis, cujus sánctitas beáti Gregórii Papæ testimónio comprobátur.

XIII G Prídie Idus Augústi : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

Die 12. Assísii in Umbria : sanctæ Claræ vírginis, primæ plantæ páuperum feminárum Ordinis Minórum, quam vita et miráculis célebrem Alexánder Quartus in númerum sanctárum Vírginum rétulit. Festum Duplex. Cátanæ in Sicília : natális sancti Eúplii Diáconi, sub Diocletiáno et Maximiáno Augústis. Qui cum diutíssime pro confessióne Dómini torquerétur : tandem martyrii palmam gládio cædénte percépit. Augústæ Vindelicórum : sanctæ Hiláriæ matris beátæ Afræ mártyris. Quæ cum ad sepúlcrum illíus excubáret : ibídem pro fide Christi a persecutóribus igni trádita est cum Digna, et Euprépia, et Eunómia ancíllis suis. Passi sunt étiam eódem die in præfáta urbe : Quiríacus, Lárgio, Crescen-

:iánus, Nímmia, et Juliána, cum áliis vigínti. Faleríæ n Túscia : pássio sanctórum Graciliáni et Felicíssimæ rírginis Quorum pro fidei confessióne ora lapídibus ›rimo contúsa sunt : dehinc gládio percússi optátam nartyrii palmam suscepérunt. Eódem die : sanctórum nártyrum Porcárii Abbátis Monastérii Lirinénsis, et [uingentórum Monachórum. Qui pro fide Cathólica a ›árbaris cæsi : martyrio coronáti sunt.

Idibus Augústi : Luna A XII

b c d e f g h i k l m n p q r s t u
9 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
ı B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

ROMÆ : beáti Hippólyti mártyris. Qui pro confessiónis Die 13.
glória sub Valeriáno imperatóre, post ália torménta igátis pédibus ad colla indomitórum equórum, per carluétum et tríbulos crudéliter tractus : toto córpore laceráto emísit spíritum. Passi sunt étiam eódem die beáta Concórdia ejus nutrix, quæ ante ipsum plumbátis cæsa migrávit ad Dóminum ; et álii decem et novem de domo sua, qui extra portam Tiburtínam decolláti sunt : t una cum eo in agro Veráno sepúlti. Festum Duplex. Apud Forum Syllæ : natális sancti Cassiáni mártyris. Qui um adoráre idóla noluísset ; vocátis a persecutóre púeis, quibus docéndo exósus factus fúerat : data est eis acúltas eum periméndi. Quorum quanto infirmior erat nanus : tanto graviórem martyrii pœnam diláta morte aciébat. Burgis in Hispánia : sanctárum Centóllæ et Hénæ mártyrum. Constantinópoli : sancti Máximi Mónahi, doctrína et zelo Cathólicæ veritátis insígnis. Qui um advérsus Monothélitas strénue decertáret ; a Con:ánte imperatóre hærético, præcísis mánibus ac lingua, ı Chersonésum relegátus : réddidit spíritum. Tunc étiam uo Anastásii ejus discípuli, aliíque plures : divérsa tor-

ménta, et dura exsília sunt expérti. Pictávis: sanctæ Radegúndis regínæ, cujus vita miráculis et virtútibus cláruit.

XI B Decimonóno Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Die 14. * Cujus natalis est nonis Augusti.

ASCULI in Picéno : sancti Emygdii Epíscopi et mártyris. * Qui a sancto Marcéllo Papa Epíscopus ordinátus, et illuc ad prædicándum Evangélium missus : in confessióne Christi sub Diocletiáno imperatóre martyrii corónam accépit. Festum Duplex. Vigília Assumptiónis beátæ Maríæ Vírginis. Romæ: natális beáti Eusébii Presbyteri. Qui a Constántio imperatóre Ariáno ob Cathólicæ fidei defensiónem in quodam cubículo domus suæ inclúsus; ibíque menses septem in oratióne constánter persevérans : dormitiónem accépit. Cujus corpus Gregórius et Orósius Presbyteri colligéntes : in cœmetério Callísti via Appia sepeliérunt. Memoria. In Africa : sancti Demétrii mártyris. Apaméæ in Syria : sancti Marcélli Epíscopi et mártyris. Qui cum Jovis delúbrum diruísset a furéntibus Gentílibus occísus est. In Ægína ínsula: sanctæ Athanásiæ víduæ, Monástica observántia, et grátia miraculórum illústris.

X C Décimo octávo Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

Die 15.

ASSUMPTIO sanctíssimæ Dei genitrícis Vírginis Maríæ. Festum totum Duplex. Romæ via Appia: sancti Tharsícii Acólythi. Quem Pagáni cum invenissent Córporis Christi sacraménta portántem : cœpérunt disquírere

quid géreret. At ille indígnum júdicans porcis pródere margarítas : támdiu ab illis mactátus est fústibus et lapídibus, donec exhaláret spíritum. Et revolúto ejus córpore : sacrílegi discussóres nihil sacramentórum Christi in mánibus aut in véstibus invenérunt. Christiáni autem corpus mártyris collegérunt : et in cœmetério Callísti honorífice sepeliérunt. Tagáste in Africa : sancti Alípii Epíscopi. Qui beáti Augustíni olim discípulus; póstea in conversióne sócius, in múnere pastoráli colléga, et in certamínibus advérsus hæréticos commílito strénuus : ac demum in cæléstí glória consors fuit.

☞ Sabbato ante Dominicam infra Octavam Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, post pronuntiationem Lunæ legitur quod sequitur :

In Judæa : sancti Jóachim patris beatíssimæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ, cujus natális est tértio décimo Kaléndas Aprílis. Festum totum Duplex.

Decimoséptimo Kaléndas Septémbris : Luna D IX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

CRACOVIÆ in Polónia : sancti Hyacínthi confessóris, Ordinis Prædicatórum. Qui e mánibus sancti Patris nostri Domínici hábitum sacræ Religiónis accípiens, admirábili vitæ innocéntia, et doctrína excélluit : siccis pédibus ingéntia flúmina trajécit, et miraculórum glória ínclytus fuit; dúlcibus sacræ Dei Genitrícis allóquiis dignus : virginitáte insígnis, ac Spíritu sancto plenus; tandem carne depósita ad ætérna præmia evocátus est ipso die Assumptiónis beátæ Maríæ : quem Clemens Papa Octávus in Sanctórum número rétulit. Festum totum Duplex. Romæ : sancti Titi Diáconi. Qui Urbe a Gothis occupáta : pecúnias paupéribus distríbuens, a tribúno Die 16.

bárbaro jussus est occídi. Nicææ in Bithynia: sancti Diomédis médici. Qui in persecutióne Diocletiáni pro Christi fide gládio cæsus: martyrium complévit. Medioláni: depositio sancti Simpliciáni Epíscopi, sanctórum Ambrósii et Augustíni testimónio célebris. Antisiodóri: sancti Eleuthérii Epíscopi. Nicomedíæ: sancti Arsácii confessóris. Qui sub Licínio persecutóre milítia relícta, solitáriam vitam ducens, tantis virtútibus cláruit: ut et dæmones expulísse, et ingéntem dracónem orándo interemísse legátur. Dénique futúram civitátis cladem prænúntians: in oratióne spíritum Deo réddidit. Romæ: sanctæ Serénæ uxóris quondam Diocletiáni Augústi.

VIII E Sextodécimo Kaléndas Septémbris: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

Die 17. VERCELLIS: beátæ Æmíliæ vírginis Sanctimoniális Ordinis nostri. Quæ in oratióne versáta: desidério Christi dolóres experiúndi flagrávit. Festum Duplex. Carthágine in Africa: sanctórum mártyrum Liberáti Abbátis, Bonifácii Diáconi, Servi et Rústici Subdiaconórum, Rogáti et Séptimi Monachórum, et Máximi púeri. Qui in persecutióne Wandálica sub Hunneríco rege pro confessióne Cathólicæ fidei, et únici baptísmatis defensióne, váriis et inaudítis supplíciis exagitáti: demum super ligna, quibus concremándi erant, clavis confixi; cum ignis sæpius accénsus fuísset, ac divínitus semper exstínctus, ejus jussu remórum véctibus percússi, et comminútis cérebris enecáti: speciósum cursum certáminis sui coronánte Dómino perfecérunt. Cæsaréæ in Cappadócia: natális sancti Mamántis mártyris. Qui a pueritia ad senectútem usque longum martyrium duxit: et tandem imperánte Aureliáno, sub Alexándro præside illud fe-

liciter consummávit. Quem sancti Patres Basílius et Gregórius Nazianzénus : summis láudibus celebrárunt. Ptolemáide in Palæstína : sanctórum mártyrum Pauli, et Juliánæ soróris ejus, qui sub Valeriáno passi sunt. Interámnæ : sancti Anastásii Epíscopi et confessóris. Octáva sancti Lauréntii mártyris. Simplex.

Quintodécimo Kaléndas Septémbris : Luna Fvii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

In Gállia Narbonénsi apud Montem Pessulánum : depo-sítio beáti Rochi confessóris, qui multas Itáliæ urbes a morbo epidemíæ signo crucis liberávit. Cujus corpus Venétias póstea translátum : et in ecclésia ejus nómine consecráta honorificentíssime cónditum fuit. Festum Duplex. Prænéste : natális sancti Agápiti mártyris. Qui cum esset annórum quíndecim, et amóre Christi fervéret ; jussu Aureliáni imperatóris tentus est, ac primo nervis crudis diutíssime cæsus : deínde sub Antíocho præfécto gravióra supplícia passus. Exínde cum ex præcépto imperatóris leónibus objicerétur, et mínime læsus esset : gládio ministrórum coronándus percútitur. Memoria. Romæ : beatórum Joánnis et Crispi Presbyterórum. Qui in persecutióne Diocletiáni multa sanctórum córpora officiosíssime sepeliérunt : quorum méritis et ipsi póstmodum sociáti, gáudia vitæ ætérnæ meruérunt. In Illyrico : sanctórum mártyrum Flori et Lauri artis lapicidínæ; qui consúmptis martyrio eórum magístris Próculo et Máximo : sub Lycóne præside post multa torménta in profúndum púteum sunt demérsi. Romæ via Lavicána : sanctæ Hélenæ, matris Constantíni Magni piíssimi imperatóris, qui primus Ecclésiæ tuéndæ atque amplificándæ exémplum céteris princípibus præbuit.

Die 18. Hujus dies natalis fuit decimo-septimo Kalendas Septembris.

VI G Quartodécimo Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

Die 19. NUCERIÆ Paganórum : sancti Alphónsi Maríæ de Ligório Epíscopi Sanctæ Agathæ Gothórum, et Congregatiónis sanctíssimi Redémptoris fundatóris, animárum zelo, scriptis, verbo et exémplo insígnis. Quem anno a felíci decéssu quinquagésimo secúndo Gregórius Papa Décimus sextus anno millésimo octingentésimo trigésimo nono Sanctórum fastis adscrípsit : et Pius Nonus Póntifex Máximus ex sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto, universális Ecclésiæ Doctórem declarávit. Festum Duplex. Romæ : sancti Július senatóris et mártyris. Qui Vitéllio júdici tráditus, et ab eo in cárcerem trusus : jubénte Cómmodo imperatóre, támdiu fústibus cæsus est, donec emítteret spíritum. Cujus corpus in cœmetério Calepódii via Aurélia sepúltum est. In Cilícia : natális sancti Andréæ tribúni, et sociórum mílitum. Qui victória de Persis divínitus adépta, ad fidem Christi convérsi, et hoc nómine accusáti : sub Maximiáno imperatóre in angústiis Tauri montis ab exércitu Seléuci præsidis trucidáti sunt. In Palæstína : sancti Timóthei mártyris. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Urbáno præside post multa superáta supplícia : lento igne combústus est. Passi sunt étiam ibídem Thecla et Agápius. Illa feris expósita, eárum déntibus laniáta transívit ad Sponsum ; Agápius vero plúrima torménta perpéssus : ad majóra certámina fuit dilátus. Anágniæ : sancti Magni Epíscopi et mártyris, qui in persecutióne Décii necátus est. In Província apud castrum Bríncolam : depositio sancti Ludovíci Epíscopi Tolosáni, vitæ sanctitáte, et miráculis clari. Cujus corpus inde

Iassíliam translátum : in ecclésia Fratrum Minórum onorífice cónditum est. In território Bituricénsi : sancti Mariáni confessóris.

Tertiodécimo Kaléndas Septémbris : Luna A V

	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

ʌ	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

N território Lingoniénsi : deposítio sancti Bernárdi, Die 20.
primi Clarævallénsis Abbátis, vita, doctrína et miráulis gloriósi. Quem Pius Octávus Póntifex Máximus : niversális Ecclésiæ Doctórem declarávit, et confirmáit. Festum Duplex In Judæa : sancti Samuélis Prophéæ. Cujus sacra ossa, ut beátus Hierónymus scribit : rcádius Augústus Constantinópolim tránstulit, et rope Séptimum collocávit. In Thrácia : sanctórum trintaséptem mártyrum; qui sub præside Apelliáno pro hristi fide mánibus pedibúsque præcísis : in camínum rdéntem injécti sunt. Córdubæ : sanctórum mártyrum eovigíldi et Christóphori Monachórum. Qui in Arabum ersecutióne, pro Christiánæ fidei defensióne in cárceem conjécti; ac mox cervícibus abscíssis, igni tráditi : nartyrii palmam adépti sunt. Romæ : beáti Porphyrii óminis Dei, qui sanctum mártyrem Agápitum erudíit in fide et doctrína Christi. In Hério ínsula : sancti hilibérti Abbátis. Albæ in Pannónia : sancti Stéphani * Dies egis. * Qui divínis virtútibus exornátus : primus Hún- translationis. aros ad fidem Christi convértit.

iv B Duodécimo Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

Die 21. Molini in Gállia : sanctæ Joánnæ Francíscæ Frémiot de Chantal, Sanctimoniálium Visitatiónis sanctæ Maríæ fundatrícis; nobilitáte géneris, sanctimónia vitæ, quam in quadrúplici statu constánter duxit, et miraculórum grátia conspícuæ : a Cleménte Decimotértio in Sanctárum númerum relátæ. Festum Duplex. Romæ in agro Veráno : sanctæ Cyríacæ víduæ et mártyris. Quæ in persecutióne Valeriáni, cum se súaque ómnia in sanctórum ministéria impendísset: demum pro Christo martyrium súbiens, vitam quoque ipsam libénter impéndit. Salónæ : sancti Anastásii corniculárii. Qui cum vidéret beátum Agápitum constánter torménta perferéntem, convérsus est ad fidem; et pro confessióne nóminis Christi, jubénte Aureliáno imperatóre, interémptus : martyr migrávit ad Dóminum. In território Galavitáno : sancti Priváti Epíscopi et mártyris, qui passus est in persecutióne Valeriáni et Galliéni. Fundis in Látio : sancti Patérni mártyris. Qui ab Alexandría Romam véniens ad Apostolórum memórias, et inde in agrum Fundánum secédens; cum mártyrum córpora sepelíret, a tribúno comprehénsus : in vínculis exspirávit. Edéssæ in Syria : sanctórum mártyrum Bassæ, et filiórum ejus Theogónii, Agápii, et Fidélis. Quos in persecutióne Maximiáni pia mater exhórtans, martyrio coronátos præmísit ad palmam : et truncáto cápite gaudens secúta est cum victória. Verónæ : sancti Euprépii Epíscopi et confessóris.

Undécimo Kaléndas Septémbris : Luna C III

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u	
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

OCTAVA Assumptiónis beátæ Maríæ Vírginis. Solemnis. Die 22.
Romæ via Ostiénsi : natális sancti Timóthei márty-
s. Qui tentus a Tarquínio Urbis præfécto, et longa
ırceris custódia macerátus ; cum sacrificáre idólis
oluísset, tértio cæsus, et gravíssimis supplíciis attrectá-
ıs : ad últimum decollátus est. Augustodúni : sancti
ymphoriáni mártyris. Qui témpore Aureliáni impera-
ıris, cum idólis sacrificáre nollet, primo verbéribus
flíctus, deínde cárceri mancipátus : ad últimum cæso
ípite martyrium consummávit. Memoria. In Portu
ománo : sancti Hippólyti Epíscopi, eruditióne daríssi-
ıi. Qui sub Alexándro imperatóre ob præcláram fidei
onfessiónem, mánibus pedibúsque ligátis, in altam
ɔveam aquis plenam præcipitátus : martyrii palmam
ccépit. Cujus corpus a Christiánis apud eúmdem locum
epúltum fuit. Romæ : sancti Antoníni mártyris. Qui
um se Christiánum líbera voce faterétur ; a Vitéllio
údice capitáli senténtia damnátus est : et via Aurélia
epúltus. Item in Portu Románo : sanctórum mártyrum
Iartiális, Saturníni, Epictéti, Maprílis, et Felícis cum
óciis eórum. Nicomedíæ : pássio sanctórum Agatónici,
ótici, et sociórum mártyrum sub Maximiáno impera-
óre, et Eutholómio præside : Tarsi : sanctórum Atha-
ıásii Epíscopi et mártyris, Anthúsæ nóbilis féminæ,
quam ipse baptizáverat : et duórum ejus servórum, qui
ub Valeriáno imperatóre passi sunt.

11 D Décimo Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27	28

Die 23. MEVANIÆ in Umbria : natális beáti Jacóbi confessóris, Ordinis Prædicatórum. Qui renascéntem in Umbria Nicolaitárum hæresim profligávit : multísque miráculis cláruit. Festum Duplex. Antiochíæ : natális sanctórum mártyrum Restitúti, Donáti, Valeriáni, et Fructuósæ, cum áliis duódecim, qui præclaríssimo confessiónis honóre coronáti sunt. Apud Ostia Tiberína : sanctórum mártyrum Quiríaci Epíscopi, Máximi Presbyteri, Archelái Diáconi, et sociórum, qui sub Ulpiáno præfécto témpore Alexándri passi sunt. Ægææ in Cilícia : sanctórum martyrum Cláudii, Astérii, et Neónis fratrum. Qui Christiánæ religiónis a novérca accusáti, sub Diocletiáno imperatóre et Lysia præside post acérba torménta cruci affixi : victóres cum Christo triumphárunt. Passæ sunt post eos : Donvína et Theonílla. Rhemis in Gállia : natális sanctórum Timóthei et Apollináris, qui ibídem consummáto martyrio cæléstia regna meruérunt. Lugdúni : sanctórum mártyrum Minérvi et Eleázari cum filiis octo. Hierosólymis : sancti Zachæi Epíscopi, qui quartus a beáto Jacóbo Apóstolo Hierosolymitánam Ecclésiam rexit. Alexandríæ : sancti Theónæ Epíscopi et confessóris. Uticæ in Africa : beáti Victóris Epíscopi. Arvérnis : sancti Sidónii Epíscopi, doctrína et sanctitáte conspícui. Apud Tudértum : sancti Philíppi Florentíni, institutóris Ordinis Servórum beátæ Maríæ. Item : Octáva sancti Hyacínthi. Simplex. Vigília sancti Bartholomæi Apóstoli.

Nono Kaléndas Septémbris : Luna E

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P							
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29							

SANCTI Bartholomæi Apóstoli: qui in India Christi Evangélium prædicávit ; inde in majórem Arméniam proféctus, cum ibi plúrimos ad fidem convertísset, vivus a bárbaris decoriátus est : atque Astyagis regis jussu, cápitis decollatióne martyrium complévit. Ejus sacrum corpus primo ad Líparam ínsulam, deínde Beneventum, postrémo Romam ad ínsulam Tiberínam translátum : ibi pia fidélium veneratióne honorátur. Festum totum Duplex. Carthágine: sanctórum trecentórum mártyrum témpore Valeriáni et Galliéni. Qui inter ália supplícia, cum præses fornácem calcáriam accéndi jussísset, et in præséntia ejus prunas cum thure exhibéri ; atque illis dixísset : Elígite e duóbus unum ; aut thura super his carbónibus offérte Jovi : aut in calcem demergímini ; fide armáti Christum Dei filium confiténtes, ictu rapidíssimo se injecérunt in ignem : et inter vapóres calcis in púlverem sunt redácti. Ex quo candidátus ille beatórum exércitus : Massa cándida méruit appellári. Apud Ostia Tiberína : sanctæ Aureæ vírginis et mártyris, quæ saxo ad collum ligáto in mare demérsa est. Cujus corpus ad litus ejéctum : beátus Nonnus sepelívit. Eódem die : sancti Eutychii, discípuli beáti Joánnis Evangelístæ. Qui ob Evangélii prædicatiónem in multis regiónibus cárceres, vérbera, et ignes perpéssus : in pace tandem quiévit. Item : sancti Geórgii Limniótæ Mónachi. Qui cum ímpium Leónem imperatórem reprehendísset, quod sacras imágines frángeret, Sanctorúmque relíquias combúreret ; ejus jussu mánibus abscíssis, et cápite incénso : martyr migrávit ad Dóminum. Rothómagi : sancti Audoéni Epíscopi et confessóris.

Die 24.

F Octávo Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

Die 25. LUTETIÆ Parisiórum : sancti Ludovíci confessóris, regis Francórum, vitæ sanctitáte, ac miraculórum glória illústris. Festum Duplex. Romæ : sanctórum mártyrum Eusébii, Pontiáni, Vincéntii, et Peregríni. Qui primo sub Cómmodo imperatóre in equúleo leváti, nervis quoque disténti; ac deínde fústibus cæsi sunt : flammis circa eórum látera appósitis. Et cum in laude Christi fidelíssime permanérent : plumbátis usque ad emissiónem spíritus mactáti sunt. Item Romæ : sancti Genésii mártyris. Qui primum sub gentilitáte mimus, cum in theátro, spectánte Diocletiáno imperatóre, mystériis Christianórum illúderet : a Deo inspirátus, repénte convérsus ad fidem, et baptizátus est. Mox imperatóris jussu fústibus crudelíssime cæsus, deínde in equúleo suspénsus, et ungulárum diutíssima laceratióne vexátus : lampádibus étiam inflammátus, cum in fide Christi persísteret, dicens, Non est rex præter Christum; pro quo si míllies occídar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auférre non potéritis : martyrii palmam cápitis obtruncatióne proméruit. Itálicæ in Hispánia : sancti Gerúntii Epíscopi. Qui témpore Apostolórum Evangélium in ea província prædicans : post multos labóres in cárcere quiévit. Areláte in Gállia : beáti item Genésii. Qui exceptóris officio fungens, cum ímpia edícta, quibus Christiáni puníri jubebántur, nollet excípere; et projéctis in públicum tábulis se Christiánum esse testarétur : comprehénsus atque decollátus, martyrii glóriam próprio cruóre baptizátus accépit. In Syria : sancti Juliáni mártyris. Tarracóne : sancti Magni mártyris. Constanti-

oli : sancti Mennæ Epíscopi. Neápoli : sanctæ Patrí- vírginis.

Séptimo Kaléndas Septémbris : Luna G XXIX

c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

IDERTI : sancti Philíppi Benítii Florentíni, Ordinis Die 26. Servórum beátæ Maríæ Vírginis propagatóris. In summa humílitas refúlsit; ob quam étiam supré- n Ecclésiæ tiáram sibi oblátam fúgiens recusávit : is natális dies est décimo Kaléndas Septémbris. Fe- n Duplex. Romæ : sancti Zephyríni Papæ et márty- Ibídem : sanctórum mártyrum Irenæi et Abúndii. in persecutióne Valeriáni, eo quod corpus beátæ icórdiæ in cloácam projéctum levάverant : in eámdem icam demérsi fuérunt. Quorum córpora a Justíno sbytero inde extrácta : in crypta juxta beátum Lau- tium sepúlta sunt. Apud Albintimélium Ligúriæ tátem : sancti Secúndi mártyris, viri spectábilis, et is ex legióne Thebæórum. Bérgomi in Gállia Cisal- a : sancti Alexándri mártyris. Qui et ipse unus ex em legióne, cum nomen Dómini Jesu Christi constan- ime faterétur : martyrium cápitis abscissióne com- vit. Nicomedíæ : pássio sancti Hadriáni, filii Probi saris. Qui Licínio persecutiónem in Christiános com- tam éxprobrans : ab eódem jussus est occídi. Cujus pus Domítius Byzántii Epíscopus ejus pátruus : Ar- ópoli sepelívit. In Hispánia : sancti Victóris mártyris. i a Mauris pro Christi fide occísus : martyrii coróna iátus est.

XXVIII A Sexto Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

Die 27. ROMÆ : depositio sancti Joséphi confessóris, vitæ innocéntia, et miráculis illústris. Qui ad erudiéndam pietáte ac lítteris juventútem : Clericórum Regulárium páuperum Matris Dei Scholárum piárum Ordinem fundávit. Festum Duplex. Cápuæ in Campánia : natális sancti Rufi Epíscopi et mártyris; qui cum esset patríciæ dignitátis : a beáto Apollináre sancti Petri discípulo cum univérsa família baptizátus est. Memoria. Tomis in Ponto : sanctórum mártyrum Marcellíni tribúni, et uxóris ejus Mannéæ, et filiórum Joánnis, Serapiónis, et Petri. In Sicília apud Leontínos : sanctæ Euthálíæ vírginis. Quæ cum esset Christiána, a fratre suo Sermiliáno gládio cæsa : migrávit ad Sponsum. Eódem die : pássio sanctæ Anthúsæ junióris. Quæ ob Christi fidem in púteum mersa : martyrium sumpsit. Bérgomi : sancti Narni. Qui a beáto Bárnaba baptizátus : primus ab eo ejúsdem civitátis Epíscopus est ordinátus. Areláte : sancti Cæsárii Epíscopi, miræ sanctitátis et pietátis viri. Augustodúni : sancti Syágrii Epíscopi et confessóris. Ilérdæ in Hispánia Tarraconénsi : sancti Licérii Epíscopi. In Thebáide : sancti Pemónis Anachorétæ. In Picéno apud Septempedános : sanctæ Margarítæ víduæ. ✠

XXVII B Quinto Kaléndas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Die 28. HIPPONE Régio in Africa : natális sancti Augustíni Epíscopi, et Ecclésiæ Doctóris exímii. Qui beáti Am-

brósii Epíscopi ópera ad Cathólicam fidem convérsus et baptizátus : eam advérsus Manichæos, aliósque hæréticos acérrimus propugnátor deféndit; multísque áliis pro Ecclésia Dei perfúnctus labóribus : ad præmia migrávit in cælum. Cujus relíquiæ primo de sua civitáte propter bárbaros in Sardíniam delátæ; et póstea a Luitprándo Rege Longobardórum Ticínum translátæ : ibi honorífice cónditæ sunt. Festum totum Duplex. Romæ : natális sancti Hermétis, viri illústris. Qui ut in Actis beáti Alexándri Papæ légitur, primo carceráli custódia mancipátus : deínde cum áliis plúrimis, gládio cædénte, martyrium complévit sub Aureliáno júdice. Briváte apud Arvérnos : pássio sancti Juliáni mártyris. Qui cum esset beáti Ferréoli tribúni comes, et in hábitu militári occúlte Christo servíret : in persecutióne Diocletiáni a milítibus tentus, desécto gútture morte horríbili necátus est. Constantinópoli : sancti Alexándri Epíscopi, gloriósi senis; cujus oratiónis virtúte Aríus divíno judício damnátus, crépuit médius : et effúsa sunt víscera ejus. Apud Sántonas : sancti Viviáni Epíscopi. Item sancti Móysis Æthíopis : qui ex insígni latróne insígnis Anachoréta, multos latrónes convértit, et secum duxit ad monastérium. ✠

Quarto Kaléndas Septémbris : Luna C xxvi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

DECOLLATIO sancti Joánnis Baptístæ : quem Heródes Die 29.
circa festum Paschæ decollári præcépit. Cujus tamen memória hoc die solémniter cólitur : quando ejus venerándum caput secúndo invéntum fuit. Quod póstea Romam translátum : in ecclésia sancti Silvéstri ad Campum Mártium summa pópuli devotióne asservátur.

Festum Duplex. Romæ in monte Aventíno : natális sanctæ Sabínæ mártyris. Quæ sub Hadriáno imperatóre gládio percússa : martyrii palmam adépta est. Memoria. Item Romæ : sanctæ Cándidæ vírginis et mártyris, cujus corpus Paschális Primus Papa in ecclésiam sanctæ Praxédis tránstulit. Constantinópoli : sanctórum mártyrum Hypátii Epíscopi Asiáni, et Andréæ Presbyteri. Qui ob cultum sanctárum imáginum sub Leóne Isáurico, barba pice íllita atque incénsa, et cute cápitis extrácta : jugu-láti sunt. Perúsiæ : sancti Euthymii Románi. Qui Diocletiáni persecutiónem fúgiens : ibi cum uxóre et Crescéntio fílio quiévit in Dómino. Lutétiæ Parisiórum : depositio sancti Mederíci Presbyteri. In Anglia : sancti Sebbi regis. In pago Tricassíno : sanctæ Sabínæ vírginis, virtútibus et miráculis gloriósæ.

25 D Tértio Kaléndas Septémbris : Luna
XXV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Die 30. Limæ in regno Peruáno : sanctæ Rosæ vírginis e tértio Ordine sancti Patris Domínici, quam Clemens Nonus Románus Póntifex primum ab India Occidentáli sanctitátis florem appellávit. Hæc primo ætátis quinquénnio vovit virginitátem ; a Christo mirabíliter in sponsam cooptáta, cum puríssimæ vitæ innocéntia aspérrimam pœniténtiam conjúnxit : plúrimis clara miráculis. Festum totum Duplex. Romæ via Ostiénsi : pássio beáti Felícis Presbyteri sub Diocletiáno et Maximiáno imperatóribus. Qui post equúlei vexatiónem, data senténtia, cum ducerétur ad decollándum : óbvius ei fuit quidam Christiánus ; qui dum se Christiánum esse sponte profiterétur : mox cum eódem páriter decollátus est. Hujus nomen ignorántes Christiáni, Adáuctum

eum appellavérunt : eo quod sancto Felíci auctus sit ad corónam. Memoria. Item Romæ : sanctæ Gaudéntiæ vírginis et mártyris, cum áliis tribus. Ibídem : sancti Pammáchii Presbyteri, qui fuit doctrína et sanctitáte conspícuus. Colóniæ Suffetulánæ in Africa : beatórum sexagínta mártyrum, qui furóre Gentílium cæsi sunt. Adruméti item in Africa : sanctórum Bonifácii et Theclæ, qui beatórum duódecim filiórum mártyrum paréntes fuérunt. Bonóniæ : sancti Bonónii Abbátis. ✠

Prídie Kaléndas Septémbris : Luna E XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Apud Cardónam : sancti Raymúndi Nonnáti confessóris, Ordinis beátæ Maríæ de Mercéde. Festum Duplex. Tréviris : natális sancti Paulíni Epíscopi. Qui témpore Ariánæ infestatiónis, a Constántio imperatóre Ariáno ob Cathólicam fidem exsílio relegátus; et extra Christiánum nomen usque ad mortem mutándo exsília fatigátus : tandem apud Phrygiam defúnctus, beátæ passiónis corónam percépit a Dómino. Cæsaréæ in Cappadócia : sanctórum Theódoti, Rufínæ, et Ammiæ. Quorum duo primi sancti Mamántis mártyris paréntes fuérunt : quem Rufina in cárcere péperit, et Ammia educávit. Athénis : sancti Aristídis, fide et sapiéntia claríssimi. Qui Hadriáno príncipi de religióne Christiána volúmen óbtulit, nostri dógmatis cóntinens ratiónem; et quod Christus Jesus solus esset Deus : præsénte ipso imperatóre, luculentíssime perorávit. Antisiodóri : sancti Optáti Epíscopi et confessóris. In Anglia : sancti Aidáni Epíscopi Lindisfarnénsis. Cujus ánimam cum sanctus Cutbértus óvium pastor in cælum ferri vidísset : relíctis óvibus factus est Mónachus. Die 31.

SEPTEMBER.

XXIII F Kaléndis Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

Die 1. FESTUM sanctæ Philuménæ vírginis et mártyris. Festum Duplex. Benevénti : sanctórum mártyrum duódecim Fratrum. In Palæstína : sanctórum Jósue et Gedeónis. Hierosólymis : beátæ Annæ Prophetíssæ, cujus sanctitátem sermo Evangélicus prodit. Cápuæ via Aquária : sancti Prisci mártyris, qui fuit unus de antíquis Christi discípulis. Rhemis in Gállia : sancti Xysti, discípuli beáti Petri Apóstoli. Qui ab eo primus ejúsdem civitátis Epíscopus consecrátus : sub Neróne martyrii corónam accépit. Tudérti in Umbria : sancti Terentiáni Epíscopi et mártyris. Qui sub Hadriáno imperatóre, Lætiáni procónsulis jussu, equúleo et scorpiónibus cruciátus; demum abscíssa lingua, cápitis damnátus : martyrium complévit. Heracléæ : sancti Ammónis Diáconi, et sanctárum quadragínta vírginum; quas ille erudívit in fide : et sub Licínio tyránno ad martyrii glóriam secum perdúxit. Apud Sénonas : beáti Lupi Epíscopi et confessóris. De quo refértur, quod quadam die, dum præsénte Clero sacris altáribus adstáret : lapsa est cælitus gemma in ejus cálicem sanctum. Cápuæ : item altérius Prisci Epíscopi Qui unus fuit ex illis Sacerdótibus, qui in persecutióne Wandalórum ob fidem Cathólicam várie afflícti, et vetústæ navi impósiti, ex Africa ad Campániæ lítora pervenérunt : et Christiánam religiónem in iis locis dispérsi, diversísque Ecclésiis præfécti, mirífice propagárunt. Fuérunt autem ejus sócii : Castrénsis, Tammarus, Ró-

sius, Heráclius, Secundínus, Adjútor, Marcus, Augústus, Elpídius, Caníon, et Vindónius. Apud Aquínum : sancti Constántii Epíscopi, prophetíæ dono, multísque virtútibus clari. In Província Narbonénsi : sancti Ægídii Abbátis et confessóris. Memoria. Apud Cenómanos : sancti Victórii Epíscopi. ✠

Quarto Nonas Septémbris : Luna G XXII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

ALBÆ Regális : sancti Stéphani Hungáriæ regis, singulári in Ecclésiam beneficéntia, et in páuperes caritáte insígnis ; qui cæléste Regnum, ipsa Deíparæ Assumptiónis die, cui devotíssimus erat : adéptus est. Festum Duplex. Pámiæ in Gállia : sancti Antoníni mártyris, cujus relíquiæ in Ecclésia Palentína magna veneratióne asservántur. Item sanctórum mártyrum Diomédis, Juliáni, Philíppi, Eutychiáni, Hesychii, Leónidis, Philadélphi, Menalíppi, et Pantágapæ : quorum álii aqua, ense álii et cruce martyrium complevérunt. Lugdúni in Gállia : natális sancti Justi Epíscopi et confessóris, miræ sanctitátis, et prophétici spíritus viri. Hic Episcopátui cedens, et in erémum Ægypti una cum Viatóre ejus Lectóre secédens ; cum áliquot annis próximam Angelis vitam egísset, et dignus suórum labórum finis advenísset : corónam justítiæ perceptúrus migrávit ad Dóminum prídie Idus Octóbris. Cujus sanctum corpus una cum óssibus beáti Viatóris ejus minístri : Lugdúnum póstea hac ipsa die relátum fuit. In Picéno : sancti Elpídii Abbátis. Cujus nómine óppidum appellátum : sacrum ejus corpus se possidére congáudet. In monte Sorácte : sancti Nonnósi Abbátis. Qui oratióne sua ingéntis molis saxum tránstulit : aliísque miráculis coruscávit. Die 2.

XXI A Tértio Nonas Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

Die 3. BERGOMI : beáti Gualæ confessóris Ordinis Prædicatórum, et Epíscopi Brixiénsis. Qui multis pro Ecclésiæ et reipúblicæ bono exantlátis labóribus : placidíssime in Dómino quiévit. Festum Duplex. Romæ : sanctæ Serápiæ vírginis. Quæ sub Hadriáno príncipe, cum esset trádita duóbus lascívis juvénibus, et mínime potuísset illúdi, nec póstmodum ardéntibus fácibus inflammári; jussu Berílli júdicis fústibus cæsa : dehinc gládio decolláta est. Passa est autem quarto Kaléndas Augústi, et a beáta Sabína in suo monuménto juxta áream Vindiciáni sepúlta; sed memória ipsíus martyrii hac die celébrior habétur : quando ambárum sarcóphagus ibi compósitus et ornátus fuit, et locus oratiónis condígne dicátus. Coríntlhi : natális sanctæ Phœbes, cujus méminit beátus Apóstolus Paulus ad Romános scribens. Cápuæ : sanctórum mártyrum Aristæi Epíscopi, et Antoníni púeri. Nicomedíæ : pássio sanctæ Basilíssæ vírginis et mártyris. Quæ annos novem nata, cum in persecutióne Diocletiáni sub Alexándro præside vérbera, ignes ac béstias divína virtúte superásset : in oratióne spíritum Deo réddidit. Eódem die : natális sanctórum mártyrum Aigúlphi Abbátis Lirinénsis, et sociórum Monachórum, qui præcísis linguis, oculísque effóssis, gládio obtruncáti sunt. Eódem die : sancti Simeónis Stylítæ junióris. Romæ : ordinátio incomparábilis viri sancti Gregórii Magni in summum Pontíficem. Qui onus illud subíre coáctus : e sublimióri throno clarióribus sanctitátis rádiis in orbe refúlsit.

servis relegátus: ab Aureliáno júdice jussus est suspéndi cápite deórsum. Quod cum per tríduum pro nómine Christi passus fuísset: glorióse coronátus, victor migrávit ad Dóminum. Cujus corpus Christiáni rapiéntes: honorífica sepultúra Amitérni condidérunt. Item in Portu Románo : natális sancti Herculáni mártyris. Cápuæ : sanctórum mártyrum Quínctii, Arcóntii, et Donáti. Melitínæ in Arménia : pássio sanctórum mílitum Eudóxii, Zenónis, Macárii, et sociórum mille centum et quátuor. Qui abjiciéntes milítiæ cíngulum in persecutióne Diocletiáni : pro conféssióne Christi necáti sunt. Constantinópoli : sanctórum mártyrum Urbáni, Theodóri, Menedémi, et sociórum septuagintaséptem Ecclesiástici Ordinis. Qui a Valénte imperatóre pro fide Cathólica in navígio impósiti : jussi sunt in mari combúri. In pago Tarvanénsi, monastério Sithin : sancti Bertíni Abbátis. ✠ Anniversarium, etc.

XVIII D Octávo Idus Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

Die 6. In óppido Bosquéti, Valentinénsis diœcésis in Gállia meridionáli : beáti Bertrándi de Garríga confessóris Ordinis Prædicatórum. Qui inter primos sócios ab ipso sancto Patriárcha Domínico cooptátus, exímia plane virtútum ejus imitatióne præstitit:et post mortem miraculórum fama cláruit Festum Duplex. Zacharíæ Prophétæ. Qui de Chaldæa senex in pátriam revérsus: juxta Aggæum Prophétam cónditus jacet. In Hellespónto : sancti Onesíphori Apostolórum discípuli, cujus méminit sanctus Paulus ad Timótheum scribens. Qui ibídem una cum sancto Porphyrio, jussu Hadriáni procónsulis, ácriter verberátus, et a ferócibus equis raptátus : spíritum Deo

réddidit. In Africa: sanctórum Episcopórum Donatiáni, Præsídii, Mansuéti, Germáni, et Fúsculi. Qui in persecutióne Wandálica, jussu Hunneríci regis Ariáni, pro assertióne Cathólicæ veritátis, fústibus diríssime cæsi: exsílio elimináti sunt. Inter quos étiam Epíscopus nómine Lætus, strénuus atque doctíssimus vir, post diutúrnos cárceris squalóres: incéndio concremátus est. Verónæ: sancti Petrónii Epíscopi et confessóris. Romæ: sancti Eleuthérii Abbátis, servi Dei, quem sanctus Gregórius Papa scribit oratióne et lácrymis mórtuum suscitásse. Item: Octáva sanctæ Rosæ vírginis. Simplex.

Séptimo Idus Septémbris: Luna E XVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

VITERBII: beátæ Rosæ virginis. * Festum Duplex. Cabilóne in Gállia: sancti Marcélli mártyris sub Antoníno imperatóre. Qui cum a præside Prisco ad profánum convívium fuísset invitátus; et hujúsmodi épulas éxsecrans, omnes, qui áderant, cur idólis deservírent, líbera increpatióne corríperet: ab eódem præside inaudíto crudelitátis génere, cíngulo tenus defóssus est in terra. Sicque tríduo in láudibus Dei persevérans: incontaminátum spíritum réddidit prídie Nonas Septémbris. Memoria. Nicomedíæ: natális beáti Joánnis mártyris. Qui cum vidéret crudélia edícta advérsus Christiános in foro pendére: fidei ardóre accénsus, injécta manu, illa detráxit, atque discérpsit. Cumque hoc relátum esset Diocletiáno et Maximiáno Augústis in eádem urbe constitútis: ómnia suppliciórum génera in eum experíri jussérunt. Quæ vir nobilíssimus tanta alacritáte vultus ac spíritus pértulit: ut ne tristis quidem pro his

Die 7.
* Cujus natalis fuit prid. nonas Septembris.

videri potúerit. Cæsaréæ in Cappadócia : sancti Eupsychii mártyris. Qui sub Hadriáno imperatóre accusátus quod Christiánus esset, in cárcerem conjéctus est : et paulo post inde emíssus, patrimónium statim véndidit, et prétium partim paupéribus, partim accusatóribus tamquam benefactóribus distríbuit. Sed íterum comprehénsus sub Saprítio júdice ; dilaniátus, et gládio confóssus : martyrium consummávit. In território Augustodunénsi : sanctæ Regínæ vírginis et mártyris. Quæ sub procónsule Olybrio, cárceris, equúlei, ac lampadárum perpéssa supplícia ; demum capitáli senténtia damnáta: migrávit ad Sponsum. Aureliánis in Gállia : deposítio sancti Evórtii Epíscopi. Qui primo Románæ Ecclésiæ Subdiáconus : dehinc divíno múnere per colúmbam designátus est Póntifex præfátæ urbis. In território Parisiénsi : sancti Clodoáldi Presbyteri et confessóris.

XVI F Sexto Idus Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

Die 8. NATIVITAS beatíssimæ semper vírginis genitrícis Dei Maríæ. Festum totum Duplex. Nicomedíæ : sancti Hadriáni mártyris, cum áliis vigínti tribus ; qui omnes post multa supplícia sub Diocletiáno et Maximiáno Augústis: martyrium crurifrágio consummárunt, quarto Nonas Mártii. Eórum relíquiæ a Christiánis Byzántium delátæ, reverénti honóre sepúltæ fuérunt ; inde póstea sancti Hadriáni corpus Romam hac die translátum fuit: in qua ipsíus festívitas potíssimum celebrátur. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Ammónis, Theóphili, Neotérii, et aliórum vigintiduórum. Antiochíæ : sanctórum Timóthei et Fausti mártyrum. Gazæ in Palæstína : sanctórum mártyrum Eusébii, Néstabi, et Zenónis fratrum,

qui témpore Juliáni Apóstatæ, irruénte in eos turba Gentílium, discérpti atque necáti sunt. Ibídem : sancti Néstoris mártyris. Qui sub eódem Juliáno ab iísdem Gentílibus furéntibus sævíssime cruciátus : emísit spíritum. Frisíngæ : sancti Corbiniáni primi ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui a Gregório Secúndo Pontífice ordinátus, et ad prædicándum Evangélium missus ; úberes fructus in Gállia, et Germánia rétulit : ac demum virtútibus et miráculis clarus in pace quiévit.

☞ Sabbato ante Dominicam infra Octavam Nativitatis beatæ Virginis, post pronuntiationem Lunæ legitur quod sequitur :

Solémnitas sanctíssimi Nóminis Maríæ : quam Innocéntius Undécimus, Póntifex Máximus, ob insígnem victóriam ejúsdem Vírginis præsídio de Turcis Viénnæ in Austria reportátam, celebrári jussit. Festum totum Duplex.

Quinto Idus Septémbris : Luna G XV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

NICOMEDIÆ : pássio sanctórum mártyrum Doróthei et Die 9.
Gorgónii. Qui apud Diocletiánum Augústum honóres amplíssimos consecúti, cum persecutiónem, quam ille Christiánis inferébat, detestaréntur : præsénte eo, jussi sunt primo appéndi, et flagris toto córpore laniári ; deínde viscéribus pelle nudátis, acéto et sale perfúndi, sicque in cratícula assári : atque ad últimum láqueo necári. Interjécto autem témpore beáti Gorgónii corpus Romam delátum fuit, ac via Latína pósitum : et inde ad basílicam sancti Petri translátum. Memória. In Sabínis, trigésimo ab Urbe milliário : sanctórum mártyrum Hyacínthi, Alexándri, et Tibúrtii Sebáste : sancti Severiáni

mílitis Licínii imperatóris. Qui cum quadragínta mártyres in cárcere deténtos frequens visitáret ; jussu Lysiæ præsidis saxo ad pedes ligáto suspénsus, ac verbéribus cæsus : flagris laniátus, in torméntis réddidit spíritum. Eódem die : pássio sancti Stratónis. Qui pro Christo ad duas árbores ligátus, atque discérptus : martyrium consummávit. Romæ : sancti Sérgii Papæ et confessóris. In território Tarvanénsi : sancti Audómari Epíscopi. In Scótia : sancti Queráni Abbátis. ✠

XIV A Quarto Idus Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

Die 10. TOLENTINI in Picéno : depositio sancti Nicolái confessóris, Ordinis Eremitárum sancti Augustíni. Festum Duplex. In Africa : natális sanctórum Episcopórum Nemesiáni, Felícis, Lúcii, altérius item Felícis, Littéi, Polyáni, Victóris, Jadéris, Datívi, et aliórum. Qui sub Valeriáno et Galliéno, exsurgénte persecutiónis rábie, ad primam confessiónis Christi constántiam gráviter fústibus cæsi, deínde compédibus vincti, et ad fodiénda metálla deputáti : gloriósæ confessiónis agónem consummárunt. Chalcédone : sanctórum mártyrum Sósthenis et Victóris. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Prisco Asiæ procónsule, post víncula, et béstias superátas, jussi sunt incéndi ; at illi salutántes se ínvicem in ósculo sancto : in oratióne pósiti, spíritum emisérunt. In Bithynia : sanctárum vírginum Menodóræ, Metrodóræ, et Nymphodóræ sorórum. Quæ sub Maximiáno imperatóre et Frontóne præside martyrio coronátæ : pervenérunt ad glóriam. Leódii in Bélgio : sancti Theodárdi Epíscopi et mártyris. Qui ánimam suam pósuit pro óvibus suis : et post mortem miraculórum grátia illúxit. Romæ : beáti Hilárii Papæ et confessóris. Compostéllæ : sancti Petri Epíscopi,

qui multis virtútibus et miráculis cláruit. In civitáte Albigénsi : sancti Sálvii Epíscopi et confessóris. Constantinópoli : sanctæ Pulchériæ Augústæ vírginis, religióne et pietáte insígnis.

Tértio Idus Septémbris : Luna Bxiii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

ROMÆ via Salária véteri, in cœmetério Basíllæ : natális Dic 11 sanctórum mártyrum Proti et Hyacínthi fratrum, eunuchórum beátæ Eugéniæ. Qui sub Galliéno imperatóre deprehénsi quod essent Christiáni, sacrificáre cogúntur ; sed non consentiéntes, primo duríssime verberáti sunt : ac tandem páriter decolláti. Memoria. Laodicéæ in Syria : pássio sanctórum Diodóri, Diomédis, et Dídymi. Legióne in Hispánia : sancti Vincéntii Abbátis et mártyris. In Ægypto : sancti Paphnútii Epíscopi. Qui unus fuit ex iis confessóribus : qui sub Maximiáno imperatóre, dextro óculo effósso, et sinístro póplite excíso, ad metálla damnáti fuérunt. Deínde sub Constantíno Magno advérsus Ariános pro fide Cathólica strénue decertávit : et demum multis corónis auctus in pace quiévit. Lugdúni : deposítio sancti Patiéntis Epíscopi. Alexandríæ : sanctæ Theodóræ. Quæ cum incáute deliquísset, facti pœnitens : mira abstinéntia et patiéntia, in hábitu sancto incógnita, perseverávit usque ad mortem.

Prídie Idus Septémbris : Luna Cxii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

IN Bithynia : sancti Autónomi Epíscopi et mártyris. Dic 12 Qui ex Itália Diocletiáni persecutiónem declínans,

illuc proféctus ; cum plúrimos convertísset ad fidem, a furéntibus Gentílibus, dum sacra mystéria perágeret, ad altáre mactátus : hóstia Christi effécctus est. Meri in Phrygia: pássio sanctórum mártyrum Macedónii, Theóduli, et Tatiáni. Qui sub Juliáno Apóstata ab Almáchio præside post ália torménta super crates férreas ignítas pósiti : exsultántes martyrium complevérunt. Apud Ticínum : sancti Juvéntii Epíscopi. Qui a beáto Hermágora discípulo sancti Marci Evangelístæ ad eam urbem una cum sancto Syro diréctus est : et ambo illic Christi Evangélium prædicántes, et magnis virtútibus ac miráculis coruscántes ; étiam vicínas urbes divínis opéribus illustrárunt : sicque in Pontificáli honóre glorióso fine quievérunt in pace. Lugdúni : deposítio sancti Sacerdótis Epíscopi. Verónæ : sancti Silvíni Epíscopi. ✠

XI D Idibus Septémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

Die 13. ALEXANDRIÆ : natális beáti Philíppi, patris sanctæ Eugéniæ vírginis. Hic dignitátem præfectúræ Ægypti déserens, baptísmi grátiam assecútus est : quem in oratióne constitútum jussit Teréntius præféctus ejus succéssor gládio juguläri. Alexandríæ : sancti Eulógii Epíscopi, doctrína et sanctitáte célebris. Andégavi in Gállia: sancti Maurílii Epíscopi, qui innúmeris miráculis cláruit. Ipso die : sancti Venérii confessóris, admirándæ sanctitátis viri, qui in ínsula Palmária vitam Eremíticam duxit. In Monastério Romárico in Gállia : sancti Amáti Presbyteri et Abbátis, abstinéntia et miraculórum grátia illústris.

Décimo octávo Kaléndas Octóbris : Luna E X

b c d e f g h i k l m n p q r s t u

23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

B C D E F F G H M N P

12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

XALTATIO sanctæ Crucis: quando Heráclius imperátor, Chósroe rege devícto, eam de Pérside Hierosólymam ortávit. Festum totum Duplex. Tréviris : sancti Ma- ii Epíscopi, discípuli beáti Petri Apóstoli, qui Tun- nses, Coloniénses, et Treverénses, aliósque finítimos)ulos ad Christi fidem perdúxit. Eódem die : natális cti Joánnis Chrysóstomi Epíscopi Constantinopoli- i. Qui inimicórum factióne in exsílium ejéctus, cum océntii Primi summi Pontíficis decréto inde revoca- ır : in itínere a custodiéntibus milítibus multa mala péssus ánimam Deo réddidit. Cujus tamen festívitas to Kaléndas Februárii celebrátur : qua die sacrum ius corpus a Theodósio junióre Constantinópolim : translátum. Die 14.

Decimoséptimo Kaléndas Octóbris : Luna F IX

b c d e f g h i k l m n p q r s t u

24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

B C D E F F G H M N P

13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

)MMEMORATIO sancti Patris nostri Domínici in Suriáno. Festum totum Duplex. Romæ via Nomentána : na- s beáti Nicomédis Presbyteri et mártyris. Qui cum eret compelléntibus se sacrificáre, Ego non sacrífico i Deo omnipoténti, qui regnat in cælis : plumbátis tíssime cæsus migrávit ad Dóminum. Memoria. In ritório Cabilonénsi : sancti Valeriáni mártyris. Quem scus præses suspénsum, et gravi ungulárum lacera- ıe cruciátum, cum in Christi confessióne vidéret im- bilem, ac læto ánimo in ejus láudibus permanéntem: Die 15.

gládio animadvérti præcépit. Marcianópoli in Thrácia: sanctæ Metíllæ mártyris. Quæ sub Antoníno imperatóre et Antíocho præside ad Gentílium fana semel et íterum ducta, cum idóla semper corrúerent : suspénsa et laniáta, ac demum cápite plexa est. Item : sancti Porphyrii mimi. Qui coram Juliáno Apóstata per jocum baptísmum suscípiens ; Dei virtúte de repénte mutátus, Christiánum se esse proféssus est : ac mox jubénte eo secúri percússus martyrio coronátur. Eódem die: sancti Nicétæ Gothi, qui ab Athanaríco rege ob Cathólicam fidem jussus est igne combúri. Córdubæ : sanctórum mártyrum Emilæ Diáconi, et Jeremíæ. Qui in persecutióne Arábica post longam cárceris maceratiónem : cervícibus pro Christo abscíssis, martyrium complevérunt. Tulli in Gállia : sancti Apri Epíscopi. Item : sancti Leobíni Epíscopi Carnuténsis. Item : Octáva Nativitátis beatíssimæ Vírginis genitrícis Dei Maríæ. Simplex. ✠

VIII G Sextodécimo Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

Die 16. BONONIÆ : commemorátio pretiósæ mortis beátæ Iméldæ vírginis Ordinis Prædicatórum. Quæ post percéptum sanctíssimæ Eucharistíæ sacraméntum, quod flagitánter expetíerat : impar pro sustinéndo intensíssimo caritátis incéndio effécta, consummáto statim vitæ trámite, cælum regnatúra hóstia caritátis felíciter intrávit. Festum Duplex. Chalcédone : natális sanctæ Euphémiæ vírginis et mártyris. Quæ sub Diocletiáno imperatóre et Prisco procónsule torménta, cárceres, vérbera, arguménta rotárum, ignes, póndera lápidum, béstias, plagas virgárum, serras acútas, sartágines ignítas pro Christo superávit; sed rursus in theátrum ad béstias ducta, cum

orásset ad Dóminum, ut jam spíritum suum suscíperet: una ex iis morsum sancto córpori infigénte, céteris pedes ejus lambéntibus, immaculátum spíritum Deo réddidit. Memoria. Romæ: sanctórum mártyrum Lucíæ nóbilis matrónæ, et Geminiáni. Quos Diocletiánus imperátor pœnis gravíssimis afflíctos, diúque tortos: tandem post laudábilem martyrii victóriam gládio animadvérti præcépit. Item Romæ via Flamínia: sanctórum mártyrum Abúndii Presbyteri, et Abundántii Diáconi. Quos Diocletiánus imperátor una cum Marciáno viro illústri, et Joánne ejus fílio, quem illi a mórtuis suscitáverant: décimo ab Urbe lápide gládio feríri jussit. Córdubæ: sanctórum mártyrum Rogélli et Servidéi, qui mánibus pedibúsque abscíssis, ad últimum decolláti sunt. In Anglia: sanctæ Edíthæ vírginis, Edgari Anglórum regis filiæ. Quæ in monastério a téneris annis Deo dicáta: sæculum hoc ignorávit pótius quam relíquit.

Quintodécimo Kaléndas Octóbris: Luna A vii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

COMMEMORATIO Impressiónis sacrórum Stígmatum: quibus sanctus Franciscus, Ordinis Minórum institútor, in suis mánibus, pédibus, et látere, mira Dei grátia, in monte Alvérniæ in Etrúria impréssus fuit. Festum Duplex. Romæ via Tiburtína: natális sancti Justíni Presbyteri et mártyris, qui in persecutióne Valeriáni et Galliéni confessiónis glória fuit insígnis. Hic beáti Xysti Pontíficis, Lauréntii, Hippólyti, aliorúmque plurimórum sanctórum córpora sepelívit: ac demum sub Cláudio martyrium consummávit. Item Romæ: sanctórum mártyrum Narcíssi et Crescentiónis. In Británnia: sanctórum mártyrum Sócratis et Stéphani. Noviodúni: Die 17.

sanctórum mártyrum Valeriáni, Macríni, et Gordiáni. Augustodúni : sancti Flocélli púeri. Qui sub Antoníno imperatóre et Valeriáno præside multa passus : demum a feris discérptus, martyrii corónam adéptus est. Apud Leódium : beáti Lambérti Epíscopi Trajecténsis. Qui cum régiam domum zelo religiónis increpásset, a nocéntibus ínnocens occísus : aulam regni cæléstis perpétuo victúras intrávit. Memoria. Eódem die : sanctæ Agathócliæ, ancíllæ cujúsdam mulíeris infidélis. Quæ longo témpore verbéribus, aliísque ærúmnis ab ea vexáta, ut Christum negáret ; obláta demum júdici, et sævius laniáta, cum in confessióne fidei persísteret : excísa lingua, in ignem projécta est. Córdubæ : sanctæ Colúmbæ vírginis et mártyris. Medioláni : depositio sancti Sátyri confessóris, cujus insígnia mérita sanctus Ambrósius ejus frater commémorat. Romæ : sanctæ Theodóræ matrónæ, quæ in persecutióne Diocletiáni sanctis martyribus sédulo ministrábat. Apud Bíngiam in diœcési Moguntinénsi : sanctæ Hildegárdis vírginis. ✠

VI B Quartodécimo Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

Die 18. ROMÆ via Appia : beáti Cornélii Papæ et mártyris. Qui sub Gallo et Volusiáno, post exsílii relegatiónem jussus est plumbátis cædi : et sic cum áliis vigínti et uno promíscui sexus decollári. Sed et Cæreális miles, cum Sallústia uxóre sua, quos idem Cornélius in fide instrúxerat : eódem die cápite plexi sunt. In Africa : pássio sancti Cypriáni Epíscopi Carthaginénsis, sanctitáte et doctrína taríssimi. Qui sub Valeriáno et Galliéno princípibus, post durum exsílium, detruncatióne cápitis martyrium consummávit : décimo octávo

Kaléndas Octóbris, sexto milliário a Cartágine juxta mare. Festum Duplex. Passi sunt étiam ibídem sancti mártyres Crescentiánus, Victor, Rósula, et Generális : qui omnes décimo octávo Kaléndas Octóbris spíritum Deo reddidérunt. Item : natális sancti Methódii, Olympi Lyciæ, et póstea Tyri Epíscopi, sermónis nitóre, ac doctrína claríssimi. Qui ad extrémum novíssimæ persecutiónis, ut scribit sanctus Hierónymus : in Chálcide Græciæ martyrio coronátus est. In território Viennénsi: sancti Ferréoli mártyris. Qui cum esset tribunítiæ potestátis, jussu Crispíni impiíssimi præsidis tentus, et primo crudelíssime verberátus ; deínde gravi catenárum póndere onústus, in tetérrimum cárcerem trusus est : unde solútis Dei nutu vínculis, et jánuis cárceris patefáctis, éxiens ; ab insequéntibus íterum captus : martyrii palmam cápitis obtruncatióne percépit. Medioláni : sancti Eustórgii primi Epíscopi, testimónio beáti Ambrósii célebris. Gortynæ in Creta : sancti Euméni Epíscopi et confessóris.

Tertiodécimo Kaléndas Octóbris : Luna Cv

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

PUTEOLIS in Campánia : sanctórum mártyrum Januárii Die 19.
Beneventánæ civitátis Epíscopi ; Festi ejus Diáconi, et Desidérii Lectóris : Sósii Diáconi Ecclésiæ Misenátis, Próculi Diáconi Puteoláni, Eutychis, et Acútii. Qui post víncula et cárceres, cápite cæsi sunt : sub Diocletiáno príncipe. Corpus sancti Januárii Neápolim fuit delátum, atque honorífice in ecclésia tumulátum ; ubi étiam beatíssimi Mártyris sanguis in ampúlla vítrea adhuc servátur : qui in conspéctu cápitis illíus pósitus, velut recens liquéscere et ebullíre conspícitur. Festum Duplex.

Nucériæ : natális sanctórum mártyrum Felícis et Constántiæ, qui passi sunt sub Nieróne. In Palæstína : sanctórum mártyrum Pélei, Nili, et Elíæ Episcopórum Ægypti, qui témpore persecutiónis Diocletiáni cum plúrimis Cléricis pro Christo igne consúmpti sunt. Córdubæ : in persecutióne Arábica, sanctæ Pompósæ vírginis et mártyris. Cantuáriæ : sancti Theodóri Epíscopi. Qui a Vitaliáno Papa in Angliam missus : doctrína et sanctitáte refúlsit. Turónis : sancti Eustóchii Epíscopi, magnárum virtútum viri. In território Lingoniénsi : sancti Séquani Presbyteri et confessóris.

IV D Duodécimo Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

Die 20. CORDUBÆ in regno Wandalíciæ Hispaniárum : beáti Francísci de Possádas Ordinis Prædicatórum, qui apostólica prædicatióne, pœniténtiæ sacraménti administratióne, austeritáte ac innocéntia vitæ mirabíliter cláruit. Festum Duplex. Vigília sancti Matthæi Apóstoli et Evangelístæ. Cyzici in Propóntide : natális sanctórum mártyrum Faustæ vírginis, et Evilásii, sub Maximiáno imperatóre. Quorum Fausta ab eódem Evilásio idolórum sacerdóte decalváta, et ad turpitúdinem rasa : suspénsa et torta est. Deínde cum vellet eam médiam secáre, et carnífices lædere non valérent : stupens Evilásius, in Christum crédidit. Et dum ipse étiam imperatóris jussu fórtiter torquerétur : Fausta cápite terebráta, clavis toto córpore confixa ; sartágini ignítæ impósita : cum eódem, voce de cælo vocáta, transívit ad Dóminum. Item sancti Prisci mártyris. Qui punctim pugiónibus transverberátus : cápite plexus est. Eódem die : sancti Agápiti Papæ, cujus sanctitátem beátus Gregórius Ma-

gnus comménorat. Mediolàni: sancti Clicérii Epíscopi et confessóris.

Undécimo Kaléndas Octóbris: Luna E III

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

NATALIS sancti Matthæi Apóstoli et Evangelístæ: qui Die 21.
in Æthiópia prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangélium Hebræo sermóne conscríptum: ipso reveIánte, invéntum est una cum córpore beáti Bárnabæ Apóstoli, témpore Zenónis imperatóris. Festum totum Duplex. In terra Saar: sancti Jonæ Prophétæ, qui sepúltus est in Geth. Romæ via Cláudia, vigésimo ab Urbe milliário: pássio sancti Alexándri Epíscopi. Qui sub Antoníno imperatóre, pro fide Christi víncula, fustes, equúleum, lámpades ardéntes, ungulárum laniatiónem, béstias, ac fornácis flammas súperans: tandem gládio cæsus vitam adéptus est gloriósam. Ejus corpus póstea beátus Dámasus papa in Urbem tránstulit sexto Kaléndas Decémbris: quo die festivitátem illíus celebrándam instítuit. In Æthiópia: sanctæ Iphigéniæ vírginis. Quæ a beáto Matthæo Apóstolo baptizáta, et Deo dicáta: sancto fine quiévit. ✠

Décimo Kaléndas Octóbris: Luna F II

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

SEDUNI in Gállia, loco Agáuno: natális sanctórum már- Die 22.
tyrum Thebæórum, Mauritii, Exsupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii, et Vitális, cum sóciis ejúsdem legiónis, qui sub Maximiáno pro Christo necáti, gloriósa

passióne mundum illustrárunt. Festum Simplex. Romæ : pássio sanctárum vírginum et mártyrum Dignæ et Eméritæ, sub Valeriáno et Galliéno, quarum relíquiæ in ecclésia sancti Marcélli asservántur. Ratispóne in Bavária : sancti Emmerámi Epíscopi et mártyris. Qui ut álios liberáret : mortem sævíssimam, Christi causa, patiénter súbiit. Antinoópoli in Ægypto : sanctæ Iráidis vírginis Alexandrínæ, et sociórum mártyrum. Quæ ad hauriéndam e próximo fonte aquam egréssa, cum vidísset navim confessóribus Christi onústam, relícta hydria prótinus se illis adjúnxit ; ac simul cum iis in urbem ducta, prima ómnium, post multa supplícia, cápite cæsa est : deínde Presbyteri, Diáconi, et Vírgines, aliíque omnes eódem mortis génere consúmpti sunt. In território Constantiénsi : sancti Lautónis Epíscopi. In pago Pictaviénsi : sancti Floréntii Presbyteri. In território Bituricénsi : sancti Silváni confessóris. Laudúni : sanctæ Salabérgæ Abbatíssæ. ✠

G Nono Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

Die 23. ICONII in Lycaónia : sanctæ Theclæ vírginis et mártyris. Quæ a sancto Paulo Apóstolo ad fidem perdúcta, sub Neróne imperatóre in confessióne Christi ignes ac béstias devícit ; et post plúrima ad doctrínam multórum superáta certámina, Seléuciam véniens : ibi requiévit in pace. Quam sancti Patres summis láudibus celebrárunt. Festum Duplex. Romæ : sancti Lini Papæ et mártyris. Qui primus post beátum Petrum Apóstolum Románam Ecclésiam gubernávit : et martyrio coronátus, sepúltus est in Vaticáno prope eúmdem Apóstolum. In Campánia : commemorátio beáti Sósii Diáconi Misená-

tis. Quem sanctus Epíscopus Januárius, cum de illíus cápite, Evangélium in Ecclésia legéntis, flammam vidéret exsúrgere : mártyrem futúrum pronuntiávit. Et non post multos dies, cum ipse esset annórum trigínta : martyrium cum eódem Epíscopo cápitis detruncatióne suscépit. In território Constantiénsi : sancti Patérni Epíscopi et mártyris. Ancónæ : sancti Constántii Ecclésiæ Mansionárii, miraculórum grátia conspícui. In Hispánia : sanctárum mulíerum Xantíppæ et Polyxénæ, quæ fuérunt Apostolórum discípulæ.

Octávo Kaléndas Octóbris : Luna A*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

FESTUM beátæ Maríæ Vírginis de Mercéde. Festum totum Duplex. Die 24.
Augustodúni : natális sanctórum mártyrum Andóchii Presbyteri, Thyrsi Diáconi, et Felícis. Qui a beáto Polycárpo Smyrnénsi Epíscopo ab Oriénte dirécti ad docéndam Gálliam; ibídem flagéllis duríssime cæsi, ac tota die invérsis mánibus suspénsi, et in ignem missi, sed non combústi : tandem véctibus eórum colla feriúntur, et ita gloriosíssime coronántur. In Ægypto : pássio sanctórum Paphnútii, et sociórum mártyrum. Is vitam in solitúdine agens, cum audíret multos Christiános in vínculis retinéri, divíno spíritu cóncitus sponte præfécto se offert : et Christiánam religiónem líbere profitétur. A quo primum caténis férreis constríngitur, et in equúleo diutíssime torquétur : deínde cum áliis plúrimis ad Diocletiánum míttitur. Cujus jussu ipse palmæ affígitur : céteri autem ferro necántur. In Pannónia : sancti Gerárdi Epíscopi et mártyris, Hungarórum Apóstoli nuncupáti, Patrícii

Véneti, qui primus pátriam nóbili martyrio illustrávit. In território Belvacénsi : sancti Geremári Abbátis. ✠

XXIX B Séptimo Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 25. VALENTIÆ in Hispánia : sancti Thomæ de Villanóva Epíscopi et confessóris, propter flagrántem in páuperes caritátem insígnis, cujus natális dies est sexto Idus Septémbris. Festum Duplex. In castéllo Emmaus : natális beáti Cléophæ Christi discípuli ; quem tradunt in eádem domo, in qua mensam Dómino paráverat, pro confessióne illíus a Judæis occísum : et gloriósa memória sepúltum. Romæ : sancti Herculáni mílitis et mártyris. Qui miráculis in passióne beáti Alexándri Epíscopi ad fidem convérsus : sub Antoníno imperatóre post multa torménta gládio cæsus est. Ambiáni in Gállia : beáti Firmíni Epíscopi, qui in persecutióne Diocletiáni sub Ríctio Varo præside post vária torménta cápitis decollatióne martyrium sumpsit. Eódem die : sancti Anathalónis Epíscopi. Qui beáti Bárnabæ Apóstoli discípulus : in ejus locum Ecclésiæ Mediolanénsis Epíscopus succéssit. Lugdúni : depositio sancti Lupi Epíscopi ex Anachoréta. Antisiodóri : sancti Anachárii Epíscopi et confessóris. Eódem die : sancti Princípii Suessionénsis Epíscopi, fratris beáti Remígii Epíscopi.

XXVIII C Sexto Kaléndas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

Die 26. GERUNDÆ : beáti Dalmátii Monérii, confessóris Ordinis sancti Patris Domínici, duríssima austeritáte et ad-

irábili abstinéntia conspícui; qui propter familiárem ım Angelo consuetúdinem : Frater cum Angelo loıens públice dicebátur. Festum Duplex. Nicomedíæ : ıtális sanctórum mártyrum Cypriáni, et Justínæ vírnis. Quæ sub Diocletiáno imperatóre et Euthólmio ræside multa pro Christo perpéssa; ipsum quoque ypriánum, qui erat magus, et suis mágicis ártibus ım dementáre conabátur, convértit ad Christum : ım quo póstea martyrium sumpsit. Horum córpora ris objécta, noctu quidam nautæ Christiáni rapuéınt, et Romam detulérunt; quæ póstmodum in balicam Constantiánam transláta: prope baptistérium óndita sunt. Romæ : sancti Callístrati mártyris, et iórum quadragintanóvem mílitum; qui in perseıtióne Diocletiáni, cum Callístratus insútus cúleo, in mare demérsus, Dei ope evasísset incólumis, ınvérsi ad Christum : cum eo páriter martyrium ıbiérunt. Item Romæ : sancti Eusébii Papæ. Albáni : ıncti Senatóris. In agro Tusculáno : beáti Nili Abbátis. ındatóris monastérii Cryptæ Ferrátæ, magnæ sanctitás viri. Tudérti : sancti Amántii Presbyteri, grátia miıculórum illústris.

Quinto Kaléndas Octóbris: Luna DXXVII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

EGÆÆ : natális sanctórum mártyrum Cosmæ et Da- Die 27.
miáni fratrum. Qui in persecutióne Diocletiáni post ıulta torménta, víncula, et cárceres; post mare, et ;nes, cruces, lapidatiónem, et sagíttas divínitus supeıtas : cápite plectúntur. Festum Simplex. Cum quibus .iam referúntur passi tres eórum fratres germáni : Anımus, Leóntius, et Euprépius. Córdubæ : sanctórum

mártyrum Adúlphi et Joánnis fratrum, qui in persecutióne Arábica pro Christo coronáti sunt. Sedúni in Gállia: sancti Florentíni mártyris, qui una cum beáto Hilário post abscissiónem linguæ jussus est gládio feríri. Bybli in Phœnícia: sancti Marci Epíscopi, qui et Joánnes a beáto Luca nominátur. Parísiis: sancti Eleázari cómitis. In Hannónia: sanctæ Hiltrúdis vírginis. ✠

25
XXVI E Quarto Kaléndas Octóbris: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

Die 28. AUXIMI in Picéno: sancti Joséphi a Cupertíno confessóris, Ordinis Minórum Conventuálium, quem Clemens Tertiusdécimus in Sanctórum númerum rétulit. Festum Duplex. In Bohémia: sancti Wenceslái ducis Bohemórum et mártyris, sanctitáte et miráculis gloriósi. Memoria. Romæ: sancti Priváti mártyris. Qui ulcéribus plenus a beáto Callísto Papa sanátus: inde sub Alexándro imperatóre ob Christi fidem plumbátis cæsus est usque ad mortem. Antiochíæ Pisídiæ: sanctórum mártyrum Marci pastóris óvium, Alphii, Alexándri, et Zósimi ejus fratrum; Nicónis, Neónis Heliodóri, et trigínta mílitum: qui ad mirácula beáti Marci credéntes in Christum, divérsis in locis, variísque modis martyrio coronáti sunt. Tolósæ: sancti Exsupérii Epíscopi et confessóris. Qui beátus vir quantum sibi exstíterit parcus, quantúmque áliis largus: sanctus Hierónymus relátu prosecútus est memorábili. Génuæ: sancti Salomónis Epíscopi et confessóris. Eódem die: sanctæ Eustóchii vírginis, fíliæ beátæ Paulæ. Quæ ad Præsépe Dómini cum áliis virgínibus enutríta: præcláris méritis fulgens migrávit ad Dóminum. In Germánia: sanctæ Líobæ vírginis, miráculis claræ..

Tértio Kaléndas Octóbris : Luna F XXV XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

In monte Gargáno: venerábilis memória beáti Michaélis Archángeli, quando ipsíus nómine ibi consecráta fuit ecclésia ; vili quidem facta schémate : sed cæléstí prædita virtúte. Festum totum Duplex. In Thrácia : natális sanctórum mártyrum Eutychii, Plauti, et Heracléæ. In Pérside : sanctæ Gudéliæ mártyris. Quæ cum plúrimos convertísset ad Christum, ac solem et ignem adoráre noluísset; sub Sápore rege post multa torménta, cute cápitis detrácta : ligno affixa méruit obtinére triúmphum. Ibídem : sanctórum mártyrum Dadæ, Sáporis regis consanguínei, Cádoæ uxóris, et Gabdélæ filii. Qui honóribus spoliáti, ac váriis torméntis dilaniáti : post longos cárceres glādio sunt animadvérsi. In Arménia : sanctárum vírginum Rípsimis, et sociárum mártyrum sub Tiridáte rege. Antisiodóri : sancti Fratérni Epíscopi et mártyris. In Palæstína : sancti Quiríaci Anachorétæ. Die 29.

Prídie Kaléndas Octóbris : Luna G XXIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

In Béthlehem Judæ : depósitio sancti Hierónymi Presbyteri, et Ecclésiæ Doctóris. Qui ómnium stúdia litterárum adéptus, ac probatórum Monachórum imitátor factus : multa hæresum monstra gládio suæ doctrínæ confódit. Demum cum ad decrépitam usque vixísset ætátem, in pace quiévit : sepultúsque est ad Præsépe Dómini. Cujus corpus póstea Romam delátum : in basílica Die 30.

sanctæ Maríæ Majóris cónditum fuit. Festum totum Duplex. Solodóri in Gállia : pássio sanctórum Victóris et Ursi, ex gloriósa legióne Thebæórum. Qui primo sub Maximiáno imperatóre diris supplíciis excruciáti, sed cæléstí super eos lúmine coruscánte, ruéntibus in terram minístris, erépti : deínde in ignem missi, sed in nullo pénitus læsi, novíssime gládio consummáti sunt. Placéntiæ : sancti Antoníni mártyris, ex eádem legióne. Eódem die : sancti Gregórii Epíscopi magnæ Arméniæ. Qui sub Diocletiáno multa passus : tandem in pace quiévit. Cantuáriæ in Anglia : sancti Honórii Epíscopi et confessóris. Romæ : sanctæ Sophíæ víduæ, matris sanctárum vírginum Fídei, Spei, et Caritátis.

OCTOBER.

XXII A Kaléndis Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

Die 1.

ROMÆ : pássio sanctórum mártyrum Eustáchii, * et Theopístis uxóris ejus, cum duóbus fíliis Agapíto et Theopísto. Qui sub Hadriáno imperatóre damnáti ad béstias, sed Dei ope ab iis nil læsi : in bovem æneum candéntem inclúsi martyrium consummárunt. Festum Duplex. Rhemis in Gállia : sancti Remígii Epíscopi et confessóris. Qui gentem Francórum convértit ad Christum, Clodovéo ipsórum rege sacro fonte Baptísmatis, et fídei Sacraméntis initiáto ; et cum annos plúrimos in Episcopátu explevísset : sanctitáte, et miraculórum virtúte conspí-

* Dies natalis est XII. Kalend. Octobr.

cuus decéssit e vita Idibus Januárii. Ejus tamen festívitas hac die translatiónis recólitur. Memoria. Romæ : beáti Arétæ mártyris, et aliórum quingentórum quátuor. Tomis in Ponto : sanctórum mártyrum Prisci, Crescéntis, et Evágrii. Ulyssipóne in Lusitánia : sanctórum mártyrum Veríssimi, Máximæ et Júliæ sorórum ejus, qui in persecutióne Diocletiáni passi sunt. Tornáci : sancti Piatónis Presbyteri et mártyris. Qui cum beáto Quintíno, ejúsque sóciis ab Urbe Roma in Gálliam prædicatiónis causa perréxit : ac póstea in persecutióne Maximiáni consummáto martyrio migrávit ad Dóminum. Thessalónicæ : sancti Domníni mártyris, sub eódem Maximiáno. In portu Ganda : sancti Bavónis confessóris. Urbevéteri : sancti Sevéri Presbyteri et confessóris.

☞ Sabbato ante Dominicam primam Octobris, post pronuntiationem Lunæ, legitur :

Commemorátio sanctæ Maríæ de Victória : quam sanctus Pius Quintus Póntifex Máximus ob insígnem victóriam a Christiánis bello navali, ejúsdem Dei Genitrícis auxílio, hac ipsa die de Turcis reportátam, quotánnis fieri instítuit. Gregórius vero Tertiusdécimus ánnuam solemnitátem Rosárii ejúsdem beatíssimæ Vírginis : Domínica prima hujus mensis ob eámdem causam celebrándam decrévit. Festum totum Duplex.

Sexto Nonas Octóbris : Luna B xxi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

COMMEMORATIO sanctórum Angelórum Custódum. Festum totum Duplex. Nicomedíæ : sancti Eleuthérii mílitis et mártyris, cum áliis innúmeris; qui cum Diocletiáni régia incéndio conflagrásset, falso hujus críminis accu- Die 2.

sáti : jubénte eódem sævíssimo imperatóre, acervátim necáti sunt. Quorum álii gládiis obtruncabántur; álii ígnibus cremabántur : álii in mare præcipitabántur.Sed horum primus Eleuthérius, cum diu cruciátus, per síngula torménta valídior redderétur : martyrium victóriæ suæ, ígnibus velut aurum examinátus, complévit. Constantinópoli : sancti Theóphili Mónachi.Qui pro defensióne sanctárum imáginum a Leóne Isáurico sævíssime cæsus, et in exsílium pulsus : migrávit ad Dóminum. Herfórdiæ in Anglia : sancti Thomæ Epíscopi et confessóris.

xx C Quinto Nonas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

Die 3. LIMÆ in América Meridionáli : beáti Joánnis Massías Hispáni. Qui terrénis ómnibus abdicátis,Prædicatórum Ordinis institútum inter Convérsos proféssus est: mira humilitáte, patiéntia, et integritáte vitæ effúlsit, ac miráculis cláruit. Festum Duplex. Romæ ad Ursum pileátum : sancti Cándidi mártyris. Eódem die : sanctórum mártyrum Dionysii, Fausti, Caii, Petri, Pauli, et aliórum quátuor. Qui primo sub Décio multa passi; demum sub Valeriáno ab Æmiliáno præside diu torméntis vexáti : martyrii palmam meruérunt. Apud antíquos Sáxones : sanctórum mártyrum duórum Evvaldórum. Qui cum essent Presbyteri, et Christum ibi prædicáre cœpíssent : comprehénsi sunt a Pagánis, et occísi. Ad quorum córpora noctu multa lux diu appárens : et ubi essent, et cujus essent mériti, declarávit. In Africa : sancti Maximiáni Epíscopi Bagaiénsis. Qui a Donatístis íterum atque íterum sævíssima passus; ex alta dénique turri præcipitátus,et pro mórtuo derelíctus : glória con-

ssiónis illústris póstmodum quiévit in Dómino. In
ılæstína : sancti Hesychii confessóris, discípuli sancti
ilariónis, et in peregrinatióne sócii. Apud Belgas in
œcési Namurcénsi : sancti Gerárdi Abbátis.

Quarto Nonas Octóbris : Luna Dxix

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11

ssisii in Umbria : natális sancti Francísci confessóris, Die 4.
L fundatóris Ordinis Minórum, cujus vitam sanctitáte,
: miráculis plenam sanctus Bonaventúra conscrípsit.
stum totum Duplex. Corínthi : natális sanctórum Cri-
i et Cáii, quorum méminit sanctus Paulus Apóstolus
l Corínthios scribens. In Ægypto : sanctórum márty-
m Marci et Marciáni fratrum, et aliórum pene innu-
erabílium utriúsque sexus, atque omnis ætátis. Quó-
m álii post vérbera, álii post divérsi géneris horríbiles
uciátus, flammis tráditi : álii in mare præcipitáti ;
ınnúlli cápite cæsi, plúrimi inédia consúmpti : álii pa-
ulis affíxi ; quidam étiam cápite deórsum verso, et
dibus in sublíme sublátis : beatíssimam martyrii co-
nam meruérunt. Damásci : sancti Petri Epíscopi et
ártyris. Qui accusátus apud Agarenórum príncipem
ıod fidem Christi docéret : lingua, mánibus, pedibús-
ıe amputátis, cruci affíxus martyrium consummávit.
hénis : sancti Hieróthei discípuli beáti Pauli Apóstoli.
ınóniæ : sancti Petrónii Epíscopi et confessóris, qui
ıctrína, miráculis, et sanctitáte cláruit. Lutétiæ Pari-
ırum : sanctæ Aureæ vírginis.

XVIII E Tértio Nonas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8.	9	10	11	12

Die 5. MESSANÆ in Sicília : natális sanctórum mártyrum Plácidi Mónachi discípuli beáti Benedícti Abbátis, et fratrum ejus Eutychii et Victoríni, ac Fláviæ vírginis, eórum sorória ; item Donáti, Firmáti Diáconi, Fausti, aliorúmque trigínta Monachórum : qui a Manúcha piráta pro Christi fide necáti sunt. Festum Simplex. Eódem die : natális beáti Thraséæ Epíscopi Euméniæ, apud Smyrnam martyrio consummáti. Eódem die : pássio sanctæ Charitínæ vírginis. Quæ sub Diocletiáno imperatóre et Domítio consulári ígnibus cruciáta, et in mare projécta ; cum inde incólumis evasísset : mánibus et pédibus abscíssis, dentibúsque convúlsis, in oratióne pósita spíritum emísit. Antisiodóri : deposítio sanctórum germanórum Firmáti Diáconi et Flavíanæ vírginis. Valéntiæ in Gállia : sancti Apollináris Epíscopi ; cujus et vita virtútibus fuit illústris : et mors signis ac prodígiis decoráta. Eódem die : sancti Attiláni Epíscopi Zamorénsis, quem Urbánus Secúndus in Sanctórum númerum rétulit. Romæ : sanctæ Gallæ víduæ, fíliæ Symmachi cónsulis. Quæ viro suo defúncto, apud ecclésiam beáti Petri multis annis oratióni, eleemósynis, jejúniis, aliísque sanctis opéribus inténta permánsit : cujus felicíssimum tránsitum sanctus Gregórius Papa descrípsit. ✠

XVII F Prídie Nonas Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

Die 6. IN Calábria : sancti Brunónis confessóris, Ordinis Carthusianórum institutóris. Festum Duplex. Laodicéæ :

eáti Ságaris Epíscopi et mártyris, qui fuit unus de anquis Pauli Apóstoli discípulis. Cápuæ: natális sanctórum iártyrum Marcélli, Casti, Æmílii, Saturníni. Agénni in rállia : natális sanctæ Fídei vírginis et mártyris ; cujus cémplo beátus Caprásius ad martyrium animátus: agóem suum felíciter consummávit. Tréviris : commemoítio innumerabílium pæne Mártyrum, qui in persecuóne Diocletiáni sub Ríctio Varo præside ob Christi dem vário mortis génere necáti sunt. Opitérgii : sancti lagni Epíscopi, cujus corpus Venétiis requiéscit. Item : 'ctáva sancti Michaélis Archángeli. Simplex.

Nonis Octóbris : Luna GXVI

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

VIGLEVANI in Insúbria : beáti Matthæi Carrérii Mantuá- Die 7.
ni, confessóris Ordinis Prædicatórum. Festum Duex. Apud Augústam Euphratésiam : sanctæ Júliæ vírnis, quæ sub Marciáno præside martyrium consumávit. Patávii : sanctæ Justínæ vírginis et mártyris. uæ a beáto Prosdócimo sancti Petri discípulo baptizáta, ım in fide Christi constánter persísteret : Máximi prædis jussu, gládio transverberáta migrávit ad Dóminum. pud Bitúricas : sancti Augústi Presbyteri et confessós. In pago Rheménsi : sancti Heláni Presbyteri.

Octávo Idus Octóbris : Luna AXV

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

SANCTÆ Birgíttæ víduæ : quæ post multas sanctórum Die 8.
locórum peregrinatiónes, divíno affláta Spíritu, Roæ quiévit décimo Kaléndas Augústi. Prídie vero hujus

diéi : in Suétiam corpus ejus translátum fuit. Festum Simplex. Eódem die : natális beáti Simeónis senis, qui in Evangélio Dóminum Jesum suis ulnis suscepísse légitur. Cæsaréæ in Palæstína : pássio sanctæ Reparátæ vírginis et mártyris. Quæ cum nollet idólis sacrificáre, sub Décio imperatóre váriis tormentórum genéribus cruciáta; demum gládio percútitur : cujus ánima in colúmbæ spécie de córpore égredi, cælúmque conscéndere visa est. Thessalónicæ : sancti Demétrii procónsulis. Qui cum plúrimos ad Christi fidem perdúceret : Maximiáni imperatóris jussu,lánceis confóssus martyrium consummávit. Híspali in Hispánia : sancti Petri mártyris. In território Lugdunénsi : sanctæ Benedíctæ vírginis et mártyris. Ancónæ : sanctárum Palatiátis et Lauréntiæ. Quæ in persecutióne Diocletiáni sub Dióne præside in exsílium deportátæ : labóribus et ærúmnis confèctæ sunt. Hierosólymis : sanctæ Pelágiæ cognoménto Pœniténtis.

XIV B Séptimo Idus Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

Die 9. LUTETIÆ Parisiórum : natális sanctórum mártyrum Dionysii Areopagítæ Epíscopi, Rústici Presbyteri, et Eleuthérii Diáconi. Ex quibus Dionysius ab Apóstolo Paulo baptizátus, primus Atheniénsium Epíscopus est ordinátus; deínde Romam véniens, a beáto Cleménte Románo Pontífice in Gállias, prædicándi grátia,diréctus est : et ad præfátam urbem devéniens, cum ibi per áliquot annos commíssum sibi opus fidéliter prosequerétur; tandem a præfécto Fescennino post gravíssima tormentórum génera,una cum sóciis gládio animadvérsus : martyrium complévit. Festum totum Duplex. Eódem

die : memória sancti Abrahæ Patriárchæ, ómnium credéntium patris. Apud Júliam in território Parménsi, via Cláudia : sancti Domníni mártyris sub Maximiáno imperatóre. Qui cum vellet persecutiónis rábiem declináre ; a persequéntibus gládio transverberátus : gloriósе occúbuit. In Hannónia : sancti Gisléni Epíscopi et confessóris. Qui relícto Episcopátu , Mónachi vitam in monastério a se constrúcto exércens : multis virtútibus cláruit. Antiochíæ : sanctæ Públiæ Abbatíssæ. Quæ transeúnte Juliáno Apóstata, Davídicum illud cum suis virgínibus canens, Simulácra géntium argéntum et aurum, et símiles illis fiant, qui fáciunt ea : imperatóris jussu álapis cæsa est, et gráviter objurgáta ✠

Sexto Idus Octóbris : Luna C xiii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

VALENTIÆ in Hispánia Tarraconénsi : sancti Ludovíci Bertrándi Ordinis Prædicatórum. Qui ad Occidentáles Indos missus, cum tantum Hispánico sermóne, illis ignóto, prædicáret : innúmeros ad Christiánam fidem addúxit ; ac multis in vita, et post mortem, quæ séptimo Idus Octóbris secúta est, miráculis clarus : a Paulo Quinto Beatórum número, et a Cleménte Décimo Sanctórum albo adscríptus est. Festum totum Duplex. In Creta ínsula : beáti Pínyti inter Epíscopos nobilíssimi. Hic Gnósiæ urbis Epíscopus, sub Marco Antoníno Vero et Lúcio Aurélio Cómmodo flóruit : et in scriptis suis, velut in quodam spéculo, vivéntem sui relíquit imáginem. Colóniæ Agrippínæ : sancti Gereónis mártyris, cum áliis trecéntis decem et octo. Qui in persecutióne Maximiáni : pro vera pietáte gládiis patiénter colla subdidérunt. In território ejúsdem urbis : sanctórum Victóris Die 10.

et sociórum mártyrum. Bonnæ in Germánia: sanctórum mártyrum Cássii et Floréntii, cum áliis plúrimis. Nicomedíæ : sanctórum mártyrum Eulámpii, et Eulámpiæ vírginis ejus soróris; quæ cum audísset fratrem pro Christo torquéri : exsíliens in médiam turbam, eúmque amplexáta, sóciam se illi adjúnxit. Atque ambo in ollam fervéntis ólei conjécti, sed nulla ex parte læsi; una cum áliis ducéntis, qui eo miráculo permóti credíderant in Christum : obtruncatióne cápitis martyrium complevérunt. Eboráci in Anglia : sancti Paulíni Epíscopi, discípuli beáti Gregórii Papæ. Qui cum áliis ad prædicándum Evangélium ab eo missus : Edwínum regem ejúsque pópulum ad fidem Christi convértit. Populónii in Túscia : sancti Cerbónii Epíscopi et confessóris. Qui, ut sanctus Gregórius refert : in vita et morte miráculis cláruit.

XII D Quinto Idus Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

Die 11. OCTAVA sancti Francísci confessóris. Solemnis. In território Atrebaténsi : pássio beáti Leodegárii Augustodunénsis Epíscopi. Quem váriis injúriis, et divérsis supplíciis pro veritáte afflíctum : Ebroínus majordómus régiæ Theodoríci interfécit sexto Nonas Octóbris. Memoria. Item sancti Geríni mártyris, fratris ejúsdem beáti Leodegárii : qui ibídem lapídibus óbrutus est. Tarsi in Cilícia : natális sanctórum mártyrum Tháraci, Probi, et Androníci. Qui in persecutióne Diocletiáni longo témpore cárceris squalóre afflícti, et tértio divérsis torméntis et supplíciis examináti : in confessióne Christi triúmphum glóriæ abscíssis cervícibus sunt adépti. In pago Vilcássino : pássio sanctórum mártyrum Nicásii

Epíscopi Rhotomagénsis, Quiríni Presbyteri, Scubículi Diáconi, et Piéntiæ vírginis, sub præside Fescennino. In Thebáide : sancti Sármatæ, discípuli beáti Antoníni Abbátis, qui a Saracénis pro Christo necátus est. Ucétiæ in Gállia Narbonénsi: sancti Firmíni Epíscopi et conféssóris. Lyriæ in Bélgio : depositio sancti Gummári confessóris. Tarsi in Cilícia : sanctárum mulíerum Zenáidis et Philoníllæ sorórum, quæ beáti Pauli Apóstoli consanguíneæ, et in fide fuérunt discípulæ. Verónæ : sanctæ Placídiæ vírginis.

Quarto Idus Octóbris : Luna E XI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

BONONIÆ : beáti Jacóbi Alemánni láici Ordinis Prædicatórum ; quem Deus in exercítio heroicárum virtútum, ac præcípue in humilitáte exímia: cælo amábilem, et terris mirábilem effécit. Festum Duplex. Ravénnæ via Lauretína : natális sancti Edístii mártyris. In Africa : sanctórum Confessórum et Mártyrum quátuor míllium nongentórum sexagínta sex, in persecutióne Wandálica sub Hunneríco rege Ariáno. Qui cum essent partim Ecclesiárum Dei Epíscopi, partim Presbyteri et Diáconi : associátis sibi turbis fidélium populórum, pro defensióne Cathólicæ veritátis, in horríbilis erémi exsílium trusi sunt. Ex quibus plúrimi, dum crudéliter a Mauris duceréntur, hastílium cuspídibus ad curréndum impúlsi, et lapídibus tunsi : álii ligátis pédibus velut cadávera per dura et áspera loca tracti, et síngulis membris discérpti ; ad extrémum várie excruciáti : martyrium celebrárunt. Erant inter eos præcípui Dómini Sacerdótes Felix et Cypriánus Epíscopi. Medioláni : sancti Monæ Epíscopi. Qui cum de Epíscopo eligéndo agerétur, cælésti

Die 12.

lúmine circumfúsus : eo signo mirabíliter in Pontíficem illíus Ecclésiæ est assúmptus. In Syria : sancti Eustáchii Presbyteri et confessóris.

x F Tértio Idus Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

Die 13. IN Anglia : sancti Eduárdi regis, virtúte castitátis, et grátia miraculórum insígnis, cujus natális est Nonis Januárii. Festum Duplex. Apud Tróadem Asiæ minóris urbem : natális sancti Carpi discípuli beáti Pauli Apóstoli. Córdubæ in Hispánia : natális sanctórum mártyrum Fausti, Januárii, et Martiális. Qui primo equúlei pœna cruciáti, deínde supercíliis rasis; déntibus evúlsis, áuribus quoque et náribus præcísis : ignis passióne martyrium consummárunt. In Austria : sancti Colmánni mártyris. Apud Septam in Mauritánia Tingitána : pássio sanctórum septem mártyrum Ordinis Fratrum Minórum, Daniélis, Samuélis, Angeli, Domni, Leónis, Nicolái, et Hugolíni. Qui ob Evangélii prædicatiónem, et Mahumético sectæ confutatiónem, a Saracénis contumélias, víncula, et flagélla perpéssi : demum capítibus abscíssis martyrii palmam adépti sunt. Antiochíæ : sancti Theóphili Epíscopi, qui sextus post beátum Petrum Apóstolum ejúsdem Ecclésiæ Pontificátum ténuit. Apud Sublácum in Látio : sanctæ Chelidóniæ vírginis.

VIII A Idibus Octóbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

Die 15. ABULÆ in Hispánia : sanctæ Terésiæ vírginis, Fratrum ac Sorórum Ordinis Carmelitárum arctióris observántiæ matris et magístræ. Festum Duplex. Romæ via Aurélia : sancti Fortunáti mártyris. Apud Colóniam Agrippínam : natális sanctórum trecentórum Mártyrum, qui in persecutióne Maximiáni cursum sui agónis complevérunt. Carthágine : sancti Agiléi mártyris, in cujus die natáli sanctus Augustínus de eo ad pópulum tractátum hábuit. In Prússia: sancti Brunónis Epíscopi Ruthenórum, et mártyris. Qui Evangélium in ea regióne prædicans, ab ímpiis tentus : mánibus pedibúsque præcísis, cápite truncátus est. Lugdúni : sancti Antíochi Epíscopi. Qui strénue administráto Pontifícii cúlmine, ad quod assúmptus fúerat : regnum cæléste adéptus est. Tréviris : sancti Sevéri Epíscopi et confessóris. Cracóviæ : sanctæ Hedwígis ducíssæ Polóniæ. * Quæ páuperum obséquio dédita, étiam miráculis cláruit : quam Clemens Papa Quartus número Sanctórum adscrípsit. In Germánia : sanctæ Theclæ Abbatíssæ. ✠

* Natalis est Idibus Octobr. sed celebratur XVI. Kal. Novembris.

VII B Decimoséptimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

Die 16. IN Africa : sanctórum Mártyrum ducentórum septuagínta páriter coronatórum. Ibídem : sanctórum Martiniáni et Saturiáni, cum duóbus eórum frátribus. Qui témpore Wandálicæ persecutiónis sub Genseríco rege

tíno Coprónymo sæpius verberátus : tandem amputáto áltero pede réddidit spíritum. Aráusicæ in Gállia : sancti Florentíni Epíscopi, qui multis clarus virtútibus quiévit in pace. Cápuæ: sancti Victóris Epíscopi, eruditióne et sanctitáte conspícui.

v D Quintodécimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

Die 18. NATALIS beáti Lucæ Evangelístæ. Qui multa passus pro Christi nómine : Spíritu sancto plenus óbiit in Bithynia. Cujus ossa Constantinópolim transláta sunt : et inde Patávium deláta. Festum totum Duplex. Antiochíæ : sancti Asclepíadis Epíscopi ; qui unus fuit ex præcláro mártyrum número : qui sub Macríno glorióse passi sunt. In território Belvacénsi : sancti Justi mártyris, qui adhuc puer in persecutióne Diocletiáni sub Ríctio Varo præside cæsus est. Neocæsaréæ in Ponto : sancti Athenodóri Epíscopi, fratris sancti Gregórii Thaumatúrgi, qui doctrína clarus in persecutióne Aureliáni martyrium consummávit. Romæ : sanctæ Thryphóniæ, uxóris quondam Décii Cæsaris, quæ in crypta juxta sanctum Hippólytum sepúlta est.

IV E Quartodécimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

Die 19. IN Hispánia : sancti Petri de Alcántara confessóris, Ordinis Minórum ; qui pro sui Ordinis reformatióne gravíssimas ærúmnas ac labóres passus : innúmeris coruscávit miráculis. Festum Simplex. Romæ : natális san-

ctórum mártyrum Ptolomæi et Lúcii, sub Marco Antoníno. Quorum prior, ut scribit Justínus martyr, cum impudícam mulíerem ad fidem Christi convertísset, et castitátem cólere docuísset : ab impúro viro apud Præféctum Urbícium accusátus ; multo témpore squalóre cárceris macerátus est : et ad últimum cum de Christi magistério pública confessióne testarétur, jussus est duci ad mortem. Lúcius quoque cum Urbícii senténtiam improbáret, et se Christiánum líbere faterétur : símilem senténtiam excépit. Quibus et álius tértius adjúnctus est : qui étiam eódem supplício damnátus fuit. Antiochíæ : sanctórum mártyrum Beroníci, Pelágiæ vírginis, et aliórum quadragínta novem. In Ægypto : sancti Vari mílitis. Qui sub Maximiáno imperatóre, dum sanctos septem Mónachos in cárcere deténtos visitáret, atque refíceret : uno ex ipsis defúncto, in ejus locum subrogári vóluit ; et cum illis sævíssima passus : martyrii palmam adéptus est. In Hibérnia : sancti Ethbíni Abbátis. Oxónii in Anglia : sanctæ Fredeswíndæ vírginis.

Tertiodécimo Kaléndas Novémbris : Luna F III

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

ROMÆ via Ardeatína : depositío * sancti Marci Papæ et confessóris. Tres Lectiones. Item : sanctórum mártyrum Sérgii, Bacchi, Marcélli, et Apuléii. * Memoria. In Aviénsi civitáte prope Aquilam in Vestínis : natális beáti Máximi Levítæ et mártyris. Qui patiéndi desidério inquiréntibus se persecutóribus palam osténdit ; et post responsiónis constántiam equúleo suspénsus, ac tortus : deínde fústibus cæsus, ad últimum e sublími loco præcipitátus occúbuit. Agénni in Gállia : sancti Caprásii

Die 20.
* Fuit Nonis Octobr.
* Horum natalis fuit Nonis Octobris.

mártyris. Qui cum rábiem persecutiónis declínans latéret in spelúnca ; tandem áudiens quáliter beáta Fides virgo pro Christo agonizáret, animátus ad toleràntiam passiónum, orávit ad Dóminum : ut si eum glória martyrii dignum judicáret, ex lápide spelúncæ limpidíssima aqua manáret. Quod cum Dóminus præstitísset, secúrus ad áream certáminis properávit : et palmam martyrii sub Maximiáno fórtiter dimicándo proméruit. Antiochíæ : sancti Artémii ducis augustális. Qui sub Constantíno Magno præcláris milítiæ honóribus functus ; a Juliáno Apóstata, quem sævítiæ in Christiános argúerat, fústibus cædi, aliísque torméntis afflígi : ac demum cápite truncári jubétur. In Lusitánia : sanctæ Irénes vírginis et mártyris.

11 G Duodécimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

Die 21. APUD Colóniam Agrippínam : natális sanctárum Ursulæ, et sociárum ejus. Quæ pro Christiána religióne, et virginitátis constántia ab Hunnis interféctæ, martyrio vitam consummárunt : et plúrima eárum córpora Colóniæ cóndita fuérunt. Festum totum Duplex. Apud Ostia Tiberína : sancti Astérii Presbyteri et mártyris. Qui ut in passióne beáti Callísti Papæ légitur : sub Alexándro imperatóre passus est. Nicomedíæ : natális sanctórum Dásii, Zótici, Cáii, et aliórum duódecim mílitum, qui post divérsa torménta in mare demérsi sunt. Maróniæ in Syria prope Antiochíam : sancti Malchi Mónachi. Lugdúni : sancti Viatóris minístri beáti Justi Lugdunénsis Epíscopi. In Castro Laudunénsi : sanctæ Cilíniæ matris beáti Remígii Epíscopi Rheménsis.

Undécimo Kaléndas Novémbris : Luna A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

CORTONÆ : beáti Petri Capútii a Tiférno confessóris Ordinis nostri. Qui jugi mortis meditatióne seípsum ad supérna diréxit: illiúsque prædicatióne non paucos pérditos hómines ad meliórem frugem perdúxit. Festum Duplex. In Cypro : sancti Hilariónis Abbátis, cujus vitam virtútibus, atque miráculis plenam sanctus Hierónymus scripsit. Obiit duodécimo Kaléndas Octóbris. Memoria. Hierosólymis : beáti Marci Epíscopi, claríssimi et doctíssimi viri. Qui primus ex Géntibus Hierosolymórum Ecclésiam suscépit regéndam : ac non multo post sub Hadriáno * imperatóre martyrii méruit palmam. Hadrianópoli in Thrácia : natális sanctórum mártyrum Philíppi Epíscopi, Sevéri Presbyteri, Eusébii, et Hermétis, qui sub Juliáno Apóstata post cárceres et flagélla, incéndio cremáti sunt. Oscæ in Hispánia : sanctárum vírginum Nunilónis et Alódiæ sorórum. Quæ a Saracénis ob fidei confessiónem capitáli senténtia punítæ : martyrium consummárunt. Apud Colóniam : sanctæ Córdulæ. Quæ una ex sodálibus sanctæ Ursulæ, cum aliárum supplíciis et cæde pertérrita se occultásset ; cjus rei pœnitens, postrídie se ultro patefécit : et novíssima ómnium martyrii corónam accépit. Hierápoli in Phrygia : sancti Abércii Epíscopi, qui sub Marco Antoníno imperatóre cláruit. Hierosólymis : sanctæ Maríæ Sálome, quæ in Evangélio légitur circa Dómini sepultúram sollícita.

Die 22.

* Alias Antonino.

·B Décimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

Die 23. VICENTIÆ : beáti Bartholomæi de Bregántia Epíscopi et confessóris, Ordinis sancti Pátris Domínici ; Nimociénsi primum, deínde Vincentínæ Ecclésiæ præpósiti : atque ínsuper Gregórii Noni, cui a consíliis fuit, aliísque summis Pontificibus, nec non Ludovíco Galliárum regi ob insígnem sanctitátem et labóres ad Cathólicam religiónem amplificándam acceptíssimi. Festum Duplex. In Hispánia prope Gades ad fundum Ursoniánum : sanctórum mártyrum Servándi et Germáni. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Viatóre vicário post vérbera, squalórem cárceris, famis ac sitis injúriam, et longíssimi itíneris labórem, quem ferro onústi pertulérunt : novíssime martyrii sui cursum cæsis cervícibus implevérunt. Ex quibus Germánus Eméritæ: Servándus vero Híspali cónditus est. Antiochíæ in Syria, natális sancti Theodóri Presbyteri. Qui in persecutióne ímpii Juliáni comprehénsus, post equúlei pœnam, et multos ac duríssimos cruciátus, lampádibus étiam circa látera appósitis inflammátus, cum in confessióne Christi persísteret : occisióne gládii martyrium consummávit. Constantinópoli : sancti Ignátii Epíscopi. Qui cum Bardam Cæsarem ob repudiátam uxórem arguísset : ab eo multis injúriis afféctus, in exsílium pulsus est. Sed a Nicoláo Románo Pontífice restitútus : tandem in pace quiévit. Burdígalæ : sancti Severíni Coloniénsis Epíscopi et confessóris.

Nono Kaléndas Novémbris : Luna CXXIX

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

FESTUM sancti Raphaélis Archángeli. Festum totum Duplex. Venúsiæ in Apúlia : natális sanctórum mártyrum Felícis Epíscopi Africáni, Audácti et Januárii Presbyterórum, Fortunáti et Séptimi Lectórum. Qui témpore Diocletiáni a Magdelliáno procuratóre multis diu vínculis et carcéribus in Africa et Sicília maceráti ; cum Felix nullátenus sacros libros juxta imperatóris edíctum trádere voluísset : tandem occisióne gládii consummáti sunt. Apud Homerítas in civitáte Nagran : pássio sanctórum Arétæ, et sociórum trecentórum et quadragínta, témpore Justíni imperatóris, sub Dúnaan Judæo tyránno. Post quos Christiána múlier incéndio trádita est : cujus fílius annórum quinque, cum balbutiéndo Christum confiterétur ; nec blandítiis, nec minis retinéri posset : in ignem, ubi mater ardébat, se præcípitem dedit. Constantinópoli : sancti Procli Epíscopi. In Británnia minóri : tránsitus sancti Maglórii Epíscopi, cujus corpus Lutétiæ Parisiórum requiéscit. In Vertáno monastério : sancti Martíni Abbátis. In Campánia : sancti Marci Solitárii, cujus præclára ópera sanctus Gregórius scripsit. Die 24.

Octávo Kaléndas Novémbris : Luna DXXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

ROMÆ : sanctórum mártyrum Chrysánthi, et Daríæ uxóris ejus. Qui post multas, quas sub Celeríno præfécto pro Christo sustinuérunt, passiónes, jussi sunt Die 25.

a Numeriáno imperatóre via Salária in Arenário depóni: atque illic vivéntes terra et lapídibus óbrui. Item Romæ: natális sanctórum quadragínta sex mílitum. Qui simul baptizáti a Dionysio Papa, et mox jubénte Cláudio imperatóre decolláti sunt : ac via Salária sepúlti. Ubi et álii Mártyres centum vigínti et unus pósiti sunt. Inter quos fuérunt quátuor mílites Christi : Theodósius, Lúcius, Marcus, et Petrus. Suessióne in Gállia : sanctórum mártyrum Crispíni et Crispiniáni nobílium Romanórum. Qui in persecutióne Diocletiáni sub Ríctio Varo præside, post immánia torménta, gládio trucidáti : corónam martyrii consecúti sunt. Quorum córpora póstea Romam deláta fuérunt : atque in ecclésia sancti Lauréntii in pane et perna, honorífice tumuláta. Tres Lectiónes. Floréntiæ : pássio beáti Miniátis mílitis. Qui sub Décio príncipe pro fide Christi egrégie certans : nóbili martyrio coronátur. Romæ : sancti Bonifácii Papæ et confessóris. Petragóricis in Gállia : sancti Frontónis. Qui a beáto Petro Apóstolo Epíscopus ordinátus, cum Geórgio Presbytero magnam illíus gentis multitúdinem ad Christum convértit : et miráculis clarus in pace quiévit. Bríxiæ : natális sancti Gaudéntii Epíscopi, eruditióne et sanctitáte conspícui.

XXVII E Séptimo Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Die 26. REGII Lépidi : beáti Damiáni Furchérii a Finário. Qui vitæ integritátem córporis castigatióni adjúnxit; zelo prædicatiónis incénsus, præco exímius éxstitit : et post mortem miráculis cláruit. Festum Duplex. Romæ : sancti Evarísti Papæ et mártyris, qui Dei Ecclésiam sub Hadriáno imperatóre suo sánguine purpurávit. In Afri-

ca : sanctórum mártyrum Rogatiáni Presbyteri, et Felicíssimi. Qui in persecutióne Valeriáni et Galliéni : illústri martyrio coronáti sunt. De quibus étiam scribit sanctus Cypriánus : in Epístola ad Confessóres. Nicomedíæ : sanctórum mártyrum Luciáni, Flórii, et sociórum. Eódem die : sancti Quodvultdéi Epíscopi Carthaginénsis. Qui una cum Clero a Genseríco rege Ariáno in návibus fractis absque remígiis et velis impósitus, præter spem Neápolim áppulit : ibíque in exsílio pósitus, confessor occúbuit. Narbóne : sancti Rústici Epíscopi et confessóris, qui cláruit tempóribus Valentiniáni et Leónis imperatórum. Item sancti Quadragésimi Subdiáconi : qui et mórtuum resuscitávit.

Sexto Kaléndas Novémbris : Luna F XXVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

Vigilia sanctórum Apostolórum Simónis et Judæ. Abulæ in Hispánia : pássio sanctórum Vincéntii, Sabínæ, et Christétæ. Qui primum in equúleo ádeo sunt exténti : ut omnes membrórum compáges laxaréntur ; deínde cápita eórum lapídibus superpósita, usque ad excussiónem cérebri válidis véctibus sunt contúsa : atque ita martyrium complevérunt, agénte præside Daciáno. Apud castrum Tyle : sancti Floréntii mártyris. Apud Indos : sancti Fruméntii Epíscopi. Qui ibi primum captívus ; deínde Epíscopus a sancto Athanásio ordinátus : Evangélium in ea província propagávit. In Æthiópia : sancti Elésbaan regis. Qui Christi hóstibus expugnátis, misso régio diadémate Hierosólymam, témpore Justíni imperatóris monásticam vitam, ut vóverat, agens : migrávit ad Dóminum. Die 27.

XXV 25 G Quinto Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Die 28. NATALIS beatórum Apostolórum Simónis Cananæi, et Thaddæi, qui et Judas dícitur. Quorum Simon in Ægypto : Thaddæus in Mesopotámia Evangélium prædicávit. Deínde in Pérsidem simul ingréssi ; cum innúmeram gentis illíus multitúdinem Christo subdidíssent: martyrium consummárunt. Festum totum Duplex. Romæ : sanctæ Cyríllæ vírginis, filiæ sanctæ Tryphóniæ, quæ sub Cláudio príncipe pro Christo juguláta est. Ibídem : sanctæ Anastásiæ senióris vírginis, et Cyrílli mártyrum. Illa in persecutióne Valeriáni sub Probo præfécto vínculis constrícta, cólaphis cæsa, igne et verbéribus cruciáta : cum in confessióne Christi immóbilis permanéret ; abscíssis mammíllis, evúlsis únguibus, déntibus comminútis, mánibus pedibúsque præcísis, truncáto cápite : tot passiónum monílibus ornáta migrávit ad Sponsum. Cyríllus autem ei peténti aquam propínans : martyrium pro mercéde accépit. Apud Comum : sancti Fidélis mártyris sub Maximiáno imperatóre. Meldis : sancti Farónis Epíscopi et confessóris. Neápoli : sancti Gaudiósi Epíscopi Africáni. Qui ob persecutiónem Wandalórum in Campániam véniens : in monastério apud eam urbem sancto fine quiévit. ✠

XXIV A Quarto Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Die 29. FOROJULII Carnórum : beátæ Benvenútæ Bojáni Vírginis Ordinis nostri, quæ pœniténtia, oratióne, et humi-

táte flóruit. Festum Duplex. In Lucánia : sanctórum ıártyrum Hyacínthi, Quincti, Feliciáni, et Lúcii. Sióne in Phœnícia : sancti Zenóbii Presbyteri ; qui sub ovíssimæ persecutiónis acerbitáte álios ad martyrium xhórtans : martyrio et ipse dignátus est. Bérgomi : santæ Eusébiæ vírginis et mártyris. Hierosólymis : natális eáti Narcíssi Epíscopi, sanctitáte, patiéntia, ac fide ıudábilis ; qui centum et séxdecim annórum : migrávit d Dóminum. Cassíope in ínsula Corcyræ : sancti Doıáti, de quo scribit beátus Gregórius Papa. Viénnæ : lepositio beáti Theodóri Abbátis.

Tértio Kaléndas Novémbris : Luna B XXIII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

ı	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
}	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

COMMEMORATIO sanctórum Mártyrum, et aliórum Sanctórum : quorum córpora vel relíquiæ in ecclésiis ostris asservántur. Festum totum Duplex. In Africa : atális sanctórum Mártyrum ducentórum vigínti. Tingi ı Mauritánia : pássio sancti Marcélli centuriónis. Qui ipitis abscissióne martyrium complévit : sub Agricoláo génte vices præfécti prætórii. Cáláris in Sardínia : sanci Saturníni mártyris, qui in persecutióne Diocletiáni ıb Bárbaro præside cápite truncátus est. Legióne in ispánia : sanctórum mártyrum Cláudii, Lupérci, et ictórii, filiórum sancti Marcélli centuriónis, qui in percutióne Diocletiáni et Maximiáni sub Diogeniáno ræside jussi sunt decollári. Altíni : sancti Theonésti píscopi et mártyris, qui ab Ariánis occísus est. Parísiis : ıncti Lucáni mártyris. Antiochíæ : sancti Serapiónis píscopi, eruditióne claríssimi. Cápuæ : sancti Germáni píscopi et confessóris, magnæ sanctitátis viri, cujus ıimam in hora óbitus ejus ab Angelis in cælum ferri nctus Benedíctus aspéxit. Die 30.

XXII C Prídie Kaléndas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 31. VIGILIA ómnium Sanctórum. Romæ : natális beáti Nemésii Diáconi, et Lucíllæ vírginis fíliæ ejus. Qui cum a fide Christi flecti nequáquam possent : jubénte Valeriáno imperatóre, decolláti sunt octávo Kaléndas Septémbris. Quorum córpora a beáto Stéphano Papa sepúlta : deínde a beáto Xysto via Appia hac die honéstius tumuláta ; Gregórius Quintus in diaconíam sanctæ Maríæ Novæ tránstulit : una cum sanctis Symphrónio, Olympio tribúno, Exsupéria ejus uxóre, et Theódulo filio. Qui omnes Symphrónii ópera convérsi, et ab eódem sancto Stéphano baptizáti : martyrio coronáti fúerant. Quæ Sanctórum córpora, Gregório Decimotértio summo Pontífice, ibídem invénta : sub altári ejúsdem ecclésiæ honorificéntius collocáta sunt sexto Idus Decémbris. In Gállia apud Augústam Veromanduórum : sancti Quintíni civis Románi órdinis senatórii, qui sub Maximiáno imperatóre martyrium passus est. Cujus corpus post annos quinquagínta quinque, reveláNte Angelo, invéntum est incorrúptum. Memoria.

NOVEMBER.

Kaléndis Novémbris : Luna D xxi

b c d e f g h i k l m n p q r s t u

12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

B C D E F F G H M N P

1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

FESTIVITAS ómnium Sanctórum : quam in honórem beátæ Dei genitrícis Vírginis Maríæ, et sanctórum Mártyrum, Bonifácius Papa Quartus, dedicáto templo Pántheon, célebrem et generálem instítuit agi quotánnis in Irbe Roma. Sed et Gregórius item Quartus póstmodum ecrévit eámdem festivitátem, quæ váriis modis jam ı divérsis Ecclésiis celebrabátur : in honórem ómnium anctórum solémniter hac die ab univérsa Ecclésia erpétuo observári. Festum totum Duplex. Tarracínæ Campánia : natális sancti Cæsárii Diáconi. Qui diébus ultis in custódia macerátus ; póstea cum sancto Juliáo Presbytero in saccum missus : in mare præcipitátus t. In castro Divióne : sancti Benígni Presbyteri. Qui a eáto Polycárpo missus in Gálliam ad prædicándum vangélium ; postquam sub Marco Aurélio imperatóre Teréntio júdice gravíssimis torméntis multipliciter est flíctus : tandem collum ejus vecte férreo tundi, et corıs láncea perforári jubétur. Eódem die : sanctæ Maríæ ıcíllæ ; quæ Christiánæ religiónis nómine accusáta, b Hadriáno imperatóre diris verbéribus afflícta, equúı extensióne, et ungulárum laceratióne vexáta : marrium complévit. Damásci : pássio sanctórum Cæsárii, ácii, et aliórum quinque. Parísiis : deposítio sancti arcélli Epíscopi. Bajócis : sancti Vigóris Epíscopi, mpore Chidelbérti Francórum regis. Tibúre : sancti everíni Mónachi. In pago Wastinénsi : sancti Maturíni onfessóris.

XX E Quarto Nonas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

Die 2. COMMEMORATIO ómnium Fidélium defunctórum. Novem Lectiones. Eódem die : natális sancti Victoríni Pictaviénsis Epíscopi. Qui post multa édita scripta, ut sanctus Hierónymus testátur: in persecutióne Diocletiáni martyrio coronátus est. Sebáste : sanctórum Cartérii, Styríaci, Tobíæ, Eudóxii, Agápii, et sociórum mártyrum, sub Licínio imperatóre. In Pérside : sanctórum mártyrum Acíndyni, Pegásii, Aphthónii, Elpidéphori, et Anempodísti, cum plúrimis sóciis. Tarsi in Cilícia: sanctæ Eustóchii vírginis et mártyris, quæ sub Juliáno Apóstata, post dira torménta, in oratióne réddidit spíritum. Laodicéæ in Syria : sancti Theódoti Epíscopi, qui non solum verbis, sed rebus et virtútibus fuit ornátus. Viénnæ : sancti Geórgii Epíscopi. In monastério Agaunénsi : sancti Ambrósii Abbátis. Cyri in Syria : sancti Marciáni confessóris.

XIX F Tértio Nonas Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

Die 3. IN óppido Sancti Archángeli prope Aríminum : beáti Simónis confessóris Ordinis Prædicatórum. Qui licet præcláro génere natus, inter láicos adscríbi vóluit : et ad decrépitam usque ætátem humilitáte et abstinéntia mirabíliter effúlsit. Festum Duplex. Natális sancti Quarti Apostolórum discípuli. Cæsaréæ in Cappadócia: sanctórum mártyrum Germáni, Theóphili, Cæsárii, et Vitális, qui in persecutióne Deciána óptime duxérunt marty-

rium. Cæsaraugústæ : sanctórum innumerabílium Mártyrum, qui sub Daciáno Hispaniárum præside mirabíliter occubuérunt pro Christo. Vitérbii : sanctórum mártyrum Valentíni Presbyteri, et Hilárii Diáconi. Qui in persecutióne Maximiáni ob Christi fidem cum saxi póndere in Tíberim præcipitáti, et inde ab Angelo divínitus erépti : demum abscíssis cervícibus corónam martyrii percepérunt. In Anglia : sanctæ Wenefrídæ vírginis et mártyris. In monastério Clarævallénsi : depósitio sancti Malachíæ Epíscopi Connerthénsis in Hibérnia, qui multis virtútibus suo témpore cláruit. Cujus vitam sanctus Bernárdus Abbas conscrípsit. Eódem die : sancti Hubérti Tungrénsis Epíscopi. Urgéllæ in Hispánia : sancti Hermengáudii Epíscopi. Romæ : sanctæ Sílviæ, matris sancti Gregórii Papæ.

Prídie Nonas Novémbris : Luna G xviii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

MEDIOLANI : sancti Cároli Borromæi Cardinális, et ejúsdem civitátis Epíscopi, quem sanctitáte conspícuum et miráculis clarum Paulus Quintus in Sanctórum númerum rétulit. Festum Duplex. Augustodúni : sancti Próculi mártyris. In pago Vilcassíno : sancti Clari Presbyteri et mártyris. Eódem die : natális sancti Piérii Presbyteri Alexandríni. Qui in divínis Scriptúris nobíliter erudítus, vita puríssimus, et ad Christiánam philosophíam nudus pénitus et expedítus ; sub Caro et Diocletiáno princípibus, regénte Alexandrínam Ecclésiam Theóna, florentíssime dócuit pópulos ; et divérsos tractátus édidit. Post persecutiónem vero omne vitæ suæ tempus Romæ versátus : in pace quiévit. Eódem die : natális sanctórum Philólogi et Pátrobæ, sancti Pauli

Apóstoli discipulórum. Apud Ruthénos in Gállia : beáti Amántii Epíscopi, cujus vita et sanctitáte et miráculis éxstitit gloriósa. In Bithynia : sancti Joannícii Abbátis. In Pannónia apud Albam Regálem : depositio beáti Emeríci confessóris, filii sancti Stéphani Hungarórum regis. Tréviris : sanctæ Modéstæ vírginis. ✠

XVII A Nonis Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

Die 5. LIMÆ in América Meridionáli : beáti Martíni Porres Tertiárii Ordinis Prædicatórum. Qui votis Deo solémniter nuncupátis vitæ integritátem aspérrima cum pœniténtia ita sociávit : ut miris prodígiis ante et post mortem claréscere merúerit. Festum Duplex. Sancti Zacharíæ Sacerdótis et Prophétæ : patris beáti Joánnis Baptístæ. Item sanctæ Elísabeth : ejúsdem sanctíssimi Præcursóris matris. Tarracínæ in Campánia : natális sanctórum mártyrum Felícis Presbyteri, et Eusébii Mónachi. Qui cum sepelísset sanctos mártyres Juliánum et Cæsárium ; et multos convérteret ad fidem Christi, quos sanctus Felix Présbyter baptizábat : una cum eo tentus est, et ambo ad forum Júdicis ducti, nec superáti ; inde in cárcerem inclúsi : nocte eádem, cum sacrificáre noluíssent, decolláti sunt. Emesæ in Phœnícia : sanctórum mártyrum Galatiónis, et Epistémis cónjugis. Qui in persecutióne Décii flagris cæsi ; mánibus pedibúsque et lingua ínsuper mutiláti : dénique truncáto cápite martyrium consummárunt. Bríxiæ : sancti Dominatóris Epíscopi. Aureliánis in Gállia : sancti Læti Presbyteri et confessóris.

Octávo Idus Novémbris : Luna B XVI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

THINISSÆ in Africa : natális sancti Felícis mártyris. Qui conféssus, et ad torménta dilátus : álio die (ut refert sanctus Augustínus, Psalmum in ejus festivitáte ad pópulum expónens) invéntus est in cárcere exánimis. Theópoli : sanctórum decem Mártyrum, qui a Saracénis passi legúntur. Barcinóne : sancti Sevéri Epíscopi et mártyris, qui ob fidem Cathólicam clavo cápite confósso martyrii corónam accépit. Apud Bergas: depositio sancti Winóci Abbátis. Qui virtútibus et miráculis clarus : frátribus étiam sibi súbditis multo témpore ministrávit. Fundis in Látio : sancti Felícis Mónachi. Lemóvicis in Aquitánia : sancti Leonárdi confessóris, discípuli beáti Remígii Epíscopi. Qui nóbili génere ortus, solitáriam vitam déligens, sanctitáte et miráculis cláruit : ac præcípue in liberándis captívis ejus virtus enítuit. Die 6.

☞ Sabbato ante Dominicam II. Novembris, post pronuntiationem Lunæ, legitur :

Festum Patrocínii beatíssimæ semper vírginis Maríæ. Festum totum Duplex.

Séptimo Idus Novémbris : Luna C XV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

TAURINORUM Augústæ : beáti Petri de Rúffia Ordinis nostri. Qui fidei Censor in ea urbe renuntiátus, magnis virtútibus, et præsértim zelo pro cathólicæ veritátis defensióne claróre non déstitit ; donec faustíssimo sibi die Purificatióni beátæ Maríæ Vírginis sacro, ab hæré- Die 7.

ticis Segúsiæ perémptus : cæléste templum íngredi méruit. Festum Duplex. Patávii : depositio sancti Prosdócimi primi ejúsdem civitátis Epíscopi. Qui a beáto Petro Apóstolo Epíscopus ordinátus, ad prædicándum Dei verbum ad prædíctam civitátem missus est: ubi multis virtútibus et prodígiis corúscans, beáto fine quiévit. Perúsiæ: sancti Herculáni Epíscopi et mártyris, qui jussu Tótilæ Gothórum regis decollátus est. Cujus corpus ita cápiti unítum, atque sanum quadragésimo post abscissiónem die, ut scribit sanctus Gregórius Papa, repértum est : ac si nulla ferri incísio illud tetigísset. Eódem die: sancti Amaránthi mártyris. Qui apud Albigénsem urbem exácto agónis fidélis cursu sepúltus : vivit in glória. Melitínæ in Arménia : pássio sanctórum Hierónis, Nicándri, Hesychii, et aliórum trigínta, qui in persecutióne Diocletiáni sub Lysia præside coronáti sunt. Colóniæ: sancti Engelbérti Epíscopi, qui pro defensióne Ecclesiásticæ libertátis, et Románæ Ecclésiæ obediéntia martyrium subíre non dubitávit. Alexandríæ: beáti Achíllæ Epíscopi, qui eruditióne, fide, conversatióne, ac móribus fuit insígnis. In Frísia : depositio sancti Willibrórdi Epíscopi Trajecténsis. Qui a beáto Sérgio Papa ordinátus Epíscopus: in Frísia et Dánia Evangélium prædicávit.

XIV D Sexto Idus Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	.16	17

Die 8. OCTAVA ómnium Sanctórum. Solemnis. Romæ via Lavicána tértio ab Urbe milliário : pássio sanctórum mártyrum Cláudii, Nicóstrati, Symphoriáni, Castórii, et Simplícii. Qui primo in cárcerem missi : deínde scorpiónibus gravíssime cæsi ; cum a fide Christi mutári non possent : jussi sunt a Diocletiáno in flúvium præci-

pites dari. Romæ : sancti Deúsdedit Papæ; qui tanti mériti fuit : ut leprósum ósculo a lepra sanáverit. Bremæ : sancti Willehádi, primi ejus civitátis Epíscopi. Qui una cum sancto Bonifácio, cujus discípulus fuit : in Frísia et Saxónia Evangélium propagávit. Suessióne in Gállia : sancti Godefrídi Epíscopi Ambianénsis, magnæ sanctitátis viri. Turónis : sancti Clari Presbyteri, cujus sanctus Paulínus epitáphium scripsit.

Quinto Idus Novémbris : Luna E XIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

FESTIVITAS ómnium Sanctórum Ordinis nostri. Festum totum Duplex. Romæ: Dedicátio basílicæ Salvatóris. Amaséæ in Ponto : natális sancti Theodóri mílitis. Qui témpore Maximiáni imperatóris pro Christiánæ fidei confessióne fórtiter cæsus, et in cárcerem missus, deínde Dómino sibi apparénte, ac monénte ut constánter et viríliter ágeret : relevátus est. Novíssime postquam equúleo suspénsus, et úngulis corrásus est, ita ut ejus interióra nuda apparérent : ardéntibus ígnibus comburéndus tráditur. Cujus laudes sanctus Gregórius Nyssénus præcláro encómio celebrávit. Memoria. Tyánæ in Cappadócia : pássio sancti Oréstis, sub Diocletiáno imperatóre. Apud Bitúricas : sancti Ursíni confessóris. Qui Romæ ordinátus a successóribus Apostolórum : primus eídem urbi destinátur Epíscopus. Neápoli in Campánia: sancti Agrippíni Epíscopi, miráculis clari. Constantinópoli: sanctárum vírginum Eustóliæ Románæ, et Sópatræ filiæ Maurítii imperatóris. Beryti in Syria : commemorátio Imáginis Salvatóris ; quæ a Judæis crucifixa, tam copiósum emísit sánguinem : ut Orientáles et Occidentáles Ecclésiæ ex eo ubértim accéperint. Die 9.

XII F Quarto Idus Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

Die 10. ROMÆ via Lavicána : natális sanctórum quátuor Coronatórum fratrum, Sevéri, Severiáni, Carpóphori, et Victoríni. Qui sub Diocletiáno imperatóre : íctibus plumbatárum usque ad mortem cæsi sunt. Horum autem nómina, quæ póstea interjéctis annis Dómino reveláute osténsa sunt, cum mínime reperíri tunc potuíssent ; statútum fuit, ut anniversária dies ipsórum, quæ est sexto Idus Novémbris, una cum áliis quinque, qui sub eódem Diocletiáno et ipsa eádem die passi referúntur, sub nómine sanctórum quátuor Coronatórum recolerétur : qui mos étiam postquam reveláta sunt, in Ecclésia perseverávit. Tres Lectiones. Eódem die : natális sanctórum mártyrum Tryphónis, et Respícii, ac Nymphæ vírginis. In território Agathénsi : sanctórum mártyrum Tibérii, Modésti, et Floréntiæ. Qui témpore Diocletiáni váriis torméntis cruciáti : martyrium complevérunt. Antiochíæ: sanctórum Demétrii Epíscopi, Aniáni Diáconi, Eustósii, et aliórum vigínti mártyrum. In Anglia : sancti Justi Epíscopi. Qui una cum Augustíno, Mellíto, et áliis a beáto Gregório Papa in eámdem ínsulam missus ad prædicándum Evangélium: ibídem sanctitáte célebris obdormívit in Dómino. In óppido Milledúno : sancti Leónis confessóris. Icónii in Lycaónia : sanctárum mulíerum Tryphénnæ et Tryphósæ, quæ beáti Pauli prædicatióne, et exémplo Theclæ, in Christiána disciplína plúrimum profecérunt. In Paro ínsula : sanctæ Theoctístis vírginis. ✠ Anniversarium etc.

Tértio Idus Novémbris : Luna G XI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

TURONIS in Gállia : natális beáti Martíni Epíscopi et confessóris. Cujus vita tantis éxstitit miráculis gloriósa : ut trium mortuórum merúerit esse suscitátor. Festum totum Duplex. Cotyæi in Phrygia : insígnis pássio sancti Mennæ Ægyptii mílitis. Qui in persecutióne Diocletiáni, postquam abjécto milítiæ cíngulo, méruit cælésti Regi secréta conversatióne in erémo militári ; procédens in públicum, et se Christiánum líbera voce declárans : primo diris cruciátibus examinátur ; novíssime fixis in oratióne génibus Dómino Jesu Christo grátias agens, gládio cæsus est : ac multis post mortem miráculis cláruit. Memoria. In Mesopotámia : sancti Athenodóri mártyris. Qui sub eódem Diocletiáno, et Eléusio præside ígnibus cruciátus, et áliis supplíciis tortus ; demum cápitis damnátus : cum cárnifex corruísset, nec ullus álius gládio illum feríre ausus esset, orans obdormívit in Dómino. Lugdúni : sancti Veráni Epíscopi, cujus vita fide et virtútum méritis fuit illústris. In província Sámnii : beáti Mennæ Solitárii, cujus virtútes et mirácula sanctus Gregórius Papa commémorat. Die 11.

Prídie Idus Novémbris : Luna A X

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

ROMÆ : Dedicátio basílicæ Salvatóris, cujus dies ágitur quinto Idus Novémbris. Festum Duplex. Natális sancti Martíni Papæ et mártyris. Qui Romæ coácta Synodo, cum Sérgium, Paulum, et Pyrrhum hæréticos Die 12.

damnásset, jussu Constántis imperatóris hærétici per fraudem captus, et Constantinópolim perdúctus : in Chersonésum relegátus est. Ubi ob Cathólicam fidem ærúmnis conféctus vitam finívit : multísque miráculis cláruit. Cujus corpus póstea Romam translátum : in ecclésia sanctórum Silvéstri et Martíni cónditum fuit. In território Senonénsi : sancti Patérni mártyris. In portu Gandénsi : sancti Livíni Epíscopi et mártyris. In Polónia : sanctórum mártyrum Benedícti, Joánnis, Matthæi, Isaac, et Christíni Eremitárum. Colóniæ : depósitio sancti Cunibérti Epíscopi. Turiasóne in Hispánia Tarraconénsi : beáti Æmiliáni Presbyteri, qui innúmeris miráculis cláruit. Cujus admirábilem vitam sanctus Bráulio Cæsaraugustánus Epíscopus descrípsit. Constantinópoli : sancti Nili Abbátis. Qui ex præfécto Urbis factus Mónachus : sub Theodósio junióre doctrína et sanctitáte cláruit.

ix B Idibus Novémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

Die 13. COMPLUTI in Hispánia : sancti Dídaci confessóris Ordinis Minórum, quem Xystus Quintus Sanctórum catálogo adscrípsit. * Festum Simplex. Ravénnæ : natális sanctórum mártyrum Valentíni, Solutóris, et Victóris, qui sub Diocletiáno imperatóre passi sunt. Aquis in província Narbonénsi : beáti Mítrii claríssimi mártyris. Cæsaréæ in Palæstína : sanctórum Antoníni, Zebínæ, Germáni, et Ennáthæ vírginis ; quæ sub Galério Maximiáno verbéribus cæsa : igne cremáta est. Illi vero, cum líbera voce Firmiliánum præsidem diis immolántem impietátis argúerent : cápite cæsi sunt. In Africa : sanctórum mártyrum Arcádii, Paschásii, Probi, et Euty-

* Natalis dies fuit heri.

iáni Hispanórum. Qui cum in persecutióne Wandá-
ı in Ariánam perfidiam nullátenus declináre pate-
ıtur : a Genseríco rege Ariáno primum proscrípti,
nde in exsílium acti ; atque atrocíssimis supplíciis
ıciáti : postrémo divérso mortis génere interémpti
ıt. Tunc et Paulílli puéruli, germáni sanctórum Pa-
ıásii et Eutychiáni, constántia enítuit. Qui cum a
e Cathólica divélli non posset : fústibus diu cæsus,
ad ínfimam servitútem damnátus est. Romæ : sancti
colái Papæ et confessóris. Turónis : sancti Brítii
ıíscopi, discípuli beáti Martíni Epíscopi. Memoria.
léti : sancti Eugénii Epíscopi et confessóris. Cremó-
: : sancti Homobóni confessóris, quem miráculis cla-
n Innocéntius Tértius in Sanctórum númerum rétulit.

Décimo octávo Kaléndas Decémbris : Luna C VIII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

ACCABI in Sicília : beáti Joánnis Líccii confessóris Or- Die 14.
dinis Prædicatórum. Qui máxima dicéndi de rebus
ínis vi, caritáte in próximos, Rosárii propagatióne,
uláris disciplínæ stúdio, aliísque virtútibus conspí-
ıs : annos natus centum et úndecim quiévit in Dó-
ıo. Festum Duplex. Heracléæ in Thrácia : natális
ctórum mártyrum Clementíni, Theódoti, et Philó-
ni. Alexandríæ : sancti Serapiónis mártyris. Quem
secutóres crudelíssimis affecérunt supplíciis ; ita ut
nes ei junctúras membrórum prius solvéntes, de
ıerióribus domus suæ eum præcipitárent : et sic
risti martyr efficerétur. Gangræ in Paphlagónia :
cti Hypátii Epíscopi. Qui a magna Nicæna Synodo
iens, a Novatiánis hæréticis in via lapídibus impetítus:
rtyr occúbuit. Emesæ : pássio plurimárum sanctá-

rum mulíerum, quæ sub sævíssimo Arabum duce Mady ob Christi fidem crudelíssime tortæ atque necátæ sunt. Bonóniæ : sancti Jucúndi Epíscopi et confessóris. In Hibérnia : sancti Lauréntii Epíscopi Dublinénsis.

VII D Decimoséptimo Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

Die 15 COLONIÆ Agrippínæ : beáti Albérti Magni Epíscopi et confessóris, ex Ordine Prædicatórum. Cui ipsa Deípara Virgo in visu conspícua revelávit : Deum disposuísse per ejus doctrínam miríflce suam illustráre Ecclésiam. Váriis in vita et post mortem cláruit miráculis. Festum Duplex. Eódem die : natális sancti Eugénii Epíscopi Toletáni et mártyris, beáti Dionysii Areopagítæ discípuli. Qui in território Parisiénsi consummáto martyrii cursu : beátæ passiónis corónam percépit a Dómino. Cujus corpus Tolétum póstea fuit translátum. Nolæ in Campánia : beáti Felícis Epíscopi et mártyris. Qui a quintodécimo ætátis suæ anno miraculórum glória cláruit : et sub Marciáno præside cum áliis trigínta agónem martyrii complévit. Edéssæ in Syria : sanctórum mártyrum Gúriæ et Samónæ, sub Diocletiáno imperatóre et Antoníno præside. Ibídem : pássio sancti Abibi Diáconi. Qui sub Licínio imperatóre et Lysánia præside únguibus lacerátus : in ignem conjéctus est. In Británnia : natális sancti Machúti Epíscopi, qui a primævo ætátis suæ tirocínio miráculis emícuit. In Austria : sancti Leopóldi ejúsdem provínciæ marchiónis, quem Innocéntius Octávus Sanctórum número adscrípsit.

Sextodécimo Kaléndas Decémbris : Luna E VI

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

FERRARIÆ : beátæ Lucíæ de Nárnia vírginis Ordinis sancti Patris Domínici, cujus corpus incorrúptum Ferráriæ summa veneratióne cólitur. Obiit décimo séptimo Kaléndas Decémbris : sed ejus festívitas hódie celebrátur. Festum Duplex. Sanctórum mártyrum Elpídii, Marcélli, Eustóchii, et sociórum. Ex quibus Elpídius, cum esset órdinis senatórii, et coram Juliáno Apóstata Christiánam fidem constantíssime profiterétur; primum equis indómitis una cum sóciis alligátus atque pertráctus : deínde in ignem conjéctus, gloriósum martyrium consummávit. Lugdúni : natális sancti Euchérii Epíscopi et confessóris, viri admirándæ fidei et doctrínæ. Qui ex nobilíssimo senatórum órdine ad religiósam vitam habitúmque convérsus ; diu intra septa spelúncæ sponte conclúsus, in oratiónibus et jejúniis Christo servívit : deínde ad præfátam urbem in Pontificáli cáthedra, reveláute Angelo, solémniter collocátus est. Cantuáriæ in Anglia : sancti Edmúndi Epíscopi, cujus sanctitátem Deus miraculórum magnitúdine declarávit. Eódem die : depositio sancti Othmári Abbátis. ✠ Die 16.

Quintodécimo Kaléndas Decémbris : Luna F

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

NEOCÆSAREÆ in Ponto : natális sancti Gregórii Epíscopi. Qui doctrína et sanctitáte illústris, propter signa atque mirácula, quæ cum multa Ecclesiárum glória perpetrávit : Thaumatúrgus est appellátus. Festum Duplex. Die 17.

Córdubæ : sanctórum mártyrum Acíscli et Victóriæ germanórum. Qui in persecutióne Diocletiáni jussu Diónis præsidis sævíssime cruciáti : corónas a Dómino illústri passióne meruérunt. Alexandríæ : sancti Dionysii Epíscopi, summæ eruditiónis viri. Qui multis confessiónibus clarus, et pro passiónum tormentorúmque diversitáte magníficus : plenus diérum conféssor quiévit, Valeriáni et Galliéni imperatórum tempóribus. Aureliánis : sancti Aniáni Epíscopi, cujus mortem in conspéctu Dómini pretiósam mirácula crebra testántur. In Británnia : sancti Hugónis Epíscopi. Qui ex Mónacho Carthusiáno ad Ecclésiam Lincolniénsem regéndam vocátus : multis cláruit miráculis, et sancto fine quiévit. Turónis : sancti Gregórii Epíscopi. Floréntiæ : sancti Eugénii confessóris, Diáconi beáti Zenóbii ejúsdem civitátis Epíscopi.

IV G Quartodécimo Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

Die 18. ROMÆ : Dedicátio basilicárum sanctórum Apostolórum Petri et Pauli. Quarum primam in ampliórem formam restitútam Urbánus Octávus, hac ipsa recurrénte die ; álteram vero miserándo incéndio pénitus consúmptam, ac magnificéntius reædificátam Pius Nonus die décima Decémbris, transláta tamen in præséntem diem anniversária commemoratióne : solémni ritu consecrávit. Festum Duplex. Antiochíæ : natális sancti Románi mártyris. Qui témpore Galérii imperatóris, cum Asclepíades præféctus in ecclésiam irrúmperet, cámque fúnditus conarétur evértere : céteros Christiános hortátus, ut ei contradícerent ; post dira torménta, et linguæ abscissiónem (sine qua tamen Dei præcónia loquebátur)

in cárcere láqueo strangulátus : célebri martyrio coronátur. Passus est étiam ante ipsum puérulus nómine Bárula : qui ab eo interrogátus, utrum mélius esset unum Deum cólere, an plures Deos ; cum in unum Deum, quem Christiáni colunt, credéndum esse respondísset : verbéribus cæsus, jussus est decollári. Item Antiochíæ : sancti Hesychii mártyris. Qui cum esset miles, et præcéptum audísset, ut quisquis non sacrificáret idólis, cíngulum milítiæ depóneret : repénte cíngulum solvit. Ob quam causam ligáto in déxtera ejus ingénti saxo : in flúvium præcipitári jussus est. Item Antiochíæ : sancti Thomæ Mónachi, quem Antiochéni, ob pestem ejus précibus sedátam, solemnitáte ánnua coluérunt. Lucæ in Túscia : translátio sancti Frigdiáni Epíscopi et confessóris. Item : Octáva sancti Martíni Epíscopi. Simplex. ✠

Tertiodécimo Kaléndas Decémbris : Luna **A** iii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

In óppido Marpurg in Germánia : depositio sanctæ Die 19.
Elísabeth víduæ, Andréæ regis Hungarórum fíliæ. Quæ pietátis opéribus assídue inténta : miráculis clara migrávit ad Dóminum. Festum Duplex. Eódem die : natális beáti Pontiáni Papæ et mártyris. Qui ab Alexándro imperatóre cum Hippólyto Presbytero in Sardíniam deportátus : ibídem fústibus mactátus, martyrium consummávit. Corpus vero ejus a beáto Fabiáno Papa Romam delátum : atque in cœmetério Callísti sepúltum est. Samáriæ : sancti Abdíæ Prophétæ. Romæ via Appia : natális sancti Máximi Presbyteri et mártyris. Qui in persecutióne Valeriáni passus : pósitus est ad sanctum Xystum. Cæsaréæ in Cappadócia : sancti Bárlaam már-

tyris. Qui agréstis licet et rudis, Christi sapiéntia munítus tyránnum vicit : et ignem ipsum fidei constántia superávit. In cujus die natáli sanctus Basílius Magnus célebrem hábuit oratiónem. In civitáte Astiagénsi : beáti Crispíni Epíscopi, qui cápite amputáto, martyrii glóriam adéptus est. Viénnæ : sanctórum mártyrum Severíni, Exsupérii, et Feliciáni. Quorum córpora post multa annórum currícula, ipsis reveléntibus, invénta, et a Pontífice, Clero et pópulo illíus urbis honorífice subláta : condígno honóre cóndita sunt. Eódem die : sancti Fáusti Diáconi Alexandríni. Qui primum in persecutióne Valeriáni cum sancto Dionysio in exsílium missus ; deínde in persecutióne Diocletiáni ætáte longævus : gládio animadvérsus martyrium consummávit.

ii B Duodécimo Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

Die 20. SANCTI Felícis de Valois confessóris. Festum Duplex. Messánæ in Sicília : sanctórum mártyrum Ampéli et Cáii. Tauríni : sanctórum mártyrum Octávii, Solutóris, et Adventóris, Thebánæ legiónis mílitum ; qui sub Maximiáno imperatóre egrégie decertántes : martyrio coronáti sunt. Cæsaréæ in Palæstína : sancti Agápiti mártyris. Qui sub Galério Maximiáno imperatóre damnátus ad béstias, et ab iis nil læsus : lapídibus ad pedes appénsis, in mare demérgitur. Heracléæ in Thrácia : sanctórum mártyrum Bassi, Dionysii, Agápiti, et aliórum quadragínta. In Anglia : sancti Eadmúndi regis et mártyris. Constantinópoli : sancti Gregórii Decapolítæ, qui ob cultum sanctárum imáginum multa passus est. Cabilóne : sancti Silvéstri Epíscopi. Qui quadragésimo secúndo sui Sacerdótii anno, plenus diérum atque virtútum : migrávit ad Dóminum.

Undécimo Kaléndas Decémbris : Luna C

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

Hierosolymis : Præsentátio beátæ Dei genitrícis Vírginis Maríæ in templo. Festum totum Duplex. Eódem die: natális beáti Rufi, de quo sanctus Paulus Apóstolus ad Romános scribit. Rhemis : sancti Albérti Epíscopi Leodiénsis et mártyris, qui pro tuénda Ecclesiástica libertáte necátus est. In Hispánia : sanctórum mártyrum Honórii, Eutychii, et Stéphani. Romæ : sancti Gelásii Papæ, doctrína et sanctitáte conspícui. In monastério Bobiénsi : deposítio sancti Columbáni Abbátis. Qui multórum cœnobiórum fundátor, plurimórum Monachórum éxstitit pater : multísque virtútibus clarus in senectúte bona quiévit. ✠ Die 21

Décimo Kaléndas Decémbris : Luna D

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

Romæ : sanctæ Cæcíliæ vírginis et mártyris. Quæ sponsum suum Valeriánum, et fratrem ejus Tibúrtium ad credéndum in Christum perdúxit : et ad martyrium incitávit. Hanc Almáchius Urbis præféctus post eórum martyrium tenéri, atque illústri passióne post ignem superátum gládio fecit consummári : témpore Marci Aurélii Sevéri Alexándri imperatóris. Festum Duplex. Colóssis in Phrygia : sanctórum Philémonis et Apphiæ, sancti Pauli discipulórum. Qui sub Neróne imperatóre, cum Gentíles, in die festo Diánæ, invasíssent ecclésiam, céteris fugiéntibus tenti ; jussu Artoclis præsidis verbéribus cæsi, et in fóveam usque ad renes inclúsi : lapídi- Die 22.

bus opprimúntur. Item Romæ : sancti Mauri mártyris. Qui ex Africa véniens ad sepúlcra Apostolórum : sub Numeriáno imperatóre et Celeríno Urbis præfécto agonizávit. Augustodúni : sancti Pragmátii Epíscopi et confessóris.

XXIX E Nono Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

Die 23. NATALIS sancti Cleméntis Papæ. Qui tértius post beátum Petrum Apóstolum Pontificátum ténuit ; et in persecutióne Trajáni apud Chersonésum relegátus : ibi alligáta ad collum ejus ánchora in mare præcipitátus, martyrio coronátur. Cujus corpus Nicoláo Primo Pontífice Romam translátum : in ecclésia, quæ ejus nómine ántea fúerat exstrúcta, honorífice recónditum est. Festum Duplex. Romæ : sanctæ Felicitátis, matris septem filiórum mártyrum, quæ post eos, jubénte Marco Antoníno imperatóre, decolláta est pro Christo. Emeritæ in Hispánia : sanctæ Lucrétiæ vírginis et mártyris, quæ in persecutióne Diocletiáni sub Daciáno præside martyrium consummávit. Icónii in Lycaónia : sancti Amphilóchii Epíscopi. Qui sanctórum Basílii et Gregórii Nazianzéni in erémo sócius, et in Episcopátu colléga : post multa certámina pro Cathólica fide suscépta, sanctitáte et doctrína clarus quiévit in pace. Agrigénti : deposítio sancti Gregórii Epíscopi. In pago Hasbánio : sancti Trudónis Presbyteri et confessóris.

Octávo Kaléndas Decémbris : Luna F xxviii

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

UBEDÆ in Hispánia : sancti Joánnis a Cruce Confessóris, in Carmelitárum reformatióne sanctæ Terésiæ sócii. Cujus dies natális décimo nono Kaléndas Januárii recensétur : ejus tamen festum, jussu Cleméntis Papæ Duodécimi, hac die celebrátur. Festum Duplex. Natális sancti Chrysógoni mártyris. Qui post longa víncula, et cárceres pro constantíssima Christi confessióne tolerátos : jubénte Diocletiáno, Aquiléiam perdúctus, ibídem cápite cæsus, et in mare projéctus martyrium consummávit. Memoria. Romæ : sancti Crescentiáni mártyris, qui in passióne beáti Marcélli Papæ légitur. Amériæ in Umbria : sanctæ Firmínæ vírginis et mártyris. Quæ in persecutióne Diocletiáni várie cruciáta; demum suspénsa, et lampádibus ardéntibus adústa : spíritum réddidit. Córdubæ : sanctárum vírginum et mártyrum Floræ et Maríæ, quæ post diutúrnos cárceres in persecutióne Arábica gládio interémptæ sunt. Perúsiæ : sancti Felicíssimi mártyris. Medioláni : sancti Protási Epíscopi. Qui apud Constántem imperatórem, et in Concílio Sardicénsi causam Athanásii defféndit ; ac pro Ecclésia sibi commíssa, et pro religióne multis perfúnctus labóribus : migrávit ad Dóminum. In castro Blávio : sancti Románi Presbyteri, cujus sanctitátis præcónium miraculórum glória declárat. In território Arvernénsi : sancti Portiáni Abbátis, qui sub Theodoríco rege miráculis cláruit. Die 24.

XXVII G Séptimo Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

Die 25. NATALIS sanctæ Catharínæ vírginis et mártyris. Quæ ob fidei Christiánæ confessiónem Alexandríæ sub Maximíno imperatóre in cárcerem trusa; et póstmodum scorpiónibus diutíssime cæsa : tandem cápitis obtruncatióne martyrium complévit. Cujus corpus in montem Sínai ab Angelis mirabíliter delátum : ibídem frequénti Christianórum concúrsu pia veneratióne cólitur. Festum totum Duplex. Romæ : sancti Móysis Presbyteri et mártyris, quem cum áliis deténtum in cárcere sanctus Cypriánus per lítteras sæpe est consolátus. Is cum non tantum advérsus Gentíles, sed étiam advérsus schismáticos, et hæréticos Novatiános infrácto ánimo stetísset : demum, ut sanctus Cornélius Papa testátur, in persecutióne Décii exímio et admirábili martyrio decorátus est. Antiochíæ : sancti Erásmi mártyris. Cæsaréæ in Cappadócia : pássio sancti Mercúrii mílitis. Qui custodiéntis se Angeli patrocínio et bárbaros vicit, et Décii sævítiam superávit; multísque auctus tormentórum tropæis : martyrio coronátus migrávit in cælum.

XXVI 25 A Sexto Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

Die 26. NEAPOLI in Campánia : natális sancti Andréæ Avellíni Clérici Reguláris, sanctitáte et stúdio procurándæ proximórum salútis percélebris. Quem miráculis clarum Clemens Undécimus Sanctórum catálogo adscrípsit. Festum Duplex. Alexandríæ : natális sancti Petri ejúsdem

urbis Epíscopi. Qui cum esset ómnibus virtútibus exornátus: sub Galério Maximiáno cápite obtruncátur. Passi sunt étiam Alexandríæ in eádem persecutióne sancti mártyres Faustus Présbyter, Dídius, et Ammónius; itémque Phíleas, Hesychius, Pachómius, et Theodórus Epíscopi Ægyptii, cum áliis sexcéntis sexagínta: quos persecutiónis gládius evéxit ad cælos. Patávii: sancti Bellíni Epíscopi et mártyris. Augustodúni: sancti Amatóris Epíscopi. Apud Fabriánum in Picéno: beáti Silvéstri Abbátis, institutóris Congregatiónis Monachórum Silvestrinórum. In território Rheménsi: natális sancti Básoli confessóris. Hadrianópoli in Paphlagónia: sancti Styliáni Anachorétæ miráculis clari. In Arménia: sancti Nicónis Mónachi.

Quinto Kaléndas Decémbris: Luna B XXV XXIV

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P	.
26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6	

ALBÆ Pompéiæ in Subalpínis: beátæ Margarítæ de Die 27.
Sabáudia víduæ. Quæ régia stirpe génita, spreto sæculi principátu, splendidissimísque núptiis invícte recusátis, Ordinem sancti Patris Domínici ampléxa; calúmnias, ægritúdines, persecutiónes e cælo, sub trium lanceárum typo, sibi præosténsas fórtiter excépit: ac per arctam patiéntiæ sémitam Paradísum ádiit. Festum Duplex. Bonóniæ: sanctórum mártyrum Vitális et Agrícolæ. Quorum prior posterióris servus ántea fuit: póstea consors et colléga martyrii. In quem persecutóres ómnia tormentórum génera exercuérunt: ita ut non esset in córpore ejus sine vúlnere locus; quæ constánter pérferens: in oratióne spíritum Deo réddidit. Agrícolam vero plúrimis clavis cruci affigéntes: interemérunt. Eórum translatióni sanctus Ambrósius cum interésset;

mártyris clavos, sánguinem triumphálem, et crucis lignum se collegísse refert : ac sub sacris altáribus condidísse. Quorum festum fuit prídie Nonas Novémbris. Memoria. In Pérsia : sancti Jacóbi Intercísi, mártyris conspícui. Qui témpore Theodósii junióris, cum in grátiam Isdegérdis regis Christum negásset, et proptérea mater ejus et uxor ab ipsíus se consuetúdine subtraxíssent : in se revérsus, pro Christi confessióne regem ádiit ; a quo iráto membrátim jussus est concídi : et cápite obtruncári. Quo témpore innúmeri álii mártyres ibídem passi sunt. In Gallécia apud Cæam flúvium : sanctórum Facúndi et Primitívi, filiórum sancti Marcélli mártyris, qui sub Diocletiáno imperatóre et Attico præside passi sunt. Apud Régium Lépidi : * sancti Máximi Epíscopi et confessóris. Qui a primæva ætáte omni grátia virtútum prǽditus ; primum Lirinénsis cœnóbii pater, deínde Rhegiénsis Ecclésiæ Epíscopus : signis et prodígiis ínclytus éxstitit. Apud Indos Persis finítimos : sanctórum Bárlaam et Jósaphat, quorum actus mirándos sanctus Joánnes Damascénus conscrípsit.

* Alias Rhegium in Gallia Narbonensi.

XXIII C Quarto Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

Die 28. ROMÆ : sancti Rufi, quem cum omni família sua Diocletiánus Christi mártyrem fecit. Apud Corínthum: natális sancti Sósthenis, discípuli beáti Pauli Apóstoli, cujus mentiónem facit idem Apóstolus Corínthiis scribens. Hic ex príncipe Synagógæ convérsus ad Christum, ante Galliónem procónsulem ácriter verberátus : præcláro inítio fidei suæ primórdia consecrávit. In Africa : sanctórum mártyrum Papiniáni et Mansuéti Episcopórum. Qui témpore Wandálicæ persecutiónis sub Gense-

rico rege Ariáno pro fidei Cathólicæ defensióne : candéntibus ferri láminis toto córpore adústi, gloriósum agónem consummárunt. Quo étiam témpore álii sancti Epíscopi Valeriánus, Urbánus, Crescens, Eustáchius, Crescónius, Crescentiánus, Felix, Hortulánus, et Florentiánus : exsílio damnáti, cursum vitæ suæ implevérunt. Constantinópoli : sanctórum mártyrum Stéphani junióris, Basílii, Petri, Andréæ, et sociórum trecentórum et trigintanóvem Monachórum. Qui sub Constantíno Coprónymo pro sanctárum imáginum cultu váriis excruciáti supplíciis : veritátem Cathólicam effúso sánguine confirmárunt. Romæ : beáti Gregórii Papæ Tértii. Qui sanctitáte meritísque præclárus : migrávit in cælum.

Tértio Kaléndas Decémbris : Luna D XXII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

MANTUÆ : beáti Jacóbi de Benefáctis Epíscopi et con- Die 29.
fessóris Ordinis Prædicatórum ; qui ob boni pastóris múnia perfécte expléta : Patris páuperum nomen, et sui gregis amórem sibi proméruit. Festum Duplex. Vigília sancti Andréæ Apóstoli. Romæ via Salária : natális sanctórum mártyrum Saturníni senis, et Sisínii Diáconi sub Maximiáno príncipe. Quos diu in cárcere macerátos jussit præféctus Urbis in equúleum levári : et áttrahi nervis, et fústibus ac scorpiónibus cædi ; deínde eis flammas appóni : et depósitos de equúleo cápite truncári. Tolósæ : sancti Saturníni Epíscopi. Qui tempóribus Décii in Capitólio ejúsdem urbis a Pagánis tentus, atque a summa Capitólii arce per omnes gradus præcipitátus ; cápite collíso, excussóque cérebro, et toto córpore dilaniáto : dignam Christo ánimam réddidit. Memoria. Ancyræ : sancti Philómeni mártyris. Qui in

persecutióne Aureliáni imperatóris sub Felíce præside igne probátus : mánibus pedibúsque, ac demum cápite clavis confixo, martyrium consummávit. ✠

XXI E Prídie Kaléndas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

Die 30. APUD Patras Acháiæ : natális sancti Andréæ Apóstoli, qui in Thrácia et Scythia Christi Evangélium prædicávit. Is ab Ægéa procónsule comprehénsus : primo in cárcere clausus est, deínde gravíssime cæsus; ad últimum in cruce suspénsus : in ea pópulum docens bíduo supervíxit. Et rogáto Dómino, ne eum síneret de cruce depóni ; circúmdatus magno splendóre de cælo : abscedénte póstmodum lúmine emísit spíritum. Festum totum Duplex. Constantinópoli : sanctæ Mauræ vírginis et mártyris. Apud Sántonas : sancti Troiáni Epíscopi, magnæ sanctitátis viri ; qui sepúltus in terris : in cælo se vívere multis virtútibus maniféstat. Romæ : sancti Constántii confessóris. Qui fórtiter Pelagiánis resístens, eórum factióne multa pértulit : quæ illum sanctis Confessóribus sociárunt.

DECEMBER.

Kaléndis Decémbris : Luna — F xx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

NAHUM Prophétæ in Bégabar quiescéntis. Romæ : sanctórum mártyrum Diodóri Presbyteri et Mariáni Diáconi, cum áliis plúribus, qui jubénte Numeriáno príncipe martyrii glóriam meruérunt. Eódem die : sancti Ansáni mártyris. Qui sub Diocletiáno imperatóre Romæ Christum conféssus, et in cárcerem trusus; deínde Senas in Túscia perdúctus: ibídem cápitis obtruncatióne martyrii cursum perfécit. Nárniæ : sancti Próculi Epíscopi et mártyris, qui post multa egrégia ópera a Tótila Gothórum rege jussus est decollári. In civitáte Casalénsi : sancti Evásii Epíscopi et mártyris. Medioláni : sancti Castritiáni Epíscopi, qui in máxima Ecclésiæ perturbatióne virtútum méritis, ac rerum pie religioséque gestárum laude enítuit. Noviómi in Bélgio : sancti Elígii Epíscopi, cujus vitam admirándam múltiplex signórum númerus comméndat. Eódem die : sanctæ Natáliæ uxóris beáti Hadriáni mártyris. Quæ sub Diocletiáno imperatóre sanctis martyribus Nicomedíæ in cárcere deténtis, multo témpore ministrávit ; impletóque eórum certámine Constantinópolim profécta : ibídem in pace quiévit. ✠ Die 1.

XIX G Quarto Nonas Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11

Die 2. ROMÆ : pássio sanctæ Bibiánæ vírginis. Quæ sub Juliáno imperatóre sacrílego, ob Christum támdiu plumbátis cæsa est: donec rédderet spíritum. Festum Simplex. In Africa : natális sanctórum mártyrum Sevéri, Secúri, Januárii, et Victoríni, qui ibídem martyrio coronáti sunt. Aquiléiæ : sancti Chromátii Epíscopi et confessóris. Apud Forum Cornélii : sancti Petri Epíscopi Ravennátis, cognoménto Chrysólogi, doctrína et sanctitáte célebris. Edéssæ : sancti Nonni Epíscopi, cujus précibus Pelágia Pœnitens ad Christum convérsa est. Tróade in Phrygia : sancti Silváni Epíscopi, miráculis clari. Item : Octáva sanctæ Catharínæ vírginis et mártyris. Simplex.

XVIII A Tértio Nonas Decémbris: Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

Die 3. IN Sanciáno Sinárum ínsula : sancti Francísci Xavérii, Societátis Jesu, Indiárum Apóstoli. * Festum Duplex. In Judæa : sancti Sophoníæ Prophétæ. Romæ : sanctórum mártyrum Cláudii tribúni, et uxóris ejus Hiláriæ, ac filiórum Jásonis et Mauri, cum septuagínta milítibus. Ex quibus Cláudium jussit Numeriánus imperátor ingénti saxo alligátum in flumen præcípitem dari : mílites vero, et filios ipsíus Cláudii, capitáli senténtia puníri. Beáta autem Hilária, cum filiórum córpora sepelísset, ad eórum sepúlcrum orans ; paulo post a Pagánis tenta : migrávit ad Dóminum. Tingi in Mauritánia : pássio sancti Cassiáni mártyris. Qui exceptóris diu gerens

* Natalis fuit IV. Nonas Decembris

XVI C Nonis Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N
5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13

Die 5. MUTALE in Cappadócia : sancti Sabæ Abbátis. Qui i Palæstína miro sanctitátis exémplo refúlsit : et pı fide Cathólica advérsus impugnántes sanctam Synodui Chalcedonénsem strénue laborávit. Thebéste in Africa sanctæ Crispínæ nobilíssimæ féminæ. Quæ tempóribu Diocletiáni et Maximiáni cum sacrificáre nollet : juss Anolíni procónsulis decolláta est. Quam sanctus Au gustínus sæpe láudibus célebrat. Thagúræ in Africa sanctórum mártyrum Júlii, Potámiæ, Crispíni, Felícis Grati, et aliórum septem. Nicææ apud Varum flúvium sancti Bassi Epíscopi. Qui in persecutióne Décii et Va leriáni a Perénnio præside ob Christi fidem equúlec tortus, láminis candéntibus ustus, fústibus et scorpiónibus cæsus ; in ignem injéctus, cum evasísset illæsus : duóbus clavis confixus, illústre martyrium consummávit. Papíæ : sancti Dalmátii Epíscopi et mártyris, qu in persecutióne Maximiáni passus est. Corfínii in Pelígnis: sancti Pelíni Epíscopi Brundusíni. Qui sub Juliánc Apóstata, cum ejus oratióne Martis templum corruísset a templórum pontifícibus diríssime cæsus, atque octogínta et quinque vulnéribus confóssus : martyrii corónam proméruit. Tréviris : sancti Nicétii Epíscopi, mira sanctitátis viri. Polyboti in Asia: sancti Joánnis Epíscopi cognoménto Thaumatúrgi.

Octávo Idus Decémbris : Luna D XV

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

TYRÆ, quæ est metrópolis Lyciæ : natális sancti Ni- Die 6.
colái Epíscopi et confessóris. De quo inter plura raculórum insígnia illud memorábile fertur; quod peratórem Constantínum ab intéritu quorúmdam se vocántium : longe constitútus, ad misericórdiam per ıum mónitis defléxit et minis. Festum totum Duplex. Africa : sanctárum mulíerum Dionysiæ, Datívæ, Leóne, et religiósi viri nómine Tértii, Æmiliáni médici, et nifácii, cum áliis tribus. Qui omnes in persecutióne andálica sub Hunneríco rege Ariáno pro defensióne thólicæ fidei gravíssimis et innúmeris supplíciis cruiti : confessórum Christi número sociári meruérunt. ídem : sancti Majórici, fílii sanctæ Dionysiæ. Qui cum set adolescéntulus, ac torménta pavésceret; matris tútibus verbísque corroborátus : céteris fórtior factus, torméntis réddidit spíritum. Quem amplexáta mater mi sepelívit : et ad ejus sepúlcrum assídue oráre nsuévit. Romæ : sanctæ Aséllæ vírginis. Quæ (ut beás Hierónymus scribit) ab útero matris benedícta : am in jejúniis et oratiónibus usque ad senéctam proxit.

Séptimo Idus Decémbris : Luna E XIV

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

MEDIOLANI : Ordinátio sancti Ambrósii Epíscopi, et Ec- Die 7.
clésiæ Doctóris, cujus sanctitáte et doctrína univer-

sális Ecclésia decorátur. Festum Duplex. Alexandríæ: natális beáti Agathónis militáris. Qui in persecutióne Décii, cum prohibéret quosdam voléntes illúdere cadavéribus mártyrum : clamor repénte totíus vulgi advérsus eum extóllitur. Oblátus autem júdici, cum in confessióne Christi persísteret : cápite pro pietáte damnátus est. Tubúrbi in Africa : sancti Servi mártyris. Qui in persecutióne Wandálica sub Hunneríco rege Ariáno fústibus diutíssime cæsus, tróchleis frequénter in sublíme elevátus; atque ictu céleri super sílices póndere córporis dimíssus, et lapídibus acutíssimis perfricátus : martyrii palmam adéptus est. Apud Sántonas in Gállia : sancti Martíni Abbátis, ad cujus túmulum crebérrima divínitus fiunt mirácula. In pago Meldénsi : sanctæ Pharæ vírginis. Item : Octáva sancti Andréæ Apóstoli. Memoria.

XIII F Sexto Idus Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

Die 8. IMMACULATA Concéptio gloriósæ semper vírginis genitrícis Dei Maríæ. Festum totum Duplex. Romæ : beáti Eutychiáni Papæ. Qui per divérsa loca trecéntos quadragínta duos Mártyres manu sua sepelívit; quibus et ipse sociátus, sub Numeriáno imperatóre martyrio coronátus est : et in cœmetério Callísti sepúltus. Alexandríæ : sancti Macárii mártyris. Qui témpore Décii, cum a júdice multis verbis ad negándum Christum suaderétur; et eo majóri constántia fidem suam profiterétur : vivus ad últimum jubétur exúri. Tréviris : sancti Euchárii discípuli beáti Petri Apóstoli, et primi ejúsdem civitátis Epíscopi. In Cypro : sancti Sophrónii Epíscopi ; qui pupillórum, orphanórum, ac viduárum defénsor miríficus : et páu-

rum atque oppressórum ómnium adjútor fuit. In mostério Luxoviénsi : sancti Romaríci Abbátis. Qui cum aula Theodobérti regis primus esset : renúntians sæculo, Monástica étiam observántia céteris antecélluit.

Quinto Idus Decémbris : Luna G XII

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

ᒣOLETI in Hispánia : natális sanctæ Leocádiæ vírginis Die 9.
et mártyris. Quæ in persecutióne Diocletiáni impetóris a præfécto Hispaniárum Daciáno dira cárceris ıstódia macerála; cum gravíssimos beátæ Euláliæ et liquórum mártyrum cruciátus audísset : génibus in atióne pósitis, impollútum spíritum Christo réddidit. Africa : sanctórum mártyrum Petri, Succéssi, Bassiá-, Primitívi, et aliórum vigínti. Verónæ : sancti Próıli Epíscopi. Qui in persecutióne Diocletiáni cólaıis ac fústibus cæsus, et civitáte pulsus : tandem ad cclésiam suam restitútus, quiévit in pace. Papíæ : sani Syri primi ejúsdem civitátis Epíscopi, qui Apostólicis ʒnis et virtútibus cláruit. Apaméæ in Syria : beáti Juíni Epíscopi, qui témpore Sevéri sanctitáte refúlsit. ꞔtragóricis in Gállia : sancti Cypriáni Abbátis, magnæ nctitátis viri. Naziánzi : sanctæ Gorgóniæ, soróris ꞔáti Gregórii Theólogi, cujus ipse virtútes et mirácula ınscrípsit.

Quarto Idus Decémbris : Luna A XI

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

AURETI in Picéno : translátio sacræ Domus Dei geni- Die 10.
ɹ trícis Maríæ, in qua Verbum caro factum est. Fe-

stum totum Duplex. Romæ : sancti Melchíadis Papæ. Qui in persecutióne Maximiáni multa passus : réddita Ecclésiæ pace quiévit in Dómino. Eódem die : sanctórum mártyrum Carpóphori Presbyteri et Abúndii Diáconi. Qui in persecutióne Diocletiáni primo fústibus crudelíssime cæsi, deínde in cárcerem, negáto cibo et potu, retrúsi : et rursum in equúleo torti; et post hæc diu in cárcere maceráti : novíssime gládio percússi sunt. Emérita in Hispánia : pássio sanctæ Euláliæ vírginis. Quæ sub Maximiáno imperatóre, cum esset annórum duódecim, jussu Daciáni præsidis pro confessióne Christi plúrima torménta perpéssa est : novíssime in equúleo suspénsa, et exunguláta; fáculis ardéntibus ex utróque látere appósitis : hausto igne spíritum réddidit. Item ibídem : sanctæ Júliæ vírginis et mártyris; quæ beátæ Euláliæ sócia fuit : et illi ad passiónem properánti comes indivídua adhæsit.

x B Tértio Idus Decémbris : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	·N	P
11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

Die 11. ROMÆ : sancti Dámasi Papæ et confessóris. Qui Apollinárem hæresiárcham damnávit : et Petrum Epíscopum Alexandrínum fugátum restítuit; multa étiam sanctórum mártyrum córpora invénit : eorúmque memórias vérsibus exornávit. Memoria. Item Romæ : pássio sancti Thrasónis. Qui cum Christiános laborántes in thermis, aliísque opéribus públicis fatigátos, et in cárcere pósitos de suis facultátibus áleret; jubénte Maximiáno tentus : cum áliis duóbus Pontiáno et Prætextáto martyrio coronátus est. Ambiáni : sanctórum mártyrum Victoríci et Fusciáni sub eódem imperatóre. In quorum náribus et áuribus jussit Ríctius Varus præses immítti

tarínchas; et clavis ardéntibus témpora transfigi : deínde óculos evélli; ac póstmodum eórum córpora juculári : sicque una cum sancto Gentiáno eórum hóspite, capítibus amputátis, migravérunt ad Dóminum. In Hispánia : sancti Eutychii mártyris. Placéntiæ : sancti Sabíni Epíscopi, miráculis clari. Constantinópoli : sancti Daniélis Stylítæ. ✠

Prídie Idus Decémbris : Luna Cix

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

ROMÆ : sancti Synésii mártyris. Qui témpore beáti Die 12.
Xysti Papæ Lector ordinátus, cum multos convertísset ad Christum ; apud Aureliánum imperatórem accusátus : gládio percússus, martyrii corónam accépit. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Epímachi et Alexándri. Qui sub Décio imperatóre, cum fuíssent multo témpore in vínculis, et divérsis supplíciis affécti perdurássent in fide : ígnibus tandem consúmpti sunt. Ibídem : sanctárum Ammonáriæ vírginis, Mercúriæ, Dionysiæ, et altérius Ammonáriæ. Quarum prima in eádem Décii persecutióne, inaudítis tormentórum genéribus superátis : ferro cædénte, beátum vitæ finem percépit. Tres vero áliæ, cum judex a féminis superári erubésceret, ac dubitáret, ne éadem in illas exérceus cruciaménta, eárum étiam constántia vincerétur : statim jussæ sunt decollári. Eódem die : sanctórum mártyrum Hermógenis, Donáti, et aliórum vigínti duórum.

VIII D Idibus Decémbris : Luna

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

Die 13. SYRACUSIS in Sicília : natális sanctæ Lucíæ vírginis et mártyris, in persecutióne Diocletiáni. Quam cum lenónes, quibus jubénte Paschásio consulári trádita erat, ut a pópulo castitáti ejus illuderétur, dúcere vellent : nullátenus eam movére potuérunt; nec fúnibus ádditis : nec boum jugis plúrimis. Deínde vero picem, resínam, fervens óleum nil læsa súperans; tandem gládio in gútture percússa : martyrium consummávit. Festum totum Duplex. In Arménia: pássio sanctórum mártyrum Eustrátii, Auxéntii, Eugénii, Mardárii, et Oréstis, in persecutióne Diocletiáni. Ex quibus Eustrátius primo sub Lysia, deínde Sebáste sub Agricoláo præside una cum Oréste exquisítis torméntis cruciátus : in fornácem missus réddidit spíritum; Oréstes autem in stratum férreum ignítum pósitus : migrávit ad Dóminum. Céteri apud Arábracos sævíssimis agitáti supplíciis : sub Lysia præside diversímode martyrium consummárunt. Eórum córpora póstea Romam transláta : in ecclésia sancti Apollináris honorífice sunt collocáta. Cameráci in Gállia : sancti Authbérti Epíscopi et confessóris.

VII E Decimonóno Kaléndas Januárii : Luna

a b c d e f g h i k l m n p q r s t u
24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A B C D E F F G H M N P
14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

Die 14. ALEXANDRIÆ : sanctórum mártyrum Herónis, Arsénii, Isidóri, et Dióscori púeri. Quorum tres primos judex in persecutióne Deciána váriis torméntis dilánians : cum pari constántia vidéret armátos, tradi ígnibus ju-

ıt. Dióscorus vero multiplíciter flagellátus : divíno ıtu ad consolatiónem fidélium dimíssus est. Antioıíæ : natális sanctórum mártyrum Drusi, Zósimi, et heodóri. Rhemis : pássio sanctórum Nicásii Epíscopi, utrópiæ vírginis soróris ejus, et sociórum mártyrum, ıi a bárbaris Ecclésiæ hóstibus cæsi sunt. In Cypro sula : natális beáti Spiridiónis Epíscopi. Qui unus fuit : illis Confessóribus, quos Maximiánus déxtero óculo fósso, et sinístro póplite succíso : ad metálla damnáırat. Hic prophetíæ dono, et signórum glória ínclytus ıit : et in Nicæno Concílio philósophum éthnicum hristiánæ religióni insultántem devícit, et ad fidem erdúxit. Neápoli in Campánia : sancti Agnélli Abbátis, átia miraculórum illústris, qui obséssam urbem sæpe sus est Crucis vexíllo ab hóstibus liberáre.

Décimo octávo Kaléndas Januárii : Luna F vi

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

OCTAVA immaculátæ Conceptiónis beátæ Maríæ vírgi- Die 15.
nis. Solemnis. Ordinátio* sancti Eusébii Vercelténsis Natalis dies
píscopi et mártyris. In Africa : sancti Valeriáni Epí- est Ka-
opi. Qui cum esset annórum plus octogínta, in per- lendis Augu-
cutióne Wandálica sub Genseríco rege Ariáno, con- sti.
ntus ab eo, ut tráderet Ecclésiæ utensília ; idque nstánter renuísset : extra civitátem singuláris jussus t pelli. Cumque præcéptum esset ut nullus eum neque domo, neque in agro dimítteret habitáre ; multo mpore in strata pública nudo sub áere jacens : in conssióne et defensióne Cathólicæ veritátis cursum beátæ ítæ complévit. In território Aurelianénsi : sancti Maimíni confessóris. Apud Ibéros trans Pontum [illegible]

num : sanctæ Christiánæ ancíllæ, quæ virtúte miraculórum gentem illam témpore Constantíni ad fidem Christi perdúxit.

vG Decimoséptimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

Die 16 GENUÆ : beáti Sebastiáni Mággii Confessóris, Ordinis nostri. Qui virtútum exémplo, et prædicatióne verbi Dei : in áliquot Itáliæ úrbibus sólidam pietátem confirmávit. Festum Duplex. Trium puerórum Ananíæ, Azaríæ, et Misaélis : quorum córpora apud Babylóniam sub quodam specu sunt pósita. Ravénnæ : sanctórum mártyrum Valentíni magístri mílitum, Concórdii ejus filii, Navális, et Agrícolæ, qui in persecutióne Maximiáni pro Christo passi sunt. In Africa : pássio plurimárum sanctárum Vírginum ; quæ in persecutióne Wandálica sub Hunneríco rege Ariáno suspéndia, póndera, laminásque ignítas tolerántes: martyrii agónem felíciter consummárunt. Viénnæ : beáti Adónis Epíscopi et confessóris. Gazæ in Palæstína : sancti Irenniónis Epíscopi.

ıv A Sextodécimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

Die 17. ELEUTHEROPOLI in Palæstína : sanctórum mártyrum Floriáni, Calaníci, et sociórum quinquagínta et octo ; qui témpore Heráclii imperatóris : a Saracénis ob Christi fidem occísi sunt. Massíliæ in Gállia : beáti Lázari Epíscopi, quem Dóminus in Evangélio a mórtuis suscitásse légitur. Constantinópoli : sanctæ Olympíadis víduæ.

Andániæ apud Septem Ecclésias : beátæ Beggæ víduæ soróris sanctæ Gertrúdis. Eódem die : translátio sancti Ignátii Epíscopi et mártyris, qui tértius post beátum Petrum Apóstolum Antiochénam rexit Ecclésiam. Cujus corpus ab urbe Roma, ubi ipse sub Trajáno passus fúerat, Antiochíam delátum; extra portam Daphníticam in cœmetério ecclésiæ pósitum fuit : in qua celebritáte sanctus Joánnes Chrysóstomus conciónem ad pópulum hábuit. Póstmodum vero ejus relíquiæ rursus Romam translátæ sunt : et in ecclésia sancti Cleméntis una cum córpore ejúsdem beatíssimi Papæ et mártyris, summa veneratióne recónditæ.

Quintodécimo Kaléndas Januárii : Luna B III

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

A	B	C	D	E	**F**	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

EXSPECTATIO partus beátæ Maríæ Vírginis. Festum totum Duplex. Philíppis in Macedónia : natális sanctórum mártyrum Rufi et Zósimi. Qui ex eo número discipulórum fuérunt : per quos primitíva Ecclésia in Judæis et Græcis fundáta est. De quorum étiam felíci agóne : scribit sanctus Polycárpus in Epístola ad Philippénses. In Africa : sanctórum mártyrum Quincti, Simplícii, et aliórum, qui sub Décii et Valeriáni persecutióne passi sunt. Mopsuéstiæ in Cilícia : sancti Auxéntii Epíscopi. Qui olim sub Licínio miles, pótius elégit cíngulum exúere, quam uvas Baccho offérre : factúsque Epíscopus, præclárus méritis in pace quiévit. Turónis : sancti Gratiáni Epíscopi. Qui a sancto Fabiáno Papa ejúsdem civitátis primus Epíscopus ordinátus : multis clarus miráculis obdormívit in Dómino. Die 18.

11 C Quartodécimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

Die 19. ALEXANDRIÆ in Ægypto : beáti Nemésii mártyris. Qui primo per calúmniam quasi latro júdici delátus, eóque crímine absolútus ; mox in persecutióne Décii Christiánæ religiónis nómine Æmiliáno júdici accusátur: a quo geminátis supplíciis excruciátus, cum latrónibus jussus est incéndi ; Salvatóris déferens similitúdinem : qui una cum latrónibus pértulit crucem. Nicææ : sanctórum Daríi, Zósimi, Pauli, et Secúndi mártyrum. In Mauritánia : sancti Timóthei Diáconi. Qui ob Christi fidem post diros cárceres in ignem conjéctus: martyrium consummávit. Antisiodóri : sancti Gregórii Epíscopi et confessóris. Romæ : sanctæ Faustæ matris sanctæ Anastásiæ, nobilitáte et pietáte insígnis.

1 D Tertiodécimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29

Die 20. IN Hispánia: deposítio sancti Domínici de Sylos, Abbátis Ordinis sancti Benedícti, miráculis in captivórum liberatióne celebérrimi. Festum Duplex. Vigília sancti Thomæ Apóstoli. Alexandríæ : sanctórum mártyrum Ammónis, Zenónis, Ptolemæi, Ingenis, et Theóphili mílitum. Qui tribunálibus adstántes, cum quidam Christiánus in supplíciis pósitus trepidáret ; et jam pene ad negándum declináret : vultu, óculis, ac nútibus illum conabántur erígere. Cumque hac de causa totíus pópuli clamor in eos prosilíret : prorumpéntes in médium, Christiános se esse testáti sunt. Per quorum victóriam

ıristus, qui suis eam ánimi constántiam déderat : gloɔsíssime triumphávit. In Arábia: sanctórum mártyrum ugénii et Macárii Presbyterórum. Qui a Juliáno Apóata, cum ipsíus impietátem arguíssent, sævíssimis agis affécti, atque in vastíssimam erémum relegáti : ádio cæsi sunt. Antiochíæ : natális sancti Philogónii píscopi. Qui ex causídico ad eam Ecclésiam regéndam ei nutu accersítus ; advérsus Aríum una cum sancto lexándro Epíscopo et sóciis primum pro fide Cathólica rtámen íniit : clarúsque méritis quiévit in Dómino. ıjus ánnuam festivitátem sanctus Joánnes Chrysóstous præcláro encómio celebrávit. ✠

Duodécimo Kaléndas Januárii : Luna E·

b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

ᐠALAMINÆ : natális beáti Thomæ Apóstoli. Qui Parthis, Die 21.
ı Medis, Persis, et Hyrcánis Evangélium prædicávit ; demum in Indiam pervéniens, cum eos pópulos in ıristiána religióne instituísset : regis jussu, lánceis ansfixus occúbuit. Cujus relíquiæ primo ad urbem déssam : deínde Orthónam in Apúlia translátæ sunt. :stum totum Duplex. In Túscia : sanctórum mártyrum ánnis et Festi. In Lycia : sancti Themístoclis mártyris. ui sub Décio imperatóre pro sancto Dióscoro, qui ıærebátur ad necem, se ófferens ; equúleo tortus, ptátus, ac fústibus cæsus : martyrii corónam adéptus t. Antiochíæ : sancti Anastásii Epíscopi et mártyris, ıi Phoca imperánte, a Judæis sævíssime necátus est.

XXIX F Undécimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

Die 22 Pisis in Etrúria : beátæ Maríæ Mancíni. Quæ a prima ætáte piis opéribus addícta, dein in statu matrimónii misericórdiæ víscera in ægros effúdit : ac dénique Religiónem ingréssa perfectiónis viam cucúrrit. Festum Duplex. Romæ via Lavicána inter duas lauros : natális sanctórum trigínta mártyrum, qui omnes una die in persecutióne Diocletiáni martyrio coronáti sunt. Ibídem: sancti Flaviáni expræfécti. Qui sub Juliáno Apóstata pro Christo inscriptióne damnátus, et ad Aquas Tauriñas in exsílium missus : illic orans, spíritum Deo réddidit. Apud Ostia Tiberína : sanctórum mártyrum Demétrii, Honoráti, et Flori. Alexandríæ : sancti Ischyriónis mártyris. Qui cum ad sacrificándum convíciis et injúriis cogerétur, atque contémneret : præacúta sude per média víscera transverberátus neci tráditur. In Ægypto : sanctórum Chærémonis Epíscopi Nilópolis, et aliórum plurimórum mártyrum. Quorum álii, sæviénte Décii persecutióne, fuga dispérsi, in solitudínibus errántes, a béstiis interémpti sunt : álii fame, frígore, ac languóre consúmpti ; álii a bárbaris et latrónibus necáti : martyrii glória coronáti sunt. Nicomedíæ : sancti Zenónis mílitis. Qui cum Diocletiánum Céreri immolántem derisísset : maxíllis confráctis, dentibúsque excússis, cápite truncátus est.

Décimo Kaléndas Januárii : Luna G XXVIII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

ROMÆ : sanctæ Victóriæ vírginis et mártyris. Quæ in persecutióne Décii imperatóris, cum esset desponsáta Eugénio Pagáno, et nec núbere vellet, neque sacrificáre : post multa facta mirácula, quibus plúrimas Deo vírgines aggregáverat ; a carnífice percússa est gládio in corde : rogátu sui sponsi. Nicomedíæ : natális sanctórum vigínti Mártyrum, quos Diocletiána persecútio gravíssimis torméntis cruciátos, mártyres Christi fecit. Ibídem : pássio sanctórum Migdónii et Mardónii. Quorum alter in eádem persecutióne igne cremátus : alter in fossam projéctus occúbuit. Tunc étiam passus est Diáconus sancti Anthimi Epíscopi Nicomediénsis ; qui cum lítteras perférret ad Mártyres, a Gentílibus tentus, et lapídibus óbrutus : migrávit ad Dóminum. Romæ : beáti Sérvuli. De quo sanctus Gregórius scribit : quod a primæva sui ætáte usque ad finem vitæ paralyticus jácuit in pórticu prope ecclésiam sancti Cleméntis ; et demum Angelórum cántibus invitátus, transívit ad glóriam Paradísi : ad cujus túmulum Deus mirácula crebérrime osténdit. ✠ Die 23.

Nono Kaléndas Januárii : Luna A XXVII

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

VIGILIA Nativitátis Dómini nostri Jesu Christi. Festum Die 24.
Duplex. Antiochíæ : natális sanctárum Vírginum quadragínta, quæ in Deciána persecutióne per divérsa torménta martyrium consummárunt. Apud Spolétum :

sancti Gregórii Presbyteri et mártyris. Qui tempóribus Diocletiáni et Maximiáni imperatórum primo nodósis fústibus cæsus ; ac deínde, post craticulam et cárcerem, cárduis férreis in génibus percússus, et ardéntibus lampádibus per látera incénsus : tandem est decollátus. Trípoli : sanctórum mártyrum Luciáni, Metróbii, Pauli, Zenóbii, Theótimi, et Drusi. Nicomedíæ : sancti Euthímii mártyris. Qui in persecutióne Diocletiáni, cum multos ad martyrium præmisísset : ipse ense transfixus, eos secútus est ad corónam. Romæ : natális sanctæ Tharsíllæ vírginis, ámitæ sancti Gregórii Papæ ; de qua ipse testátur : quod in hora éxitus sui Jesum ad se veniéntem víderit. Tréviris : sanctæ Irmínæ vírginis filiæ Dagobérti regis.

XXVI B Octávo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

Die 25. ANNO a creatióne mundi, quando in princípio Deus creávit cælum et terram, quínquies millésimo centésimo nonagésimo nono : A dilúvio vero anno bis millésimo nongentésimo quinquagésimo séptimo ; A nativitáte Abrahæ anno bis millésimo quintodécimo : A Móyse, et egréssu pópuli Israel de Ægypto, anno millésimo quingentésimo décimo ; Ab unctióne David in regem, anno millésimo trigésimo secúndo : Hebdómada sexagésima quinta juxta Daniélis prophetíam ; Olympíade centésima nonagésima quarta : Ab Urbe Roma cóndita anno septingentésimo quinquagésimo secúndo ; Anno impérii Octaviáni Augústi quadragésimo secúndo, toto orbe in pace compósito, sexta mundi ætáte : hic altiori voce, sed in eodem tono lectionis dicitur :

ESUS CHRISTUS ætérnus Deus, æteraíque Patris
ílius, mundum volens advéntu suo piíssimo consecráre;
le Spíritu sancto concéptus, novémque post conceptió-
em decúrsis ménsibus : in Béthlehem Judæ náscitur
x MARIA vírgine factus Homo.

Prosternant se fratres, et facto signo a Prælato, surgant.

Natívitas Dómini Nostri JESU CHRISTI secúndum
arnem. Festum totum Duplex. Eódem die: natális san-
tæ Anastásiæ. Quæ témpore Diocletiáni, primo diram
t immítem custódiam a viro suo Público perpéssa est :
n qua tamen a Chrysógono confessóre Christi multum
onsoláta et confortáta fuit. Deínde a Floro præfécto
llyrici diútina custódia maceráta; ad últimum mánibus
t pédibus exténsis ligáta est ad palos, et circa eam
gnis accénsus : in quo martyrium consummávit in ín-
ula Palmária ; ad quam cum ducéntis viris et septua-
ínta féminis deportáta fúerat : qui váriis interfectióni-
us martyrium celebrárunt. Memoria. Romæ in cœme-
ério Aproniáni: sanctæ Eugéniæ vírginis. Quæ témpore
allíéni imperatóris, post plúrima virtútum insígnia,
ost sacros vírginum choros Christo aggregátos, sub
icæno Urbis præfécto, diu agonízans : novíssime gládio
juguláta est. Nicomedíæ : pássio multórum míllium
Mártyrum ; qui cum in Christi natáli ad Domínicum
convenissent : Diocletiánus imperátor jánuas ecclésiæ
claudi jussit ; et ignem circumcírca parári, tripodémque
um thure præ fóribus poni, ac præcónem magna voce
lamáre : ut qui incéndium vellent effúgere, foras ex-
rent, et Jovi thus adolérent. Cumque omnes una voce
espondíssent, pro Christo se libéntius mori : incénso
gne consúmpti ; eo die nasci meruérunt in cælis : quo
hristus in terris pro salúte mundi nasci dignátus est.

XXV C 25 Séptimo Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Die 26. HIEROSOLYMIS : natális sancti Stéphani Protomártyris, qui a Judæis non longe post Ascensiónem Dómini lapidátus est. Festum totum Duplex. Romæ : sancti Maríni órdinis senatórii. Qui sub Numeriáno imperatóre et Marciáno præfécto, Christiánæ religiónis causa, comprehénsus, equúleo et úngulis servíli more punítus ; in sartáginem deínde conjéctus, sed igne in rorem convérso liberátus : feris quoque objéctus, et ab illis servátus illæsus ; tandem ad aram íterum ductus, cum idóla oratióne ejus corruíssent : percússus gládio, martyrii triúmphum adéptus est. Item Romæ via Appia : deposítio sancti Dionysii Papæ. Qui multis pro Ecclésia impénsis labóribus : fidei documéntis clarus effúlsit. Ibídem : sancti Zósimi Papæ et conféssóris. In Mesopotámia : sancti Archelái Epíscopi, doctrína et sanctitáte célebris. Majúmæ : sancti Zenónis Epíscopi. Romæ : sancti Theodóri Mansionárii ecclésiæ sancti Petri, cujus méminit beátus Gregórius Papa.

XXIV D Sexto Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Die 27. APUD Ephesum : natális sancti Joánnis Apóstoli et Evangelístæ. Qui post Evangélii scriptiónem, post exsílii relegatiónem, et Apocalypsim divínam ; usque ad Trajáni príncipis témpora persevérans : totíus Asiæ fundávit rexítque Ecclésias. Et conféctus sénio, sexagésimo octávo post passiónem Dómini anno mórtuus : juxta

:ámdem urbem sepúltus est. Festum totum Duplex. Alexandríæ : sancti Máximi Epíscopi, qui satis clarus, :t insígnis título confessiónis efféctus est. Constantinó-)oli : sanctórum confessórum Theodóri et Theóphanis ratrum. Qui a pueritia in monastério sancti Sabæ nuríti ; cum póstea pro sanctárum imáginum cultu adérsus Leónem Arménum strénue decertárent : ejus ussu verbéribus afflécti, exsílio relegántur. Sed eo mórtuo, rursus Theóphilo imperatóri, qui eádem impietáte letinebátur, constánter resisténtes ; verbéribus íterum æsi, in exsílium pulsi sunt : ubi Theodórus in cárcere xspirávit. Theóphanes vero, pace demum Ecclésiæ éddita, factus Nicænus Epíscopus : quiévit in Dómino.

Quinto Kaléndas Januárii : Luna Exxiii

b c d e f g h i k l m n p q r s t u
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
B C D E F F G H M N P
3 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

N Béthlehem Judæ : natális sanctórum Innocéntium, Die 28.
qui ab Heróde rege pro Christo interfécti sunt. Festum Simplex. Ancyræ in Galátia : sanctórum mártyrum Eutychii Presbyteri et Domitiáni Diáconi. Nicomedíæ : anctórum mártyrum Indes eunúchi, Domnæ, Agapis, t Theóphilæ vírginum, et sociórum ; qui in persecutióne Diocletiáni : post longa certámina divérso mortis énere corónam martyrii sunt assecúti. Neocæsaréæ in Ponto : sancti Troádii mártyris, in persecutióne Décii. Cui agonizánti sanctus Gregórius Thaumatúrgus in píritu ádfuit : eúmque ad subeúndum martyrium roborávit. Romæ : sancti Domniónis Presbyteri.

XXII F Quarto Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

Die 29. CANTUARIÆ in Anglia : natális sancti Thomæ Epíscopi et mártyris. Qui ob defensiónem justítiæ et Ecclesiásticæ immunitátis, impiórum hóminum factióne, in basílica sua gládio percússus : migrávit ad Christum. Festum Simplex. Hierosólymis : sancti David regis et Prophétæ. Areláte : natális sancti Tróphimi, cujus méminit sanctus Paulus ad Timótheum scribens. Qui ab eódem Apóstolo Epíscopus ordinátus, præfátæ urbi primus ad Christi Evangélium prædicándum diréctus est : ex cujus prædicatiónis fonte, ut sanctus Zósimus Papa * scribit, tota Gállia fidei rívulos accépit. Viénnæ in Gállia : sancti Crescéntis discípuli beáti Pauli Apóstoli, et primi ejúsdem civitátis Epíscopi. In pago Oximénsi : sancti Ebrúlphi Abbátis et confessóris, témpore Childebérti regis.

* Epist. ad Episcopos Galliæ ex 5. codice Archivii Arelatensis Romæ edit.

XXI G Tértio Kaléndas Januárii : Luna

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

Die 30. SPOLETI : natális sanctórum mártyrum Sabíni Epíscopi, Exsuperántii et Marcélli Diaconórum, ac Venustiáni præsidis, cum uxóre et fíliis, sub Maximiáno imperatóre. Ex quibus Marcéllus et Exsuperántius primum equúleo suspénsi ; deínde fústibus gráviter mactáti : póstea úngulis abrási, et láterum exustióne assáti, martyrium complevérunt. Venustiánus autem non multo post una cum uxóre et fíliis gládio necátus est. Sanctus vero Sa-

bínus post mánuum detruncatiónem, et diútinam cárceris maceratiónem : ad mortem usque cæsus est. Horum martyrium licet divérso exstíterit témpore : una tamen die recólitur. Alexandríæ : sanctórum Mansuéti, Sevéri, Appiáni, Donáti, Honórii, et sociórum mártyrum. Thessalónicæ : sancti Anysii, ejúsdem civitátis Epíscopi.

Prídie Kaléndas Januárii : Luna A xx

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	t	u
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

ROMÆ : natális sancti Silvéstri Papæ. Qui magnum Die 31.
Constantínum imperatórem baptizávit, et Nicænam Synodum confirmávit : multísque áliis rebus sanctíssime gestis, quiévit in pace. Festum Simplex. Apud Sénonas : beatórum Sabiniáni Epíscopi, et Potentiáni. Qui a Pontífice Románo illuc ad prædicándum diré cti : eámdem metrópolim confessiónis suæ martyrio illustrárunt. Ibídem : sanctæ Colúmbæ vírginis et mártyris, quæ igne superáto, in persecutióne Aureliáni imperatóris gládio cæsa est. Rhætiáriæ : sancti Hermétis Exorcístæ. Eódem die : sancti Zótici Presbyteri Románi ; qui Constantinópolim proféctus : alendórum orphanórum curam suscépit. Ravénnæ : sancti Barbatiáni Presbyteri et confessóris. Eódem die : sanctæ Meláníæ junióris. Quæ cum viro suo Piniáno Roma abscédens, et Hierosólymam proficíscens ; ibi inter féminas Deo sacras, vir inter Mónachos religiósam vitam exércuit : et ambo sancto fine quievérunt.

Et álibi : aliórum plurimórum sanctórum Mártyrum, et Confessórum, atque sanctárum Vírginum.

℟. Deo grátias.

Quotidie post lectionem Martyrologii subjungatur

℣. **Pretiósa est in conspéctu Dómini.**
℟. **Mors Sanctórum ejus.**

Oratio.

Sancta María, et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum : ut mercámur adjuvári ab eo, qui vivit et regnat per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.
℣. Deus in adjutórium meum inténde.
℟. Dómine ad adjuvándum me festína. et dicitur ter.
Deinde **Glória Patri. et Sicut erat.**
Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.
Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Réspice, Dómine, in servos tuos, et in ópera tua, et dírige filios eórum.
℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, et ópera mánuum nostrárum dírige super nos: et opus mánuum nostrárum dírige.

Deinde sequitur sine **Orémus.** Oratio.

Dirigere, et sanctificáre dignéris, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, hódie corda, et córpora nostra in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum ; ut hic, et in ætérnum te auxiliánte, semper salvi esse mereámur: Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Postea dicto ℣. **Jube domne benedícere.** detur benedictio : **Divínum auxílium máneat semper nobíscum.** si legendum est de Evangelio.

Si vero de Constitutionibus : **Reguláribus disciplínis ínstruat nos Magíster cæléstis. ℟. Amen.**

Deinde legatur de Evangelio, vel de Constitutionibus pro qualitate diei. Cum de Evangelio legitur, simpliciter dicatur : **Secúndum Matthæum.** vel **Marcum,** etc. et dum legitur, stent fratres. Cum de Constitutionibus, sic:

Incipit Prólogus Constitutiónum Fratrum sacri Ordinis Prædicatórum. Vel Séquitur in Prólogo Constitutiónum. Vel Incipit prima Distínctio Constitutiónum. De Officio Ecclésiæ : primum Capítulum. Vel Séquitur in Constitutiónibus : Distinctióne prima. De Officio Ecclésiæ : primo Capítulo. si jam cœptum fuit legi Capitulum, et sic in aliis. Quando legitur de Constitutionibus, sedeant fratres. Porro Lectiones Evangeliorum et Constitutionum distincte inferius ponuntur. De Evangelio, quod illa die occurrerit, legendum est omnibus Dominicis, et festis Simplicibus, et supra, et in die octava Octavæ simplicis, non vero infra Octavam simplicem. Item in Vigilia Nativitatis Domini Evangelium de Vigilia legatur, sive fuerit Dominica, sive non : et item in Feria quarta in capite jejunii, et in Cœna Domini. Item in Vigilia Paschæ, et Pentecostes, et quotidie in Octavis solemnibus et solemnissimis. Item in Commemoratione omnium Fidelium defunctorum : et in omni prædicto tempore semper legatur de festi Evangelio, ita tamen quod si in Matutinis aliquando occurrat legi Homiliam alterius Evangelii, quam festi, de quo agitur, in **Pretiósa** legatur semper illud Evangelium, quod lectum est in Matutinis, ut contingit in ipsa die Octavæ solemnis S. Thomæ Aquinatis ; tum et S. Vincentii Ferrerii (si in Quadragesima celebranda venerint): in illis namque Evangelium Feriæ, quod legetur in III. Nocturno, etiam in **Pretiósa** legendum erit. Ceteris vero diebus legendum est de Constitutionibus.

EVANGELIA DE TEMPORE

dicenda in PRETIOSA.

Dominica I. Adventus Domini. Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressúra Géntium præ confusióne sónitus maris, et flúctuum: arescéntibus homínibus præ timóre, et exspectatióne, quæ supervénient univérso orbi. Tu autem Dómine; miserére nostri. ℟. Deo grátias.

Dominica II. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Cum audísset Joánnes in vínculis ópera Christi : mittens duos de discípulis suis, ait illi. Tu es, qui ventúrus es, an álium exspectámus? Et respóndens Jesus: ait illis. Eúntes: renuntiáte Joánni, quæ audístis, et vidístis. Tu autem.

Dominica III. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdótes et Levítas ad Joánnem : ut interrogárent eum. Tu quis es? Et conféssus est : et non negávit. Et conféssus est : Quia non sum ego Christus. Tu autem.

Feria IV. Quatuor Temporum. Evang. **Missus est.** ut in Conceptione Immac. B. M. V.

Feria VI. Quat. Temp. Evang. **Exsúrgens María.** ut in Visitatione B. M. V.

Sabb. Quat. Temp. Evang. **Anno quintodécimo.** ut in Dominica sequenti.

Dominica IV. Secúndum Lucam.

Anno quintodécimo impérii Tibérii Cæsaris, procuránte Póntio Piláto Judæam, tetrárcha autem Galilææ Heróde, Philíppo autem fratre ejus tetrárcha Iturææ, et Trachonítidis regiónis, et Lysánia Abilínæ Tetrárcha, sub princípibus sacerdótum Anna, et Cáipha : factum est verbum Dómini super Joánnem, Zacharíæ fílium, in desérto. Tu autem.

In Vigilia Nativitatis Domini.
Secúndum Matthæum.

UM esset desponsáta Mater Jesu María Joseph : ántequam conveníreut, invénta est in útero habens de píritu sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, t nollet eam tradúcere : vóluit occúlte dimíttere eam. 'u autem.

In Nativitate Domini. Secúndum Joánnem.

N princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum: et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil. Tu autem.

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini.
Secúndum Lucam.

N illo témpore. Erant Joseph, et María mater Jesu mirántes: super his, quæ dicebántur de illo. Et benedíit illis Símeon : et dixit ad Maríam matrem ejus. Ecce ósitus est hic in ruínam, et in resurrectiónem multóum in Israel : et in signum, cui contradicétur. Tu utem.

Hæc Lectio præcedens legitur in crastino S. Thomæ, isi festum S. Silvestri in Dominica fuerit : tunc enim rædicta Lectio dimittatur, et sequens legatur in crastio S. Thomæ.

Secúndum Lucam.

N illo témpore. Pastóres loquebántur ad ínvicem. Transeámus usque Béthlehem : et videámus hoc verum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis. t venérunt festinántes : et invenérunt Maríam, et Joeph, et infántem pósitum in præsépio. Tu autem.

In Circumcisione Domini. Secúndum Lucam.

IN illo témpore. Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus. Tu autem.

In Vigilia Epiphaniæ, si Dominica fuerit.
Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Defúncto Heróde : ecce Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph in Ægypto, dicens. Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus : et vade in terram Israel. Defúncti sunt enim : qui quærébant ánimam púeri. Tu autem.

In die Epiphaniæ. Secúndum Matthæum.

Cum natus esset Jesus in Béthlehem Judæ in diébus Heródis regis : ecce Magi ab Oriénte venérunt Jerosólymam, dicéntes. Ubi est, qui natus est rex Judæórum? Tu autem.

Dominica infra Octavam Epiphaniæ, in Inventione D. N. J. C. in templo. Secúndum Lucam.

Cum factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatísque diébus, cum redírent : remánsit puer Jesus in Jerúsalem. Tu autem.

In Octava Epiphaniæ. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Vidit Joánnes Jesum veniéntem ad se : et ait. Ecce agnus Dei : ecce qui tollit peccátum mundi. Tu autem.

Dominica I. post Octavam Epiphaniæ.
Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ : et erat mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus : ad núptias. Et deficiénte vino : dicit mater Jesu ad eum. Vinum non habent. Tu autem.

Dominica II. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Cum descendísset Jesus de monte : secútæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprósus véniens : adorábat eum, dicens. Dómine : si vis, potes me mundáre. Tu autem.

Dominica III. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Ascendénte Jesu in navículam : secúti sunt eum discípuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus : ipse vero dormiébat. Tu autem.

Dominica IV. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc. Símile factum est regnum cælórum : hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines : venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Tu autem.

Dominica V. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis parábolam hanc. Símile est regnum cælórum grano sinápis : quod accípiens homo seminávit in agro suo. Quod mínimum quidem est ómnibus semínibus : cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus. Tu autem.

Dominica in Septuagesima. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum cælórum hómini patrifamílias : qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Tu autem.

Dominica in Sexagesima. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Cum turba plúrima convenírent, et de civitátibus properárent ad Jesum : dixit per similitúdinem. Exiit qui séminat : semináre semen suum. Tu autem.

Dominica in Quinquagesima. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis. Ecce ascéndimus Jerosólymam : et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt per prophétas de Fílio hóminis. Tu autem.

Feria IV. Cinerum. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Cum jejunátis : nolíte fieri sicut hypócritæ tristes. Extér-

minant enim fácies suas : ut appáreant homínibus jejunántes. Tu autem.

Feria V. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Cum introísset Jesus Caphárnaum, accéssit ad eum Centúrio, rogans eum, et dicens. Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus : et male torquétur. Tu autem.

Feria VI. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Audístis quia dictum est. Díliges próximum tuum : et ódio habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis. Dilígite inimícos vestros. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Marcum.

In illo témpore. Cum sero esset : erat navis in médio mari, et Jesus solus in terra. Et videns discípulos suos laborántes in remigándo : (erat enim ventus contrárius eis ;) et circa quartam vigíliam noctis venit ad eos ámbulans supra mare : et volébat præteríre eos. Tu autem.

Dominica I. Quadragesimæ. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Ductus est Jesus in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo. Et cum jejunásset quadragínta diébus, et quadragínta nóctibus : póstea esúriit. Tu autem.

Feria II. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Cum vénerit Fílius hóminis in majestáte sua, et omnes Angeli cum eo : tunc sedébit super sedem majestátis suæ. Tu autem.

Feria III. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Cum intrásset Jesus Jerosólymam : commóta est univérsa cívitas, dicens. Quis est hic ? Tu autem.

Feria IV. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Respondérunt Jesu quidam de Scribis et Pharisæis : dicéntes. Magíster : vólumus a te signum vidére. Tu autem.

Feria V. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Egréssus Jesus : secéssit in partes Tyri, et Sidónis. Et ecce múlier Chananæa a fínibus illis egréssa : clamávit, dicens ei. Miserére mei Dómine fili David : fília mea male a dæmónio vexátur. Tu autem.

Feria VI. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Erat dies festus Judæórum : et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscína, quæ cognominátur hebráice Bethsáida: quinque pórticus habens. Tu autem.

Sabbato. Evang. Assúmpsit. ut in Dominica sequenti.

Dominica II. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Assúmpsit Jesus Petrum, et Jacóbum, et Joánnem fratrem ejus; et duxit illos in montem excélsum seórsum : et transfigurátus est ante eos. Tu autem.

Feria II. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Ego vado, et quærétis me : et in peccáto vestro moriémini. Tu autem.

Feria III. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Locútus est Jesus ad turbas, et ad discípulos suos : dicens. Super cáthedram Móysi : sedérunt Scribæ, et Pharisæi. Omnia ergo quæcúmque díxerint vobis : serváte, et fácite. Secúndum ópera vero eórum : nolíte fácere. Tu autem.

Feria IV. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Ascéndens Jesus Jerosólymam : assúmpsit duódecim discípulos secréto, et ait illis. Ecce ascéndimus Jerosólymam : et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdótum, et Scribis, et condemnábunt eum morte ; et tradent eum Géntibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum : et tértia die resúrget. Tu autem.

Feria V. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis. Homo quidam erat dives, qui induebátur púrpura, et bysso: et epulabátur quotídie spléndide. Tu autem.

Feria VI. Secúndum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum, et princípibus sacerdótum parábolam hanc. Homo erat paterfamílias, qui plantávit víneam: et sepem circúmdedit ei, et fodit in ea tórcular, et ædificávit turrim, et locávit eam agrícolis, et péregre proféctus est. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis, et Scribis parábolam istam. Homo quidam hábuit duos filios: et dixit adolescéntior ex illis patri. Pater, da mihi portiónem substántiæ: quæ me contíngit. Tu autem.

Dominica III. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Erat Jesus ejíciens dæmónium, et illud erat mutum. Et cum ejecísset dæmónium: locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ. Tu autem.

Feria II. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis. Utique dicétis mihi hanc similitúdinem: Médice cura teípsum. Quanta audívimus facta in Caphárnaum: fac et hic in pátria tua. Tu autem.

Feria III. Secúndum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Si peccáverit in te frater tuus: vade, et córripe eum inter te, et ipsum solum. Tu autem.

Feria IV. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Accessérunt ad Jesum ab Jerosólymis Scribæ, et Pharisæi: dicéntes. Quare discípuli tui transgrediúntur traditiónem seniórum? Tu autem.

Feria V. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Surgens Jesus de synagóga: introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis: tenebátur magnis fébribus. Tu autem.

ɛria VI. Secúndum Joánnem.
llo témpore. Venit Jesus in civitátem Samáriæ, quæ
citur Sichar: juxta prædium, quod dedit Jacob
ph filio suo. Tu autem.

ıbbato. Secúndum Joánnem.
llo témpore. Perréxit Jesus in montem Olivéti: et
ilúculo íterum venit in templum; et omnis pópulus
t ad eum: et sedens docébat eos. Tu autem.

ominica IV. Secúndum Joánnem.
llo témpore. Abiit Jesus trans mare Galilææ, quod
t Tiberíadis; et sequebátur eum multitudo magna:
ı vidébant signa, quæ faciébat super his, qui infir-
ántur. Tu autem.

ɜria II. Secúndum Joánnem.
llo témpore. Prope erat Pascha Judæórum: et ascén-
t Jesus Jerosólymam. Et invénit in templo vendéntes
es, et oves, et colúmbas: et nummulários sedéntes.
autem.

eria III. Secúndum Joánnem.
illo témpore. Jam die festo mediánte: ascéndit Jesus
ı templum, et docébat. Et mirabántur Judæi, di-
tes. Quómodo hic lítteras scit, cum non didícerit?
autem.

eria IV. Secúndum Joánnem.
illo témpore. Prætériens Jesus: vidit hóminem cæ-
um a nativitáte. Et interrogavérunt eum discípuli
. Rabbi, quis peccávit, hic, aut paréntes ejus, ut
us nascerétur? Tu autem.

eria V. Evang. Ibat Jesus, ut in Dominica XIII. post
ıvam Trinitatis.

eria VI Secúndum Joánnem.
illo témpore. Erat quidam languens Lázarus a Be-
hánia: de castéllo Maríæ, et Marthæ soróris ejus.
ría autem erat, quæ unxit Dóminum unguénto; et

extérsit pedes ejus capíllis suis : cujus frater Lázarus infirmabátur. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Locútus est Jesus turbis Judæórum, dicens. Ego sum lux mundi. Qui séquitur me : non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ. Tu autem.

Dominica in Passione. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dicébat Jesus turbis Judæórum. Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis ; quare non créditis mihi? Tu autem.

Feria II. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Misérunt príncipes, et Pharisæi minístros : ut apprehénderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc módicum tempus vobíscum sum : et vado ad eum, qui me misit. Tu autem.

Feria III. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Ambulábat Jesus in Galilæam ; non enim volébat in Judæam ambuláre : quia quærébant eum Judæi interfícere. Tu autem.

Feria IV. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Facta sunt Encænia in Jerosólymis : et hiems erat. Et ambulábat Jesus in templo : in pórticu Salomónis. Tu autem.

Feria V. Evang. Rogábat Jesum, ut in festo S. Mariæ Magdalenæ, die 22. Julii.

Feria VI. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Collegérunt pontífices et Pharisæi concílium advérsus Jesum : et dicébant. Quid fácimus? Quia hic homo multa signa facit. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Cogitavérunt príncipes sacerdótum ut et Lázarum interfícerent : quia multi propter illum abíbant ex Judæis, et credébant in Jesum. Tu autem.

Dominica in Ramis Palmarum.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Béthphage ad Montem olivéti : tunc misit duos discípulos suos, dicens eis. Ite in castéllum, quod contra vos est : et statim inveniétis ásinam alligátam, et pullum cum ea. Sólvite : et addúcite mihi. Tu autem.

Feria V. in Cena Domini. Secúndum Joánnem.

Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem ; cum dilexísset suos, qui erant in mundo : in finem diléxit eos. Tu autem.

Sabbato sancto. Secúndum Matthæum.

Vespere autem sábbati, quæ lucéscit in prima sábbati : venit María Magdaléne, et áltera María vidére sepúlcrum. Et ecce terræmótus factus est magnus. Angelus enim Dómini descéndit de cælo : et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Tu autem.

In die sancto Paschæ. Secúndum Marcum.

In illo témpore. María Magdaléne, et María Jacóbi, et Sálome emérunt arómata : ut veniéntes úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum : orto jam sole. Tu autem.

Feria II. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Duo ex discípulis Jesu ibant ipsa die in castéllum, quod erat in spátio stadiórum sexagínta ab Jerúsalem : nómine Emmaus. Et ipsi loquebántur ad ínvicem : de his ómnibus, quæ accíderant. Tu autem.

Feria III. Secúndum Lucam.

In illo témpore : Stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dicit eis. Pax vobis. Ego sum : nolíte timére. Conturbáti vero, et contérriti : existimábant se spíritum vidére. Tu autem.

Feria IV. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Manifestávit se íterum Jesus discípulis ad mare Tiberíadis. Manifestávit autem sic. Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dícitur Dídymus, et Nathánael, qui erat a Cana Galilææ, et filii Zebedæi : et álii ex discípulis ejus duo. Tu autem.

Feria V. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : María stabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret : inclinávit se, et prospéxit in monuméntum. Et vidit duos Angelos in albis, sedéntes, unum ad caput, et unum ad pedes : ubi pósitum fúerat corpus Jesu. Tu autem.

Feria VI. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Undecim discípuli abiérunt in Galilæam : in montem, ubi constitúerat illis Jesus. Et vidéntes eum adoravérunt : quidam autem dubitavérunt. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Una sábbati, María Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum: et vidit lápidem sublátum a monuménto. Tu autem.

Dominica in Octava Paschæ. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum : venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis. Pax vobis. Tu autem.

Dominica I. post Octavam Paschæ.
Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor : ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem : et dimíttit oves, et fugit. Tu autem.

Dominica II. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Módicum, et jam non vidébitis me, et íterum módicum,

et vidébitis me : quia vado ad Patrem. Tu autem.

Dominica III. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vado ad eum, qui misit me : et nemo ex vobis intérrogat me, Quo vadis. Sed quia hæc locútus sum vobis : tristítia implévit cor vestrum. Tu autem.

Dominica IV. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis : si quid petiéritis Patrem in nómine meo, dabit vobis. Usque modo non petístis quidquam in nómine meo. Pétite, et accipiétis : ut gáudium vestrum sit plenum. Tu autem.

Feria II. vel III. in Rogationibus. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Quis vestrum habébit amícum, et ibit ad illum média nocte, et dicet illi, Amíce, cómmoda mihi tres panes, quóniam amícus meus venit de via ad me, et non hábeo quod ponam ante illum; et ille de intus respóndens dicat, Noli mihi moléstus esse, jam óstium clausum est, et púeri mei mecum sunt in cubíli, non possum súrgere, et dare tibi? Tu autem.

Feria IV. in Vigilia Ascensionis. Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Sublevátis Jesus óculis in cælum : dixit. Pater, venit hora : clarífica Fílium tuum, ut Fílius tuus claríficet te. Tu autem.

In Ascensione Domini. Secúndum Marcum.

In illo témpore. Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus : et exprobrávit incredulitátem eórum, et durítiam cordis, quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Tu autem.

Dominica infra Octavam Ascensionis.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Cum vénerit Paráclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spí-

ritum veritátis, qui a Patre procédit : ille testimónium perhibébit de me. Tu autem.

In Vigilia Pentecostes. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Si diligitis me : mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem, et álium Paráclitum dabit vobis, ut máneat vobíscum in ætérnum : Spíritum veritátis, quem mundus non potest accípere. Tu autem.

In die sancto Pentecostes.
Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Si quis díligit me, sermónem meum servábit : et Pater meus díliget eum, et ad eum veniémus, et mansiónem apud eum faciémus. Tu autem.

Feria II. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus Nicodémo. Sic Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret : ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Tu autem.

Feria III. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis. Amen, amen dico vobis : qui non intrat per óstium in ovíle óvium : sed ascéndit aliúnde, ille fur est, et latro. Qui autem intrat per óstium : pastor est óvium. Tu autem.

Feria IV. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Nemo potest veníre ad me : nisi Pater, qui misit me, tráxerit eum. Et ego resuscitábo eum : in novíssimo die. Tu autem.

Feria V. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Convocátis Jesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútem, et potestátem super ómnia dæmónia : et ut languóres curárent. Tu autem.

Feria VI. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Factum est in una diérum : et Jesus sedébat docens. Et erant Pharisæi sedéntes, et legis doctóres, qui vénerant ex omni castéllo Galilææ, et Judææ, et Jerúsalem : et virtus Dómini erat ad sanándum eos. Tu autem.

Sabbato. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Surgens Jesus de synagóga : introívit in domum Simónis. Socrus autem Simónis : tenebátur magnis fébribus. Et rogavérunt illum pro ea. Tu autem.

In festo SS. Trinitatis. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Data est mihi omnis potéstas : in cælo, et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes : baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Tu autem.

In festo Corporis Christi. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Caro mea, vere est cibus : et sanguis meus, vere est potus. Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem : in me manet, et ego in illo. Tu autem.

Dominica infra Octavam Corporis Christi.
Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus Pharisæis parábolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam : et vocávit multos. Et misit servum suum hora cenæ dícere invitátis ut venírent : quia jam paráta sunt ómnia. Tu autem.

Dominica I. post Octavam Trinitatis. Secúndum Lucam.

In illo témpore : Erant appropinquántes ad Jesum publicáni, et peccatóres, ut audírent illum. Et murmurábant Pharisæi, et Scribæ, dicéntes : Quia hic peccatóres récipit, et mandúcat cum illis. Tu autem.

Dominica II. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Cum turbæ irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei : et ipse stabat secus stagnum Ge-

nésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum : piscatóres autem descénderant, et lavábant rétia. Tu autem.

Dominica III. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Nisi abundáverit justítia vestra plus quam Scribárum, et Pharisæórum : non intrábitis in regnum cælórum. Tu autem.

Dominica IV. Secúndum Marcum.

In illo témpore. Cum turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod manducárent : convocátis discípulis, ait illis. Miséreor super turbam : quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent quod mandúcent. Tu autem.

Dominica V. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium : intrínsecus autem sunt lupi rapáces. A frúctibus eórum : cognoscétis eos. Tu autem.

Dominica VI. Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum: et hic diffamátus est apud illum quasi dissipásset bona ipsíus. Tu autem.

Dominica VII. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Cum appropinquásset Jesus Jerúsalem : videns civitátem flevit super illam, dicens. Quia si cognovísses et tu : et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Tu autem.

Dominica VIII. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tamquam justi, et aspernabántur céteros : parábolam istam. Duo hómines ascendérunt in templum, ut orárent : unus Pharisæus, et alter publicánus. Tu autem.

Dominica IX. Secúndum Marcum.

In illo témpore. Exiens Jesus de finibus Tyri : venit per Sidónem ad Mare Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum, et mutum : et deprecabántur eum, ut impónat illi manum. Tu autem.

Dominica X. Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Beáti óculi : qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis : quod multi prophétæ, et reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, et non vidérunt. Tu autem.

Dominica XI. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Dum iret Jesus in Jerúsalem : transíbat per médiam Samáriam, et Galilæam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum : occurrérunt ei decem viri leprósi, qui stetérunt a longe. Et levavérunt vocem : dicéntes. Jesu præcéptor : miserére nostri. Tu autem.

Dominica XII. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Nemo potest duóbus dóminis servíre. Aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget : aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Tu autem.

Dominica XIII. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim : et ibant cum eo discípuli ejus, et turba copiósa. Cum autem appropinquáret portæ civitátis : ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris suæ. Tu autem.

Dominica XIV. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Cum intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis Pharisæórum sábbato manducáre panem : et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus : erat ante illum. Tu autem.

Dominica XV. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Accessérunt ad Jesum Pharisæi : et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans

eum. Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Tu autem.

Dominica XVI. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Ascéndens Jesus in navículam : transfretávit, et venit in civitátem suam. Et ecce offerébant ei paralyticum : jacéntem in lecto. Tu autem.

Dominica XVII. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Loquebátur Jesus princípibus sacerdótum et Pharisæis in parábolis, dicens. Símile factum est regnum cælórum hómini regi : qui fecit núptias fílio suo. Et misit servos suos vocáre invitátos ad núptias : et nolébant veníre. Tu autem.

Dominica XVIII. Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Erat quidam régulus, cujus fílius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset quia Jesus adveníret a Judæa in Galilæam : ábiit ad eum, et rogábat eum ut descénderet, et sanáret fílium ejus. Tu autem.

Dominica XIX. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Assimilátum est regnum cælórum hómini regi: qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cum cœpísset ratiónem pónere : oblátus est ei unus, qui debébat ei decem míllia talénta. Tu autem.

Dominica XX. Secúndum Matthæum.

In illo témpore: Abeúntes Pharisæi, consílium iniérunt ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis : dicéntes. Magíster, scimus quia verax es : et viam Dei in veritáte doces. Tu autem.

Dominica XXI. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas, ecce princeps unus accéssit, et adorábat eum, dicens. Dómine, fília mea modo defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Tu autem.

Dominica XXII. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Cum vidéritis abominatiónem desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle prophéta, stantem in loco sancto : qui legit, intélligat. Tu autem.

In Anniversario Dedicationis Ecclesiæ.
Secúndum Lucam.

In illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus : et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives. Et quærébat vidére Jesum, quis esset : et non póterat præ turba, quia statúra pusíllus erat. Tu autem.

EVANGELIA DE SANCTIS.

In festo S. Andreæ Apostoli.
Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Ambulans Jesus juxta mare Galilææ : vidit duos fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et Andréam fratrem ejus, mitténtes rete in mare. Erant enim piscatóres. Tu autem.

S. Bibianæ Virginis et Martyris.

Evangelium. Símile est regnum cælórum thesáuro. in Communi. pag. **334**.

S. Francisci Xaverii Confessoris. Secúndum Marcum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Eúntes in mundum univérsum : prædicáte Evangélium omni creatúræ. Tu autem.

S. Barbaræ Virginis et Martyris.

Evangelium. Símile est regnum cælórum thesáuro. in Communi. pag. **334**.

S. Nicolai Episcopi et Confessoris.

Evang. Homo péregre proficíscens. in Comm. p. **333**.

In Ordinatione S. Ambrosii Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Vos estis sal terræ.** in Communi. p. **333.**

In Conceptione Immac. B. M. V. et per Octavas, nisi in Dominica. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore. Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David : et nomen vírginis María. Tu autem.

In Translatione almæ Domus Lauretanæ.

Evangelium ut in festo præcedenti.

S. Luciæ Virginis et Martyris.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

B. Sebastiani Maggii Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. p. **333.**

In Exspectatione Partus B. M. V.

Evangelium ut supra in festo Conceptionis Immac. ejusdem B. M. V.

S. Dominici Sylensis Abbatis.

Evang. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Comm. p. **333.**

S. Thomæ Apostoli. **Secúndum Joánnem.**

In illo témpore. Thomas unus ex duódecim, qui dícitur Dydimus : non erat cum eis quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álii discípuli. Vídimus Dóminum. Tu autem.

B. Mariæ Mancini Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

S. Stephani Protomartyris. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore : Dicébat Jesus Scribis, et Pharisæis. Ecce ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas; et ex illis occidétis, et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris : et persequémini de civitáte in civitátem. Tu autem.

S. Joannis Apostoli et Evangelistæ.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus Petro. Séquere me. Convérsus Petrus : vidit illum discípulum, quem diligébat Jesus, sequéntem, qui et recúbuit in cena super pectus ejus, et dixit, Dómine quis est qui tradet te. Tu autem.

Ss. Innocentium. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore : Angelus Dómini appáruit in somnis Joseph, dicens. Surge, et áccipe púerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum : et esto ibi usque dum dicam tibi. Tu autem.

S. Thomæ Episcopi et Martyris.

Evangelium. **Ego sum pastor bonus.** ut in Dom. I. post Octavam Paschæ. pag. **298.**

S. Silvestri Papæ et Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

In Octava S. Stephani, et S. Joannis, et Ss. Innocentium, si in Dominica evenerit. Evang. sicut in die.

B. Gundisalvi Confessoris.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

S. Hilarii Episcopi et Confessoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

SS. Nominis Jesu.

Evangelium. **Postquam consummáti sunt.** ut in festo Circumcisionis Domini. pag. **289.**

B. Stephanæ de Quinzanis Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag **334.**

S. Antonii Abbatis.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

In Cathedra Romana S. Petri.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi : et interrogábat discípulos suos, dicens. Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt.

Alii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam : aut unum ex prophétis. Tu autem.

B. Andreæ a Piscaria Confessoris.

Evangelium. Designávit. in Communi. pag. 333

Ss. Fabiani et Sebastiani Martyrum.

Evang. Descéndens Jesus de monte. in Comm.p.332.

S. Agnetis Virginis et Martyris.

Evangelium. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. in Communi. pag. 334.

S. Vincentii Martyris.

Evang. Nisi granum fruménti. in Comm. pag. 331.

S. Raymundi de Pennafort Confessoris.

Evang. Vos estis sal terræ. in Communi. pag 333.

B. Marcolini Confessoris.

Evang. Sint lumbi vestri. in Communi. pag. 333.

In Conversione S. Pauli Apostoli.

Evangelium. Ecce nos relíquimus ómnia. in Communi. pag. 333.

B. Margaritæ ab Hungaria Virginis.

Evangelium. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. in Communi. pag. 334.

S. Joannis Chrysostomi Episc. et Conf.

Evang. Vos estis sal terræ. in Communi. pag. 333

In Translat. S. Thomæ Aquinatis Conf. et Eccl. Doct.

Evang. Vos estis sal terræ. in Communi. pag. 333.

S. Francisci Salesii Episcopi et Confessoris.

Evang. Vos estis sal terræ. in Communi. pag. 333.

S. Martinæ Virginis et Martyris.

Evangelium. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. in Communi. pag. 334.

S. Petri Nolasco Confessoris.

Evangelium. Nolíte timére pusíllus grex. in Communi. pag. 333.

S. Ignatii Episcopi et Martyris.

Evang. Nisi granum fruménti. in Comm. pag. 331.

In Purificatione B. M. V. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríæ secúndum legem Móysi : tulérunt Jesum in Jerúsalem, ut sísterent eum Dómino. Tu autem.

S. Blasii Episcopi et Martyris.

Evangelium. Si quis vult post me veníre. in Communi. pag. 331.

S. Andreæ Corsini Episcopi et Confessoris.

Evang. Homo péregre. in Communi. pag. 333.

S. Agathæ Virginis et Martyris. Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Accessérunt ad Jesum Pharisæi : tentántes eum, et dicéntes. Si licet hómini dimíttere uxórem suam, quacúmque ex causa? Tu autem.

S. Dorotheæ Virginis et Martyris.

Evangelium. Símile est regnum cælórum thesáuro. in Communi. pag. 334.

S. Romualdi Abbatis.

Evang. Ecce nos relíquimus. in Communi. pag. 333.

S. Joannis de Matha Confessoris.

Evangelium. Sint lumbi. in Communi. pag. 333.

B. Bernardi Scammacca Confessoris.

Evang. Sint lumbi vestri. in Communi. pag. 333.

S. Scholasticæ Virginis.

Evangelium. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. in Communi. pag. 334.

In Desponsatione B. M. V.

Evangelium. Cum esset desponsáta. ut in Vigilia Nativitatis Domini. pag. 289.

B. Reginaldi Aurelian. Confessoris.

Evang. Sint lumbi vestri. in Communi. pag. 333.

S. Catharinæ de Ricciis Virginis.

Evangelium. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus. in Communi. pag. 334.

B. Nicolai Palea Confessoris.

Evang. Sint lumbi vestri. in Communi. pag. 333.

B. Jordani Saxonis Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Gregorii X. Papæ et Confessoris.

Evang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Laurentii a Ripafracta Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Alvari de Corduba Confessoris.

Evang. **Sint lumbi.** in Communi. pag. **333.**

B. Aimonis Taparelli Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

In Cathedra Antiochena S. Petri.

Evang. **Venit Jesus.** ut in Cathedra Romana. pag. **307.**

S. Petri Damiani Episc. Conf. et Eccl. Doctoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Matthiæ Apostoli.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

B. Constantii a Fabriano Confessoris.

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi. pag. **333.**

B. Villanæ de Bottis Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Egréssus Jesus ibat secúndum consuetúdinem in Montem olivárum. Secúti sunt autem illum et discípuli. Tu autem.

In Commemoratione Passionis Dominicæ.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Sciens Jesus quia ómnia consummáta sunt : ut consummarétur Scriptúra, dixit. Sítio. Tu autem.

In Translatione S. Catharinæ Senensis Virginis.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum grano sinápis.** ut in Dom. V. post Oct. Epiph. pag. **29[illegible].**

Lanceæ et Clavorum D. N. J. C.

Evangelium. **Sciens Jesus.** ut supra in Commemoratione Passionis Dominicæ.

SS. Sindonis D. N. J. C. **Secúndum Marcum.**

In illo tempore. Cum jam sero esset factum (quia erat parascéve, quod est ante sábbatum :) venit Joseph ab Arimathæa nóbilis decúrio, qui et ipse erat exspéctans regnum Dei. Tu autem.

SS. Quinque Vulnerum D. N. J. C.

Evangelium. **Sciens Jesus.** ut supra in Commemoratione Passionis Dominicæ.

Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore. Cum accepísset Jesus acétum : dixit. Consummátum est. Et inclináto cápite : trádidit spíritum. Tu autem.

In Compassione B. M. V. **Secúndum Joánnem.**

In illo témpore. Stabant juxta crucem Jesu mater ejus; et soror matris ejus, María Cléophæ : et María Magdaléne. Tu autem.

B. Christophori a Mediolano Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Henrici Susonis Confessoris.

Evangelium. **Respóndens Jesus dixit. Confiteor.** in Communi. pag. **333.**

S. Casimiri Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Jordani de Pisis Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Thomæ de Aquino Confessoris et Ecclesiæ Doctoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Joannis de Deo Confessoris.

Evangelium. **Accessérunt ad Jesum Pharisæi.** ut in Dominica XV. post Octavam Trinitatis. pag. **303.**

S. Franciscæ Romanæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

B. Petri de Jeremia Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Gregorii Papæ et Confessoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Patritii Confessoris.

Evangelium. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Sibyllinæ de Biscossis Virginis.

Evang. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Joseph Sponsi B. M. V.

Evangelium. **Cum esset desponsáta.** ut in Vigilia Nativitatis Domini. pag. **289.**

S. Benedicti Abbatis.

Evangelium. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Communi. pag. **333.**

B. Ambrosii Sansedonii Confessoris.

Evang. **Sint lumbi.** in Comm. pag. **333.**

S. Gabrielis Archangeli.

Evangelium. **Missus est Angelus.** ut in festo sequenti.

In Annuntiatione Dominica. **Secúndam Lucam.**

In illo témpore. Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David : et nomen vírginis María. Tu autem.

S. Francisci de Paula Confessoris.

Evangelium. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Communi. pag. **333.**

Impressionis Stigmatum S. Catharinæ Senensis.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum grano sinápis.** ut in Dominica V. post Octavam Epiphaniæ. pag. **291.**

S. Ambrosii Episcopi, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Vincentii Ferrerii Confessoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

B. Antonii Pavonii Martyris.

Evangelium. **Nisi granum fruménti.** in Communi. pag. **331.** Tempore vero Paschali. **Ego sum vitis vera.** in Communi. pag. **331.**

B. Antonii Neyrot Martyris.

Evang. **Ego sum vitis vera.** in Communi. pag. **331.**

S. Leonis Papæ, Confessoris et Ecclesiæ Doctoris.

Evangelium. **Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi.** ut in Cathedra Romana. pag. **307.**

B. Margaritæ de Castello Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

B. Petri Gonzalez Confessoris.

Evangelium. **Eúntes prædicáte, dicéntes.** ut in festo S. Hyacinthi. pag. **314.**

S. Hermenegildi Martyris.

Evangelium. **Si quis venit ad me, et non odit patrem suum.** in Communi. pag. **331.**

B. Claræ Gambacurtæ Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

S. Agnetis de Monte Politiano Virginis.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum grano sinápis.** ut in Dominica V. post Octavam Epiphaniæ. pag. **291.**

B. Bartholomæi a Cerveriis Martyris.

Evangelium. **Nisi granum fruménti.** in Communi. pag. **331.** Tempore vero Paschali. **Ego sum vitis vera.** in Communi. pag. **331.**

S. Georgii Martyris.

Evangelium. **Ego sum vitis vera.** in Communi. pag. **331.**

SS. Coronæ Domini. **Secúndum Joánnem.**

In illo témpore. Apprehéndit Pilátus Jesum : et flagellávit. Et mílites plecténtes corónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus : et veste purpúrea circumdedérunt eum. Tu autem.

S. Marci Evangelistæ.

Evangelium. **Designávit Dóminus.** in Comm. pag. **333.**

BB. Dominici et Gregorii Confessorum.

Evangelium. **Respóndens Jesus dixit. Confíteor.** in Communi. pag. **333.**

S. Pauli a Cruce Confessoris.

Evangelium. **Designávit.** in Communi. pag. **333.**

S. Petri Martyris. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Si quis vult post me veníre : ábneget semetípsum, et tollat crucem suam quotídie, et sequátur me. Tu autem.

S. Catharinæ Virginis Senensis.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum grano sinápis.** ut in Dominica V. post Octav. Epiph. pag. **291.**

In festo Patrocinii S. Joseph Sponsi B. M. V.

Secúndum Lucam.

In illo témpore. Factum est autem cum baptizarétur omnis pópulus, et Jesu baptizáto, et oránte : apértum est cælum. Tu autem.

Ss. Apostolorum Philippi, et Jacobi.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Non turbétur cor vestrum. Créditis in Deum : et in me crédite. In domo Patris mei : mansiónes multæ sunt. Tu autem.

S. Athanasii Episc. et Conf. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Cum persequéntur vos in civitáte ista : fúgite in áliam. Amen dico vobis : non consummábitis civitátes Israel, donec véniat Fílius hóminis. Tu autem.

In Inventione S. Crucis. Secúndum Joánnem.

In illo témpore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodémus nómine, princeps Judæórum. Hic venit ad Jesum nocte: et dixit ei. Rabbi, scimus quia a Deo venísti magíster. Nemo enim potest hæc signa fácere, quæ tu facis: nisi fúerit Deus cum eo. Tu autem.

S. Monicæ Viduæ.

Evang. **Ibat Jesus in civitátem, quæ vocátur Naim.** ut in Dominica XIII. post Oct. Trinitatis. pag. **303.**

S. Pii V. Papæ et Confessoris. Secúndum Joánnem.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Qui vos audit: me audit. Et qui vos spernit: me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum, qui misit me. Tu autem.

S. Joannis ante portam Latinam.

Evangelium. **Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi.** ut in festo S. Jacobi Apostoli. pag. **320.**

In Apparitione S. Michaelis Archangeli.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes. Quis putas, major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum: státuit eum in médio eórum, et dixit. Amen dico vobis: nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum. Tu autem.

S. Gregorii Nazianzeni Episcopi et Confessoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi pag. **333.**

S. Antonini Archiepiscopi et Confessoris.

Evang. **Vigiláte, quia nescítis.** in Communi. pag. **332.**

S. Stanislai Episcopi et Martyris.

Evang. **Ego sum vitis vera,** in Communi. pag. **331.**

B. Joannæ Lusitanæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

B. Alberti a Bergomo Confessoris.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

B. Ægidii Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

In Conversione S. Augustini.

Evangelium. **Erant appropinquántes ad Jesum.** ut in Dominica I. post Octavam Trinitatis. pag. **301.**

S. Joannis Nepomuceni Mart. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Nihil est opértum, quod non revelábitur: et occúltum, quod non sciétur. Tu autem.

S. Venantii Martyris.

Evang. **Ego sum vitis vera.** in Communi. pag. **331.**

S. Petri Cælestini Papæ et Confessoris.

Evangelium. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Communi. pag. **333.**

B. Columbæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Bernardini Senensis Confessoris.

Evangelium. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Communi. pag. **333.**

S. Servatii Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Dixit Jesus discípulis suis. Cum persequéntur vos.** ut in festo S. Athanasii. pag. **314.**

B. Mariæ Virginis titulo Auxilium Christianorum.

Evangelium. **Loquénte Jesu ad turbas.** ut in festo S. Mariæ ad Nives. pag. **321.**

In Translatione S. P. N. Dominici.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Philippi Nerii Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Mariæ Bartholomææ de Bagnesiis Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

BB. Guillelmi et sociorum Martyrum.

Evangelium. **Cum audiéritis.** in Communi. pag. **331.**

Tempore vero Paschali, Evang. **Ego sum vitis, vos pálmites.** in Communi. pag. **332.**

B. Jacobi Salomonii Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

Sacratissimi Cordis Jesu. **Secúndum Joánnem.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Sicut diléxit me Pater: et ego diléxi vos. Manéte in dilectióne mea. Tu autem.

Purissimi Cordis B. M. V. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore: Dixit mater Jesu ad illum. Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce pater tuus, et ego: doléntes quærebámus te? Tu autem.

BB. Alphonsi Navarrete et Sociorum Martyrum.

Evangelium. **Sedénte Jesu.** in Communi. pag. **332.** Tempore vero Paschali, Evang. **Ego sum vitis, vos pálmites.** in Communi. pag. **332.**

BB. Sadoc et Sociorum Martyrum

Evangelium. **Cum audiéritis.** in Communi. pag. **331.** Tempore vero Paschali, Evang. **Ego sum vitis, vos pálmites.** in Communi. pag. **332.**

In Translatione S. Petri Martyris.

Evangelium. **Si quis vult.** ut in alio ejus festo. pag. **314.**

S. Francisci Caracciolo Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Norberti Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

S. Angelæ Mericiæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

B. Joannis Dominici Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Homo péregre.** in Communi pag. **333.**

S. Barnabæ Apostoli. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo

prudéntes sicut serpéntes : et símplices sicut colúmbæ. Tu autem.

B. Stephani Bandelli Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Antonii Patavini Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi.** in Communi. pag. **333.**

S. Basilii Episcopi et Confessoris.

Evang. **Si quis venit ad me.** in Communi. pag. **331.**

B. Osannæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

Ss. Gervasii et Protasii Martyrum.

Evangelium. **Descéndens Jesus de monte.** in Communi. pag. **332.**

Ss. Decem millium Martyrum.

Evangelium. **Cum audiéritis prælia.** in Communi. pag. **331.**

In Nativitate S. Joannis Baptistæ. **Secúndum Lucam.**

Elisabeth implétum est tempus pariéndi : et péperit filium. Et audiérunt vicíni, et cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa : et congratulabántur ei. Tu autem.

Ss. Joannis et Pauli Martyrum.

Evang. **Atténdite a ferménto.** in Communi. pag. **332.**

Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Evangelium. **Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi.** ut in Cathedra Romana. pag. **307.**

In Commemoratione S. Pauli.

Evangelium. **Ecce ego mitto vos sicut oves.** ut supra. in festo S. Barnabæ Apostoli. pag. **317.**

In Visitatione beatæ Mariæ Virginis.

Secúndum Lucam.

In illo témpore. Exsúrgens María : ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Juda. Et intrávit in domum Zacharíæ : et salutávit Elísabeth. Et factum est, ut au-

dívit salutatiónem Maríæ Elísabeth : exsultávit infans in útero ejus. Tu autem.

B. Marci Mutinensis Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

Infra Octavas Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Evang. **Ecce nos relíquimus.** in Comm. pag. **333.**

In Octava Ss. Apost. Petri et Pauli. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore. Cómpulit Jesus discípulos ascéndere in navículam, et præcédere eum trans fretum : donec dimítteret turbas. Et dimíssa turba : ascéndit in montem solus oráre. Véspere autem facto : solus erat ibi. Tu autem.

B. Benedicti Papæ XI. Confessoris.

Evang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

Ss. Joannis et Soc. Mart. Gorcom. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum : propter Fílium hóminis. Tu autem.

S. Joannis Gualberti. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Audístis quia dictum est. Díliges próximum tuum : et ódio habébis inimícum tuum. Ego autem dico vobis. Dilígite inimícos vestros. Tu autem.

B. Jacobi a Voragine Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

S. Bonaventuræ Episcopi et Confessoris.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Henrici imperatoris et Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

In Commemoratione S. Mariæ de Monte Carmelo.

Evangelium. **Loquénte Jesu ad turbas.** ut in festo S. Mariæ ad Nives. pag. **321.**

B. Ceslai Confessoris.

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi. pag. **333.**

S. Vincentii a Paulo Confessoris.

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi. pag. **333.**

S. Margaritæ Virginis et Martyris.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

S. Hieronymi Æmiliani Confessoris.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Obláti sunt Jesu párvuli : ut manus eis impóneret, et oráret. Tu autem.

S. Mariæ Magdalenæ. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore. Rogábat Jesum quidam de Pharisæis: ut manducáret cum illo. Et ingréssus domum Pharisæi : discúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit quod accubuísset in domo Pharisæi : áttulit alabástrum unguénti. Et stans retro secus pedes ejus, lácrymis cœpit rigáre pedes ejus, et capíllis cápitis sui tergébat : et osculabátur pedes ejus, et unguénto ungébat. Tu autem.

B. Joannæ Urbevetanæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Camilli de Lellis Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi.** in Communi. pag. **333.**

S. Jacobi Apostoli. **Secúndum Matthæum.**

In illo témpore. Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi cum fíliis suis : adórans et petens áliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sédeant hi duo fílii mei, unus ad déxteram tuam, et unus ad sinístram : in regno tuo. Tu autem.

S. Annæ matris B. M. V.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

B. Augustini a Bugella Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Antonii ab Ecclesia Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag **333.**

S. Marthæ Virginis.

Evangelium. **Intrávit Jesus in quoddam castéllum.** ut in Assumptione B. M. pag. **322.**

B. Mannis Confessoris

Evang. **Sint lumbi vestri.** ut in Communi pag **333.**

S. Ignatii Confessoris

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi. pag **333.**

S. Petri ad Vincula.

Evang. **Venit Jesus.** ut in Cathedra Romana. pag **307.**

B. Joannæ de Aza Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag **334.**

In Inventione Corporis S. Stephani Protomartyris.

Evangelium. **Ecce ego mitto ad vos.** ut in festo principali. pag. **306.**

S. Dominici P. N. et per Octavam, præterquam in Dominica infra Octav. Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra : nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Tu autem.

S. Mariæ ad Nives. Secúndum Lucam.

In illo témpore. Loquénte Jesu ad turbas : extóllens vocem quædam múlier de turba dixit illi. Beátus venter, qui te portávit : et úbera, quæ suxísti. Tu autem.

In Transfiguratione Domini.

Evang. **Assúmpsit Jesus.** ut in Dom. II. Quadrag. **293.**

S. Cajetani Confessoris

Evangelium. **Nemo potest duóbus dóminis servíre.** ut in Dominica XII. post Oct. Trinit. pag. **303.**

B. Augustini Lucerini Episcopi et Confessoris.

Evang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Joannis de Salerno Confessoris.

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi. pag. **333.**

S. Laurentii Levitæ et Martyris.

Evangelium. **Nisi granum fruménti cadens in terram.** in Communi. pag. **331.**

S. Claræ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

Ss. Hippolyti, sociorumque Martyrum.

Evang. **Atténdite a ferménto.** in Communi. pag. **332.**

S. Emygdii Episcopi et Martyris.

Evang. **Si quis venit ad me.** in Communi. pag. **331.**

In Assumptione B. M. V. et per Octavam, præterquam in Dominica infra Octav. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore. Intrávit Jesus in quoddam castéllum: et múlier quædam Martha nómine, excépit illum in domum suam. Et huic erat soror, nómine María: quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Tu autem.

S. Hyacinthi Confessoris.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Eúntes prædicáte, dicéntes: Quia appropinquávit regnum cælórum. Infirmos curáte, mórtuos suscitáte, leprósos mundáte, dæmones ejícite: gratis accepístis, gratis date. Tu autem.

S. Joachim patris B. M. V.

Evang. ut in Nativitate beatæ Mariæ Virg. pag. **324.**

B. Emiliæ Bicchieri Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Rochi Confessoris.

Evang. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Comm. p. **333.**

S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep. Conf. et Eccl. Doct.

Evangelium. **Designávit Dóminus.** in Comm. p. **333.**

S. Bernardi Abbatis et Eccl. Doct.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

S. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

B. Jacobi de Mevania Confessoris.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

S. Bartholomæi Apostoli.

Secúndum Lucam.

In illo témpore. Exiit Jesus in montem oráre : et erat pernóctans in oratióne Dei. Et cum dies factus esset, vocávit discípulos suos : et elégit duódecim ex ipsis, quos et Apóstolos nominávit. Tu autem.

S. Ludovici regis et Confessoris.

Evang. **Homo quidam nóbilis.** in Communi. p. **334.**

S. Philippi Benitii Confessoris.

Evang. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Comm. p. **333.**

S. Josephi Calasanctii Confessoris.

Evangelium. **Accessérunt discípuli.** ut in festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli. pag. **315.**

S. Augustini Episc. Confessoris et Ecclesiæ Doctoris, et per Octavam, præterquam in Dominica infra Oct.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

In Decollatione S. Joannis Baptistæ.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Misit Heródes, ac ténuit Joánnem ; et vinxit eum in cárcere : propter Herodíadem uxórem Philíppi fratris sui, quia dúxerat eam. Dicébat enim Joánnes Heródi: Non licet tibi habére uxórem fratris tui. Tu autem.

S. Rosæ Virginis Limensis.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum grano sinápis.** ut in Dominica V. post Octavam Epiph. pag. **291.**

S. Raymundi Nonnati Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri præcíncti.** in Comm. p. **333.**

S. Philumenæ Virginis et Martyris.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

S. Stephani regis Hungariæ Confessoris.

Evangelium. **Homo quidam nóbilis ábiit.** in Comm. pag. **334.**

B. Gualæ Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Vigiláte.** in Communi. pag. **332.**

B. Catharinæ de Raconixio Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

B. Bertrandi de Garriga Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. p. **333.**

S. Rosæ de Viterbio Virginis.

Evangelium. Símile erit **regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

In Nativitate beatæ Mariæ Virginis.

Secúndum Matthæum.

LIBER generatiónis Jesu Christi filii David : filii Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem : génuit Jacob. Jacob autem : génuit Judam, et fratres ejus. Tu autem.

SS. Nominis beatæ Mariæ Virginis.

Evangelium. **Missus est Angelus Gábriel.** ut in festo Annunt. beatæ Mariæ Virginis. pag. **312.**

S. Nicolai Tolentinatis Confessoris.

Evangelium. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Communi. pag. **333.**

In Exaltatione S. Crucis.

Secúndum Joánnem.

IN illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Nunc judícium est mundi : nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra : ómnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicébat : signíficans qua morte esset moritúrus. Tu autem.

In Commemoratione S. P. Dominici in Suriano.

Evangelium ut in alio festo 4. Augusti. pag. **323.**

B. Imeldæ Lambertini Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

In Impressione Stigmatum S. Francisci.

Evangelium. **Si quis vult post me veníre.** in Communi. pag. **331.**

Ss. Cornelii et Cypriani Martyrum.

Evangelium. **Cum audiéritis.** in Communi. pag. **331.**

Ss. Januarii et sociorum Martyrum.

Evangelium. **Sedénte Jesu.** in Communi. pag. **332.**

B. Francisci de Possadas Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Matthæi Apostoli et Evangelistæ.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Vidit Jesus hóminem sedéntem in telónio : Matthæum nómine. Et ait illi. Séquere me. Et surgens : secútus est eum. Tu autem.

Ss. Mauritii et sociorum Martyrum.

Evangelium. **Cum audiéritis prœlia.** in Communi. pag. **331.**

S. Theclæ Virginis et Martyris.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Mariæ de Mercede.

Evangelium. **Loquénte Jesu ad turbas.** ut in festo **B.** Mariæ ad Nives. pag. **321.**

S. Thomæ de Villanova Episcopi et Confessoris.

Evangelium. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Dalmatii Monerii Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

Ss. Cosmæ et Damiani Martyrum.

Evangelium. **Descéndens Jesus de monte.** in Comm. pag. **332.**

S. Josephi a Cupertino Confessoris.

Evang. **Loquebátur Jesus princípibus sacerdótum.** ut in Dominica XVII. post Oct. Trinitatis. pag. **304.**

S. Michaelis Archangeli.

Evangelium. **Accessérunt discípuli.** ut in festo Apparitionis ejusdem. pag. **315.**

S. Hieronymi Conf. et Eccl. Doct.

Evang. **Vos estis sal terræ.** in Communi. pag. **333.**

In Solemnitate SS. Rosarii, et per Oct. nisi in Dñica.

Evangelium. **Missus est Angelus.** ut in Annuntiatione B. Mariæ Virginis. pag. **312.**

Ss. Eustachii et sociorum Martyrum.

Evang. **Descéndens Jesus.** in Communi. pag. **332.**

S. Angeli Custodis.

Evangelium. **Accessérunt discípuli.** ut in festo Apparitionis S. Michaelis. pag. **315.**

B. Joannis Massias Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. P. Francisci Confessoris.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

Ss. Placidi et sociorum Martyrum.

Evangelium. **Sedénte Jesu super Montem olivéti.** in Communi. pag. **332.**

S. Brunonis Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Matthæi Carrerii Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi.** in Communi. pag. **333.**

S. Birgittæ Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

Ss. Dionysii et sociorum Martyrum.

Evang. **Atténdite a ferménto.** in Communi. pag. **332.**

S. Ludovici Bertrandi Confessoris.

Evang. **Eúntes in mundum.** ut in festo S. Francisci Xaverii. pag. **305.**

B. Jacobi ab Ulma Confessoris.

Evangelium. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. 333.

S. Eduardi regis et Confessoris.

Evang. **Homo quidam nóbilis.** in Communi. p. 334.

B. Magdalenæ de Panateriis Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. 334.

S. Teresiæ Virginis.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. 334.

S. Lucæ Evangelistæ.

Evang. **Designávit Dóminus.** in Communi pag. 333.

S. Petri de Alcantara Confessoris.

Evangelium. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Communi. pag. 333.

Ss. Ursulæ et sociarum Virginum et Martyrum.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. 334.

B. Petri Caputii a Tiferno Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. 333.

B. Bartholomæi a Bregantia Episc. et Confessoris.

Evang. **Vigiláte: quia nescítis.** in Communi. p. 332.

S. Raphaëlis Archangeli. *Secúndum Joánnem.*

In illo témpore. Erat dies festus Judæórum: et ascéndit Jesus Jerosólymam. Tu autem.

B. Damiáni Furchéri Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. 333.

Ss. Apostolorum Simonis et Judæ. *Secúndum Joánnem.*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Hæc mando vobis: ut diligátis ínvicem. Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis: mundus quod suum erat dilígeret. Tu autem.

[illegible]

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. 334.

Ss. Martyrum, et aliorum Sanctorum quorum Corpora, vel Reliquiæ asservantur in nostris Ecclesiis.

Evangelium. **Descéndens Jesus de monte.** in Communi. pag. **332.**

In festo omnium Sanctorum, et per Octavam, nisi in Dominica infra Octav.

Evangelium. **Videns Jesus turbas, ascéndit.** in Communi. pag. **332.**

In Commem. omnium Fidelium defunctorum.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei : et qui audíerint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso : sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso. Tu autem.

B. Simonis Ballacchi Confessoris.

Evangelium. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Communi. pag. **333.**

S. Caroli Episc. et Confessoris.

Evang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Martini de Porres Confessoris.

Evang. **Confiteor tibi, Pater.** in Communi. pag. **333.**

B. Petri de Ruffia Martyris.

Evang. **Nisi granum fruménti.** in Communi. p. **331.**

In festo Patrocinii B. M. V.

Evangelium. **Loquénte Jesu ad turbas.** ut in festo B. Mariæ ad Nives. pag. **321.**

In festo omnium Sanctorum Ordinis Prædicatorum.

Evangelium. **Ecce nos relíquimus ómnia.** in Communi. pag. **333.**

S. Martini Episc. et Conf. **Secúndum Lucam.**

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Nemo lucérnam accéndit, et in abscóndito ponit, neque sub módio : sed super candelábrum, ut qui ingrediúntur,

n vídeant. Lucérna córporis tui : est óculus tuus.
utem.

In Dedicatione Basilicæ SS. Salvatoris.

angelium. **Ingréssus Jesus perambulábat.** ut in Ansario Dedicationis Ecclesiæ. pag. **305.**

S. Didaci Confessoris.

ang. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Comm. p. **333.**

B. Joannis Liccii Confessoris.

ang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Alberti Magni Episcopi et Confessoris.

ang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

B. Luciæ de Narnia Virginis.

angelium. **Símile erit regnum cælórum decem vir-us.** in Communi. pag. **334.**

egorii Thaumaturgi Ep. et C. **Secúndum Marcum.**
llo témpore. Respóndens Jesus discípulis suis : ait is. Habéte fidem Dei. Amen dico vobis : quia qui-que díxerit huic monti, Tóllere, et míttere in ma-; non hæsitáverit in corde suo, sed credíderit, quia lcúmque díxerit, fiat, fiet ei. Tu autem.

)edicatione Basilicarum SS. Apost. Petri et Pauli.

ang. **Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho.** ut in iversario Dedicationis Ecclesiæ. pag. **305.**

Elisabeth Viduæ. **Secúndum Lucam.**
llo témpore. Respíciens Jesus : vidit eos, qui mitté-nt múnera sua in gazophylácium, dívites. Tu autem.

S. Felicis de Valois Confessoris.

angelium. **Nolíte timére pusíllus grex.** in Commu-ag. **333.**

In Præsentatione B. M. V.

angelium. **Loquénte Jesu ad turbas.** ut in festo B. æ ad Nives. pag. **321.**

S. Cæciliæ Virginis et Martyris.

angelium. **Símile erit regnum cælórum decem vir-ous.** in Communi. pag. **334.**

S. Clementis Papæ et Martyris.

Evang. **Vigiláte : quia nescítis.** in Communi. p. **332.**

S. Joannis a Cruce Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

S. Catharinæ Virginis et Martyris.

Evangelium. **Símile erit regnum cælórum decem virgínibus.** in Communi. pag. **334.**

S. Andreæ Avellini Confessoris.

Evang. **Sint lumbi vestri.** in Communi. pag. **333.**

B. Margaritæ de Sabaudia Viduæ.

Evangelium. **Símile est regnum cælórum thesáuro.** in Communi. pag. **334.**

B. Jacobi de Benefactis Episc. et Confessoris.

Evang. **Homo péregre.** in Communi. pag. **333.**

EVANGELIA DE COMMUNI SANCTORUM.

IN COMMUNI UNIUS MARTYRIS.

Secúndum Lucam.

In illo témpore: Dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam: non potest meus esse discípulus. Tu autem.

Secúndum Joánnem.

N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Amen, amen dico vobis: nisi granum fruménti cadens in terram, órtuum fúerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum ıerit: multum fructum affert. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Si quis vult post me veníre: ábneget semetípsum, et tollat crucem ıam, et sequátur me. Qui enim volúerit ánimam suam lvam fácere: perdet eam. Tu autem.

Secúndum Joánnem.

N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmim in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, ıi fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. u autem.

Secúndum Matthæum.

N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Nolíte arbitrári: quia pacem vénerim míttere in terram. Non ni pacem míttere: sed gládium. Tu autem.

IN COMMUNI PLURIMORUM MARTYRUM.

Secúndum Lucam.

N illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Cum audiéritis prœlia, et seditiónes: nolíte terréri. Opórtet imum hæc fieri: sed nondum statim finis. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Videns Jesus turbas, ascéndit in montem : et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum docébat eos, dicens. Beáti páuperes spíritu : quóniam ipsórum est regnum cælórum. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore. Descéndens Jesus de monte : stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Atténdite a ferménto Pharisæórum : quod est hypócrisis. Nihil autem opértum est, quod non reveletur : neque abscónditum, quod non sciátur. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore. Sedénte Jesu super Montem olivéti : accessérunt ad eum discípuli secréto, dicéntes. Dic nobis, quando hæc erunt; et quod signum advéntus tui, et consummatiónis sæculi ? Tu autem.

Secúndum Joánnem.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis : vos pálmites. Qui manet in me, et ego in eo; hic fert fructum multum : quia sine me nihil potéstis fácere. Tu autem.

IN COMMUNI CONFESSORUM.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vigiláte : quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Illud autem scitóte : quóniam si sciret paterfamílias qua hora fur ventúrus esset, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo péregre proficíscens, vocávit servos suos: et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta : álii autem duo, álii vero unum. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur ? Ad níhilum valet ultra : nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Respóndens Jesus, dixit. Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ : quia abscondísti hæc a sapiéntibus, et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris; et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis : ut, cum vénerit, et pulsáverit, conféstim apériant ei. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis. Nolíte timére pusíllus grex : quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore. Designávit Dóminus et álios septuagínta duos : et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem, et locum, quo erat ipse ventúrus. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Petrus ad Jesum. Ecce nos relíquimus ómnia : et secúti sumus te. Quid ergo erit nobis ? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis : quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne cum

séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Tu autem.

Secúndum Lucam.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam : accípere sibi regnum, et revérti. Vocátis autem decem servis suis : dedit eis decem mnas, et ait ad illos. Negotiámini dum vénio. Tu autem.

IN COMMUNI VIRGINUM.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum cælórum thesáuro abscóndito in agro : quem qui ínvenit homo, abscóndit, et præ gáudio illíus vadit, et vendit univérsa quæ habet, et emit agrum illum. Tu autem.

Secúndum Matthæum.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ : et quinque prudéntes. Tu autem.

INCIPIT REGULA

)EATI AUGUSTINI EPISCOPI.

ANTE omnia, fratres carissimi, diligatur Deus ; deinde proximus : quia ista praecepta sunt principaliter nobis data. Haec igitur sunt : quae ut observetis praecipimus in Monasterio constituti. Primum, propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in domo : et sit vobis anima una, et cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium : sed vobis omnia communia. Et distribuatur unicuique vestrum a Praeposito o victus et tegumentum ; non aequaliter omnibus, quia non aequaliter is omnes : sed potius unicuique, sicut cuique opus fuerit. Sic enim is in Actibus Apostolorum ; quia erant illis omnia communia : et distri- ıatur unicuique, sicut cuique opus erat. Qui vero aliquid habebant in ılo : quando ingressi fuerint Monasterium, libenter velint illud esse mune. Qui autem non habebant : non ea quaerant in Monasterio, quae foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati, quod opus est, ıatur : etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria rat invenire. Non tamen ideo putent se esse felices, quia invenerunt ım et tegumentum, quale foris invenire non potuerunt : nec erigant icem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant ; sed um cor habeant, et terrena vana non quaerant : ne incipiant Monasteria tibus esse utilia, non pauperibus, si divites illic humiliantur, et paupe- llic inflantur. Rursus etiam illi, qui aliquid videbantur esse in saeculo : habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex pertate venerunt. Magis autem studeant : non de parentum divitum ıitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si muni vitae aliquid de suis facultatibus contulerunt : nec de suis divitiis is superbiant, quia eas in Monasterio partiuntur, quam si eis in saeculo rentur. Alia quippe quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur, iant : superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. Et l prodest dispergendo dare pauperibus, et pauperem fieri ; cum anima era superbior efficitur divitias contemnendo, quam fuerat possidendo ? nes ergo unanimiter et concorditer vivite : et honorate in vobis Deum cem, cujus templa facti estis.

)rationibus instate : horis et temporibus constitutis. In Oratorio ıo aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde et nomen accepit ; ut si

forte aliqui, etiam praeter horas constitutas (si eis vacat) orare voluerint: non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint. Psalmis et Hymnis cum oratis Deum : hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Et nolite cantare : nisi quod legitis esset cantandum. Quod autem non ita scriptum est, ut cantetur : non cantetur. Carnem vestram domate jejuniis, et abstinentia escae et potus : quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non potest jejunare ; non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat : nisi cum aegrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentione audite ; ne solæ vobis fauces sumant cibum : sed et aures esuriant verbum Dei. Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu : non debet aliis molestum esse, nec injustum videri eis, quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi : sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi. Et si eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, operimentorumve datur, quod aliis fortioribus, et ideo felicioribus non datur ; cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua saeculari vita, illi ad istam descenderint : quamvis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire non potuerint. Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius (non quia honorantur, sed quia tolerantur) accipere; ne contingat detestanda perversitas : ut in Monasterio, ubi quantum possunt, fiunt divites laboriosi, fiant pauperes delicati. Sane quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere, ne graventur ; ita post aegritudinem sic tractandi sunt, ut citius recreentur : etiam si de humillima saeculi paupertate venerint ; tamquam hoc illis contulerit recentior aegritudo : quod divitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad feliciorem consuetudinem suam ; quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent : ne cibi eos teneat voluptas jam vegetatos, quos necessitas levarat infirmos. Illos sane existiment ditiores : qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Melius est enim minus egere : quam plus habere. Non sit notabilis habitus vester : nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Quando proceditis, simul ambulate : cum veneritis, quo itis, simul state. In incessu, statu, habitu, et in omnibus motibus vestris, nihil fiat, quod cujusquam offendat aspectum : sed quod vestram deceat sanctitatem. Oculi vestri, et si jaciantur in aliquam feminarum: in nullam figantur. Neque enim, quando proceditis, feminas videre prohibemini : sed appetere, vel ab ipsis appeti velle, criminosum est. Nec solo tactu et affectu : sed et aspectu quoque appetitur, et appetit concupiscentia feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos : quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et cum se invicem sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuntiant impudica ; et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore : etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit

castitas ipsa de moribus. Nec putare debet, qui in feminam figit oculum, et illius in seipsum diligit fixum : ab aliis se non videri, cum hoc facit. Videtur omnino : et a quibus se videri non arbitratur. Sed etsi lateat, et a nemine hominum videatur ; quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest ? An ideo putandus est non videre ; quia tanto videt patientius, quanto sapientius ? Illi ergo vir sanctus timeat displicere : ne velit feminae male placere. Illum cogitet omnia videre : ne velit feminam male videre. Illius namque et in hac causa commendatus est timor : ubi scriptum est , Abominatio est Domino , defigens oculum. Quando ergo simul estis in Ecclesia , aut ubicumque feminae sunt : invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim, qui habitat in vobis : etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Et si hanc, de qua loquor , oculi petulantiam in aliquo vestrum adverteritis ; statim admonete, ne male coepta progrediantur : sed de proximo corrigantur. Si autem et post admonitionem iterum, vel alio quoque die idipsum eum facere videritis : jam velut vulneratum, sanandum prodat, quicumque hoc potuerit invenire. Prius tamen est alteri vel tertio demonstrandum : ut duorum vel trium possit ore convinci, et competenti severitate coërceri. Nec vos judicetis esse malevolos : quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis : si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis , tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore , quod velit occultari , dum timet secari ; nonne crudeliter a te sileretur , et misericorditer indicaretur ? Quanto ergo potius debes manifestare ; ne deterius putrescat in corde ? Sed antequam aliis demonstretur, per quos convincendus est, si negaverit ; prius Praeposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi : ut forte possit secretius correctus , non innotescere ceteris. Si autem negaverit ; tunc neganti adhibendi sunt alii, etiam coram omnibus : ut possit non ab uno teste argui, sed a duobus vel tribus convinci. Convictus vero : secundum Praepositi, vel etiam Presbyteri, ad cujus dispensationem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam. Quam si ferre recusaverit : etiam si ipse non abscesserit , de vestra societate projiciatur Non enim hoc fit crudeliter, sed misericorditer : ne contagione pestifera plurimos perdat. Et hoc, quod dixi de oculo non figendo ; etiam in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis, judicandisque peccatis diligenter et fideliter observetur : cum dilectione hominum , et odio vitiorum. Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulte ab aliquo litteras, vel quodlibet munus acceperit : si hoc ultro confitetur, parcatur illi, et oretur pro eo. Si autem deprehenditur et convincitur secundum arbitrium Presbyteri, vel Praepositi gravius emendetur. Vestes vestras in unum habeatis, sub uno custode, vel duobus, vel quot sufficere possint ad eas excutiendas : ne a tinea laedantur. Et sicut pascimini ex uno cellario : sic induamini ex uno vestiario. Si fieri potest , ad vos non pertineat, quod vobis indumentum pro temporum congruentia proferatur ; utrum hoc recipiat unusquisque, quod deposuerat, an aliud,

quod alter habuerat : dum tamen unicuique, prout cuique opus est, non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones et murmura oriuntur ; et conqueritur aliquis se deterius accepisse , quam prius habuerat, et indignum se esse, quod non ita vestiatur, sicut alius frater vestiebatur : hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod posueritis ; in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis : ita sane quod nullus sibi aliquid operetur ; sed omnia opera vestra in unum fiant : majori studio, et frequentiori alacritate, quam si vobis singulis propria faceretis. Caritas enim, de qua scriptum est, quod non quaerit quae sua sunt, sic intelligitur : quia communia propriis, non propria communibus anteponit. Et ideo quanto amplius rem communem, quam propria vestra curaveritis ; tanto vos amplius proficere noveritis : ut in omnibus, quibus utitur transitoria necessitas, superemineat, quae permanet, caritas.

Consequens ergo est, ut etiam cum quis filiis suis, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus, in Monasterio constitutis, aliquam contulerit vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum : non occulte accipiatur ; sed sit in potestate Praepositi : ut in rem communem redactum, cui necesse fuerit, praebeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam celaverit : furti judicio condemnetur. Indumenta vestra secundum arbitrium Praepositi laventur sive a vobis , sive a fullonibus : ne interiores animae sordes contrahat mundae vestis nimius appetitus.

Lavacrum etiam corpori, cum infirmitatis necessitas cogit : minime denegetur. Fiat sine murmure de consilio medicinae : ita ut etiam si nolit, jubente Praeposito faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, et forte non expedit : suae cupiditati non obediatur. Aliquando enim , etiamsi noceat : prodesse creditur , quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore : famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur. Sed tamen utrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat : si non est certum , medicus consulatur. Nec eant ad balnea, sive quocumque ire necesse fuerit : minus quam duo vel tres. Et ille, qui habet aliquo eundi necessitatem : cum quibus Praepositus jusserit, ire debet. Aegrotantium cura, sive post aegritudinem reficiendorum, sive aliqua imbecillitate, etiam sine febribus, laborantium, uni alicui debet injungi : ut ipse de cellario petat , quod cuique opus esse prospexerit. Sive autem qui cellario, sive qui vestibus, sive qui codicibus praeponuntur : sine murmure serviant fratribus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur. Extra horam qui petierit : non accipiat. Vestimenta vero et calceamenta, quando fuerint indigentibus necessaria : dare non differant, sub quorum custodia sunt, quae poscuntur. Lites, aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis ; ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca : et animam faciat homicidam. Sic enim legitis. Qui odit fratrem suum : homicida est. Quicumque convicio, vel maledicto,

vel etiam criminis objectu aliquem laeserit ; meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit : et ille, qui laesus est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se laeserint, invicem sibi debita relaxare debent, propter orationes vestras : quas utique quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis. Melior est autem, qui quamvis ira saepe tentetur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit injuriam : quam qui tardius irascitur, et ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit : sine causa est in Monasterio, etiam si inde non projiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite. Quae si emissa fuerint ex ore vestro : non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera. Quando autem necessitas disciplinae in moribus coërcendis dicere vos dura verba compellit ; etiamsi ipsi vos modum excessisse sentitis, non a vobis exigitur, ut a vobis subditis veniam postuletis : ne apud eos, quos oportet esse subjectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino : qui novit eos, quos plus justo forte corripitis, quanta benevolentia diligatis. Non autem carnalis : sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. Praeposito tamquam Patri obediatur : multo magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Ut ergo cuncta ista serventur, et si quid minus servatum fuerit, non negligenter praetereatur, sed ut emendandum, corrigendumque curetur : ad Praepositum praecipue pertinebit, ut ad Presbyterum, cujus est apud vos major auctoritas, referat, quod vires vel modum ejus excedit. Ipse vero, qui vobis praeest : non se existimet potestate dominante, sed caritate serviente felicem. Honore coram vobis Praelatus sit vobis : timore coram Deo, substratus sit pedibus vestris. Circa omnes : seipsum bonorum operum praebeat exemplum. Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes ; suscipiat infirmos : patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat : metuendus imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium ; tamen plus amari a vobis appetat, quam timeri : semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem. Unde et vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsius misereminі : qui inter vos, quanto in loco superiori, tanto in periculo majori versatur. Donet Dominus ut observetis haec omnia, tamquam spiritualis pulcritudinis amatores ; et bono Christi odore de bona vestra conversatione fragrantes : non sicut servi sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti. Ut autem vos in libello hoc tamquam in speculo possitis inspicere : ne per oblivionem aliquid negligatur, semel in septimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea, quæ scripta sunt, facientes : agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Ubi autem sibi quicumque vestrum viderit aliquid deesse ; doleat de praeterito, caveat de futuro : orans ut sibi debitum dimittatur, et in tentationem non inducatur.

Explicit Regula beati Augustini Episcopi.

INCIPIT PROLOGUS

IN LIBRUM CONSTITUTIONUM

FRATRUM SACRI ORDINIS PRAEDICATORUM.

QUONIAM ex praecepto Regulae jubemur habere cor unum, et animam unam in Domino; justum est ut qui sub una Regula, et unius professionis voto vivimus, uniformes in observantiis Canonicae Religionis inveniamur : quatenus unitatem, quae interius est servanda in cordibus, foveat et repraesentet uniformitas exterius servata in moribus. Quod profecto eo competentius et perfectius poterit observari ; si ea, quae agenda sunt, scripto fuerint commendata : si omnibus, qualiter sit vivendum, scriptura teste innotescat; si mutare, vel addere, vel minuere nulli quidquam propria voluntate liceat : ne si minima neglexerimus, paulatim defluamus.

Ad haec tamen Praelatus in suo Conventu dispensandi cum Fratribus habeat potestatem, cum sibi aliquando videbitur expedire : in his praecipue, quae studium, vel praedicationem, vel animarum fructum videbuntur impedire ; cum Ordo noster specialiter ob praedicationem, et animarum salutem ab initio noscatur institutus fuisse : et studium nostrum ad hoc debeat principaliter intendere, ut proximorum animabus possimus utiles esse. Priores etiam utantur dispensationibus : ut alii Fratres.

Ut igitur unitati et paci totius Ordinis provideamus ; volumus et declaramus, ut Regula nostra, et Constitutiones nostrae non obligent nos ad culpam, sed ad poenam : nisi propter praeceptum, vel contemptum. Poenis tamen absolutionis ab officio, privationis vocis activae vel passivae, gravioris culpae, et aliis majoribus, quantumcumque, tam in Constitutionibus, quam extra, ipso facto sint incurrendae (nisi sit poena excommunicationis latae sententiae) nullus sit subjectus ; nisi superveniat declaratio Praelati in particulari respectu hujus : quantumcumque etiam notorium facti, vel juris, aut utriusque interveniat.

Praeceptum autem in Regula nullum (nisi quod de natura sua est ratione trium votorum, vel divinae, aut Ecclesiasticae legis) contineri : volumus et declaramus. Et idem in Constitutionibus ; nisi ubi ponitur sententia excommunicationis : aut formaliter exprimitur per verbum, Praecipimus in virtute sanctae obedientiae. Et hoc idem in Ordinationibus, et Praelatorum verbis et litteris : intelligi volumus. Poenam excommunicationis, et excommunicationem latae sententiae, per nulla verba, tam in Constitu-

tionibus, quam extra, in nostro Ordine intelligimus : nisi ubi explicite, et verbaliter poena excommunicationis, et excommunicatio latae sententiae exprimitur.

Porro Praelati non faciant praecepta obligantia ad mortale peccatum in ira exteriori, maxime contra subditos turbatos; et si fecerint, irrita sint, et inania : facta tamen valeant quoad quascumque poenas temporales. Praecepta quoque in scriptis facta : censeantur sine ira facta. Nec faciant praecepta quieto animo, nisi in scriptis, extra necessitatis articulum; praeter commune praeceptum, quod fit a Visitatoribus in visitationibus : facta tamen valeant. Nec damnent aliquem ad poenam gravioris culpae, aut carceris, nisi in judicio confessum, vel convictum, et in scriptis : et si secus factum fuerit, totum sit irritum, et inane.

Statuimus etiam, quod tam in Constitutionibus, quam extra, quidquid non secundum se mortale mandatur, sub quacumque poena (nisi excommunicationis) ad solam poenam obliget : non obstante quod in Capitulo de Graviori culpa dicatur, Ut qui membrum diaboli, culpam perpetrando non erubuit fieri, etc. Et ut multitudo Constitutionum vitetur : prohibemus ne de cetero aliquid statuatur, nisi per duo Capitula Generalia continua fuerit approbatum; et tunc in tertio Capitulo immediate sequenti confirmari vel deleri poterit : sive per Priores Provinciales, sive per alios Definitores, ubicumque illud tertium Capitulum celebretur.

Inchoationes autem, quae fiunt in Capitulis Generalibus, non mandentur executioni, usquequo approbatae fuerint per alia duo Capitula, et factae sint Constitutiones : nisi forte eadem inchoatio fiat per modum ordinationis. Interpretationes Regulae vel Constitutionum factae a Generali Capitulo non habeant vim Constitutionis : nisi per tria Capitula Generalia continua in modum aliarum Constitutionum, scilicet per viam inchoationis et confirmationis continuate fuerint approbatae.

Ordinationes tam Capitulorum Generalium, quam Magistri Ordinis : quoad vim praecepti, et censurarum Ecclesiasticarum, cum ipsis exspirare volumus. Vita vero Capituli : usque ad sequens Capitulum intelligitur. Quoad reliqua vero quomodolibet per Generale Capitulum, vel Magistrum Ordinis facta : durare volumus, donec fuerint revocata per similem potestatem. Excepto, si quem Magister Ordinis Vicarium totius Ordinis instituisset : hunc enim volumus cum ipso exspirare. Ab inferioribus autem Capitulis et Praelatis quomodolibet ordinata, cum ipsis (tamquam ab homine ordinata) exspirare volumus : exceptis Superioribus, Confessoribus tam Fratrum quam Monialium, Vicariis Monialium, et Magistris personarum utriusque sexus Tertii habitus, et Officialibus Conventuum absque jurisdictione. Hos enim volumus durare cum ea, quam habent, auctoritate : donec revocentur ab habente potestatem destituendi eosdem.

Porro Praelati omnes a multitudine praeceptorum et ordinationum abstineant; ne laqueum animabus subditorum injiciant : nec propter defectum unius vel paucorum, quem vel quos non audent corrigere,

communitatem involvant. Nulla quoque potestate in Ordine nostro in communi vel in particulari aliquid ordinetur vel prohibeatur : cum hac poena , quod non possit absolvi a peccatis suis. Priores tamen possunt aliquos determinatos casus peccati mortalis sibi reservare : ut viderint expedire animabus. Librum autem istum diligenter conscripsimus : in quo duas Distinctiones adnotavimus.

DISTINCTIO PRIMA.

De officio Ecclesiae : primum Capitulum.

Audito primo signo surgant Fratres : et stando dicant Officium de beata Virgine pro tempore. Matutinas autem, et Missam, et omnes alias Horas Canonicas simul audiant Fratres nostri : nisi cum aliquibus Praelatus aliter dispensare voluerit. Horae omnes tam diei, quam noctis, in Ecclesia breviter et succincte taliter dicantur; ne Fratres devotionem amittant : et studium eorum minime impediatur. Quod ita dicimus esse faciendum : ut in medio Versus metrum cum pausa servetur; non protrahendo vocem in pausa , vel in fine Versus : sed , sicut dictum est, breviter et succincte terminetur. Hoc autem magis et minus : pro tempore observetur.

Tempore, quo bis reficiuntur Fratres, legatur ante Completorium in Ecclesia Lectio : *Fratres sobrii estote*. Et facta Confessione, et dicto Completorio : det, qui praeest, Benedictionem, et Hebdomadarius Aquam aspergat benedictam. Postea dicatur *Pater noster*, et *Credo in Deum :* quod etiam fieri debet ante Primam, et ante Matutinas.

Totum Officium tam diurnum, quam nocturnum, secundum correctionem et ordinationem Venerabilis Patris Fratris Humberti Magistri Ordinis nostri confirmamus ; et volumus uniformiter ab omnibus observari : ita quod nulli liceat aliquid de cetero innovare. Fratres nostri non habeant in domibus nostris : nisi unam campanam ad omnes Horas. Solus Hebdomadarius tam in Choro, quam in Processione : cappa serica utatur.

De Inclinationibus : secundum Capitulum.

Finitis Matutinis de beata Virgine : quando Fratres in chorum venerint, inclinent ante altare profunde. Et cum ad sedes suas venerint : facto signo a Praelato, flexis genibus , et prostrati super formas , vel inclinati profunde, pro tempore, dicant *Pater noster*, et *Credo in Deum.* Iterum facto signo a Praelato : surgant.

Hora itaque devote incoepta, versi ad altare, muniant se signo Crucis; et ad *Gloria Patri* inclinet Chorus contra Chorum profunde, vel prosternant se pro tempore : usque ad *Sicut erat*. Hoc etiam faciendum est, quoties *Pater noster*, et *Credo in Deum* dicuntur : nisi in Missa, et ante Lectiones, et in gratiarum actione) ; in quibus inclinamus solum ad utrumque *Pater*

noster : et ad Orationem ***Retribuere.*** Idem etiam faciendum est ad primam Collectam in Missa, et ad Postcommunionem : et similiter ad Orationem pro Ecclesia ; et in singulis Horis ad Collectam : et ad ***Gloria Patri,*** quoties in inchoatione Horae dicitur.

Ad omnia autem alia ***Gloria Patri,*** et ad extremos Versus Hymnorum, et ad penultimum Versum Cantici ***Benedicite,*** inclinamus usque ad genua ; similiter quando cantatur ***Gloria in excelsis,*** ad ***Suscipe deprecationem nostram :*** et quandocumque nomen Jesu in Praefatione, in Collecta, in Antiphona ***Salve Regina*** et in ***Gloria in excelsis*** nominatur. Quando vero nomen Jesu alias in choro nominatur : eidem Fratres reverentiam faciant, capite devotius inclinato.

Item inclinamus usque ad genua in Benedictione Lectionis : et in Capitulo ad Orationem ***Sancta Maria ;*** et in omni Oratione quando nomen beatae Mariae, et beati Dominici nominatur : et quando nomen beatae Virginis in Antiphona ***Salve,*** et in Praefatione nominatur. Idem fiat in qualibet Missa Conventuali : dum dicitur in Praefatione, ***Gratias agamus Domino Deo nostro.*** Et similiter ad Versum ***O Crux ave,*** Fratres in choro reverenter inclinent : sicut fieri debet, quando nomen Jesu, aut Mariae Virginis matris ejus in Collecta nominatur.

Hora itaque praedicto more incoepta ; postquam ad ***Gloria Patri*** post ***Venite*** inclinaverint : stet Chorus contra Chorum. Deinde ad primum Psalmum sedeat unus Chorus ; et ad secundum similiter stet, et alius sedeat : et sic alternent usque ad ***Laudate Dominum de caelis.*** Et sic faciant ad omnes Horas. Finita autem Lectione in Matutinis : nisi fiat Officium pro Mortuis; ille, qui legit, inter pulpitum, quod est in medio chori, et gradus, inclinationem faciat : vel prosternat se pro tempore. In inclinationibus : conformemur moribus eorum, ad quos declinamus.

Porro ad ***Salve sancta parens,*** et ad ***Salve*** post Completorium : et ad ***Veni sancte Spiritus*** et ad ***Veni Creator Spiritus*** in die Pentecostes, et per totam Hebdomadam ; et ad ***Credo*** in Missa ad ***Ex Maria Virgine, et Homo factus est :*** flectimus genua. In ferialibus quoque diebus : jacemus prostrati a ***Sanctus*** usque ad ***Agnus.*** In festis vero trium vel novem Lectionum : jacemus prostrati ab elevatione Calicis usque ad ***Pater noster.*** In Prostrationibus idem servamus : in festis trium Lectionum, vel novem.

Quando Praelatus injunxerit aliquam communem Orationem : inclinent omnes. Similiter omnes faciant : quibus aliquid facere vel dicere injunxerit. Si autem aliquam obedientiam, vel officium, vel ministerium aliquod alicui injunxerit : humiliter prosternens se, suscipiat quod injunctum ei fuerit. Quando etiam Fratribus quidpiam vestimenti tribuitur : inclinantes, ***Benedictus Deus*** dicant.

De suffragiis mortuorum: tertium Capitulum.

A festo sancti Dionysii usque ad Adventum Domini, pro Anniversario Fratrum, Sororum, et familiarium receptorum per litteras ad bene-

ficia Ordinis, Clericus Psalterium, Sacerdos tres Missas : Laici quingenta *Pater noster* dicant. Idem faciat quilibet Frater pro defuncto Fratre sui Conventus ; et idem fiat per totum Ordinem pro Magistro Ordinis : et a Comprovincialibus pro Priore Provinciali defuncto. Idem etiam fiat per totum Ordinem pro Definitore Capituli Generalis, vel Socio ejus : et pro Electoribus Magistri Ordinis, et Socio Prioris Provincialis euntis ad Capitulum Generale : si aliquem eorum in via, vel in ipso Capitulo mori contigerit. Idem etiam fiat pro Procuratore Ordinis : si in Curia Romana in Procurationis officio decedat. Idem etiam fiat pro Visitatore a Domibus, quas visitare debet : si in visitatione moriatur.

Quilibet Sacerdos celebret triginta Missas in anno pro Fratribus, et Sororibus nostris defunctis : et quilibet Clericus triginta vicibus *Septem Psalmos ;* et quilibet Conversus triginta vicibus centum *Pater noster* dicat : et quilibet Conventus viginti Missas in communi. Anniversarium Patrum et Matrum, tertia die post Purificationem beatae Mariae Virginis : Anniversarium vero benefactorum et familiarium, sequenti die post Octavam beati Augustini ; Anniversarium vero Fratrum et Sororum, sequenti die post festum sancti Dionysii est faciendum : Anniversarium demum omnium sepultorum in Coemeteriis nostris, ubique fiat duodecima Julii. Fratres vero nostri : numerum Missarum non admittant.

De Jejuniis : quartum Capitulum.

A Pascha usque ad festum sanctae Crucis reficiantur bis Fratres ; exceptis diebus Rogationum, et sextis Feriis, et Vigilia Pentecostes, et jejuniis Quatuor Temporum : et Vigilia sancti Joannis Baptistae, Petri et Pauli, Jacobi, beati Dominici Patris nostri, Laurentii, Assumptionis sanctae Mariae, Bartholomaei, ac Nativitatis beatae Virginis. A festo autem sanctae Crucis usque ad Pascha, continuum tenebimus jejunium ; et Nona dicta comedemus : exceptis Dominicis diebus.

In toto autem Adventu, et Quadragesima, et jejuniis Quatuor Temporum ; in Vigilia Ascensionis, et Pentecostes, sancti Joannis Baptistae, Petri et Pauli, Jacobi, beati Dominici Patris nostri, Laurentii, Assumptionis sanctae Mariae, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Judae, et omnium Sanctorum, Andreae Apostoli, et omnibus sextis Feriis, quadragesimali utimur cibo : nisi in praedictis sextis Feriis tantum cum aliquo propter labores dispensetur ; vel in locis, in quibus in iisdem sextis Feriis aliter comederetur : vel etiam nisi festum praecipuum fuerit.

Itinerantes tamen bis refici possunt : nisi in Adventu, et nisi in Vigiliis Nativitatis, et Purificationis beatae Virginis, et jejuniis principalibus ab Ecclesia institutis, et sextis Feriis, intus et extra. Quando autem festum habens Vigiliam, in qua secundum ordinem est jejunandum, venerit in secunda Feria : ejus Vigilia in praecedenti Sabbato jejunetur, contraria consuetudine non obstante. Feria secunda, et tertia post Quinquagesi-

mam, tam intus quam extra, quadragesimali utimur cibo : et jejunamus. In Parasceve vero per totam diem in pane et aqua abstinemus.

De Cibo: quintum Capitulum.

Hora competenti ante prandium a Sacrista paucis ictibus campana pulsetur : ut Fratres ad refectionem venire non tardent. Postmodum pulsetur cymbalum, si cibus est paratus : alioquin non pulsetur, donec sit paratus. Ablutis vero manibus, Prior nolam Refectorii pulset : et tunc Fratres ingrediantur. Quibus ingressis, dicat *Benedicite,* qui dicit Versiculos : et Conventus prosequatur Benedictionem. Servitores autem incipiant ab inferioribus : usque ad mensam Prioris ascendentes.

Nullus Fratrum praesentium a prima mensa remaneat, praeter servitores et custodes : nisi de licentia. Quotquot autem remanserint, comedant in secunda mensa : ita quod tertiam facere non oporteat. Nulla fiat servitoribus vel ministris pictantia, quae non fit Conventui : nisi sint infirmi vel minuti. Frater non mittat Fratri pictantiam, excepto Priore : sed sibi datam dare possit a dextris vel a sinistris. Priores comedant in Refectorio, et cibariis Conventus sint contenti ; similiter infirmarii, et servitores hospitum, et alii Fratres : nisi Prior cum aliquibus dispensaverit ob aliquam causam, ut extra Conventum aliquando comedant.

Pulmenta nostra sint ubique sine carnibus in Conventibus nostris : praeterquam in infirmariis. Fratribus autem nostris, ne sint hospitibus onerosi : pulmenta cocta cum carnibus comedere liceat extra claustrum. Fratres nostri, tam Priores quam alii, in locis, ubi Conventum habuerimus, nisi cum Episcopo, vel in domibus Religiosorum, et hoc raro : extra claustrum comedere non praesumant. Singulis diebus : duo cocta pulmenta, si fieri potest, habeant. Poterit autem Prior superaddere : prout opus esse judicaverit, et facultas permiserit. Si quis juxta se sedenti viderit aliquid deesse de communi : requirat a servitore. Si quis de servitoribus vel comedentibus, serviendo vel comedendo, in aliquo offenderit ; surgentibus Fratribus veniam petat : et facto signo a Praelato, redeat ad locum suum.

De Collatione : sextum Capitulum.

Tempore jejunii, hora competenti Sacrista ad collationem signum faciat : postea Refectorarius cymbalum pulset. Deinde Fratribus venientibus in Refectorium, legat Lector praemisso *Jube Domne benedicere* : et sequatur Benedictio, *Noctem quietam, et finem perfectum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.* Infra vero Lectionem bibere poterunt facto signo a Praelato, et dicto *Benedicite* a Lectore : dataque Benedictione ab Hebdomadario, *Largitor omnium bonorum benedicat potum servorum suorum.* Finita Lectione dicat qui praeest, *Adjutorium nostrum*

in nomine Domini: et tunc cum silentio intrent Fratres Ecclesiam. Quicumque bibere voluerit extra horam, licentiam petat a Praelato : et unum socium accipiat.

De Infirmis : septimum Capitulum.

Circa infirmos : caveat ne sit negligens Praelatus. Sic enim procurandi sunt infirmi, ut citius releventur : sicut dicit Pater noster Augustinus. Poterunt autem quidam vesci carnibus, prout eorum gravior exigit infirmitas : secundum quod Praelato visum fuerit. In locis vero ubi Conventum habemus : extra domum nostram carnes non comedant. Si quis autem talem habuerit infirmitatem, quæ nec multum eum debilitet, nec comedendi turbet appetitum ; talis nec super culcitram jaceat, nec jejunia consuetudinaria frangat : nec cibos Refectorii mutet.

In domibus nostris non sint nisi duo loca, in quibus comedant debiles vel infirmi ; unus carnium, et alius aliorum ciborum : nisi sit evidens necessitas, vel urgens infirmitas. Similiter nec alii Fratres comedant, nisi in communi Refectorio : vel hospitum domo. Nec Priores Provinciales, nec Magistri in Theologia, etiam actu legentes, comedant in cameris ; sed in communi Refectorio, vel Hospitio : vel in domo infirmorum, aut domo debilium. Si autem Priores infirmari contigerit : in Infirmaria cum aliis procurentur.

Fratres vero leprosi : infra septa sui Conventus seorsum ab aliis procurentur. Conventum autem suum dicimus : cujus est filius. Quod si arctitudo loci illius, vel alia causa legitima non permiserit : ad alium Conventum nostri Ordinis per Priorem Provincialem transferantur.

De Minutione: octavum Capitulum.

Minutio quater in anno fieri possit : prima in mense Septembri, secunda post Natale ; tertia post Pascha : quarta post festum sancti Joannis Baptistae. Praeter has minutiones, nullus audeat sibi minuere : nisi discretio Prioris propter aliquam causam judicaverit aliter alicui esse faciendum. Minuti extra Refectorium cum silentio comedant, ubi commode poterit observari : et secundum quod facultas domus permiserit, commodius procurentur. Causa vero minutionis : carnes non comedant.

De Lectis : nonum Capitulum.

Super culcitras non dormiant Fratres nostri : nisi forte stramen, vel aliquid tale, super quod dormiant, habere non possint. Super stramina, et saccones laneos : dormire licebit. Extra domum vero dormire poterunt, sicut fuerit eis stratum : ne hospites molestentur. Qui autem culcitram petierit : jejunet una die in pane et aqua. Cum tunica et caligis : cincti

dormiant. Nullus (Magistro Ordinis excepto) qui in communi tolerari possit, habeat specialem locum ad jacendum : nisi propter rerum custodiam. Lectoribus tamen : secundum discretionem Prioris provideatur.

De Vestitu: decimum Capitulum.

Vestes laneas non attonsas, ubi servari poterit : deferant Fratres nostri. Ubi vero servari non poterit, utantur vilibus : et potius vilitas in cappis servetur. Lineis non utantur ad carnem : nec etiam infirmi. Linteamina in Infirmariis nostris concedimus, quod haberi possint : et similiter in cameris hospitum. Nullus habeat plures tunicas quam tres cum pelliceo in hieme ; et quatuor sine pelliceo : quod semper tunica coopertum deferatur.

Pelliceis silvestribus, aut etiam coopertoriis quarumcumque pellium Fratres nostri non utantur ; nisi in Infirmaria : nec tamen utantur ibidem coopertoriis pellium silvestrium. Tunicae circa cavillam pedum inclusive, et non plus descendant : scapularia circa coopertūram genuum.

Cappa vero sit brevior tunica : et etiam pelliceum. Caligas et soccos habebimus, ut necesse fuerit : et facultas permiserit. Ocreas non habebimus : nec chirothecas. Bottae : extra septa Monasterii non portentur.

De Rasura : undecimum Capitulum.

Rasura sit superius non modica, ut Religiosos decet : sic ut inter ipsam et aures, non sint plus quam tres digiti. Tonsura quoque : fiat desuper aures. Rasura vero fiat a Paschate usque ad festum Omnium Sanctorum de quindena in quindenam ; deinde autem semel in tribus septimanis : ita tamen, quod propter festa solemnia possit per dies aliquot praeveniri vel retardari.

De Silentio : duodecimum Capitulum.

Silentium Fratres nostri teneant in Claustro, in Dormitorio, in Cellis, in Refectorio, et in Oratorio Fratrum : nisi forte silenter aliquid loquantur, non tamen oratione perfecta. Alibi tamen loqui poterunt : de licentia speciali. Omnes Fratres ubique intus et extra silentium teneant in mensa, tam Priores quam alii : excepto uno, qui major fuerit inter eos, vel alio, cui pro se loqui commiserit ; et tunc ipse taceat : exceptis Magistris in Theologia. Prior tamen Conventualis : potest licentiare unum de secum comedentibus ad loquendum. Si vero plures Priores Conventuales simul comedere contigerit : Prior antiquioris Conventus loquatur, et uni loquendi licentiam dare possit.

Nullus autem aliorum ibidem loquatur, nisi de necessariis mensae : et hoc per unicam orationem breviter et submisse ; nisi de licentia Episcoporum, seu Electorum, aut etiam majorum his, seu etiam Regum, seu

etiam Magistri Ordinis, et Ministri Generalis Ordinis Minorum : cum contigerit nos cum eis comedere. Prior autem Provincialis, absente Magistro Ordinis, Fratribus secum comedentibus, in sua dumtaxat Provincia, potest dare licentiam loquendi : in alia autem Provincia tantum uni. Si quis silentium fregerit ex proposito, vel licentiam loquendi dederit : in uno prandio aquam bibat ; et in Capitulo coram omnibus unam disciplinam recipiat : exceptis infirmis decumbentibus. Et in hoc non dispensetur, nisi per Magistrum Ordinis, et Priorem Provincialem : et hoc raro, et ex rationabili causa.

Infirmi vero non decumbentes, a prandio usque ad Vesperas silentium teneant : similiter post signum quod fit post Completorium. A minutis vero : post primam diem suae minutionis idem observetur. Fratres in Capitulo de silentio se accusent, sicut de aliis culpis : et Priorum arbitrio puniantur. Si quis tamen inter duo Capitula septies silentium fregerit : in uno prandio sedeat in terra.

De Recipiendis : tertiumdecimum Capitulum.

In quolibet Conventu tres idonei Fratres eligantur de communi consilio Capituli : qui recipiendos in moribus et scientia diligenter examinent; et examinationem Priori et Capitulo referant : eorum judicio an recipi debeant relinquentes. Qui dum adducti fuerint in Capitulum : prosternant se in medio. Interrogati vero a Praelato, quid quaerant : respondeant, *Misericordiam Dei, et vestram.* Quibus ad jussum Praelati erectis, exponat eis austeritates Ordinis : voluntatem eorum requirens. Qui si respondeant se velle cuncta servare : dicat post cetera. *Dominus qui incoepit, ipse perficiat.* Et Conventus respondeat, *Amen.* Tunc depositis saecularibus vestibus, et religiosis induti : in nostram societatem in Capitulo recipiantur.

Verumtamen antequam stabilitatem et communem vitam promittant; et obedientiam Praelato, et successoribus suis faciant : tempus probationis eis assignetur, ut et ipsi austeritates Ordinis, et Fratres mores experiantur eorum. Nullus recipiatur nisi requisitus, an sit conjugatus, an servus; an ratiociniis obligatus, an alterius professionis : vel occultam habeat infirmitatem.

Nullus recipiatur in Fratrem Clericum ad probationem vel professionem, nisi a Priore Provinciali, vel ab eo, cui super hoc dederit licentiam specialem : vel a Priore Conventuali, cum assensu totius vel majoris partis Capituli. Conversum autem non recipiat Prior Provincialis, nec aliquis de ejus licentia : nisi de consensu Prioris, et duarum partium Fratrum, qui sunt de Conventu, pro quo fuerit induendus. Nec Conventus aliquis recipiat Conversum : sine licentia Prioris Provincialis.

Nullus Conversus recipiatur infra decem et octo annos : nec receptus fiat Clericus, nisi de licentia Magistri Ordinis speciali. Nullus Religiosus professus cujuscumque Ordinis Mendicantium recipiatur ad Ordinem no-

strum : sine licentia Magistri Ordinis, vel Capituli Generalis. Nec quicumque illegitime natus : nisi de Prioris Provincialis licentia speciali. Si autem talis illegitime natus ad Ordinem receptus fuerit, et dispensatum fuerit cum eodem, quod possit fieri Prior ; non propter hoc Definitor fiat Capituli Generalis, aut Provincialis, nec Praedicator Generalis, nec Elector Magistri Ordinis : absque Magistri Ordinis licentia speciali.

Prohibemus autem, ne aliquis de cetero aliquam mulierem tondeat vel induat : vel ad professionem recipiat. Pueri intra quartumdecimum annum aut non recipiantur ; aut si in aliquibus Conventibus oporteat eos communiter recipere : recipiantur de consensu Capituli Conventus a Priore, et non alias. Nec retineri possint in aliquo Conventu, ubi non est Novitiorum similium congregatio cum proprio Dormitorio, et Magistro ; ita quod alibi non recipiantur, nisi statim mittantur ad hujusmodi Conventus, in quibus profitebuntur : pro Conventibus tamen, in quibus receperunt habitum, et a quibus Conventibus de vestimentis provideri eis debet.

De Novitiis, et eorum instructione : decimumquartum Capitulum.

Prior Novitiis Magistrum diligentem in instructione eorum praeponat, qui eos de Ordine doceat, excitet in Ecclesia : et ubicumque negligenter se habuerint, verbo vel signo, quantum poterit, eos studeat emendare. Necessaria, prout potest, debet eis procurare ; de apertis negligentiis, cum ante eum petierint veniam, poenitentiam dare : vel eos in suo Capitulo proclamare. Humilitatem cordis et corporis doceat eos habere : juxta illud, Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.

Frequenter, pure, et discrete doceat eos confiteri ; sine proprio vivere, propriam voluntatem deserere, pro sui voluntate Praelati : obedientiam in omnibus voluntariam observare Quomodo ubicumque, et in omnibus se habere debeant, ipsos debet instruere : et quod locum, ubi positi fuerint, ubique teneant. Quomodo sibi danti aliquid vel auferenti, male vel bene dicenti : inclinare debeant. Quomodo se ad cameras contineant : ut oculos sublimes non habeant. Quomodo et quid orent, et quam silenter : ut aliis rugitum non faciant. Quomodo in capitulo venia, vel ubicumque reprehensi fuerint a Praelato, sit facienda : et quod si quis Fratrem suum aliquo modo scandalizaverit, tamdiu ante pedes ejus prostratus jaceat, quousque placatus erigat eum.

Instruendi sunt etiam Novitii, ut cum nemine contendere praesumant, et in omnibus Magistro suo obediant ; in Processione socium sibi collateralem attendant, nec loquantur locis et temporibus interdictis : neminem penitus judicent ; sed si aliqua ab ullo fieri videant, licet mala videantur, bona suspicentur, vel bona intentione facta : saepe enim humanum fallitur judicium. Et quod non loquantur de absente, nisi quae bona sunt : disciplinas frequenter suscipiant ; cum duabus manibus bibant, et sedendo : diligenter libros, et vestes, et res alias Monasterii custodiant. Et quod si

quid petitum fuerit ab uno Priore, non petatur ab alio, nisi causa exposita. sed nec si a majori petierint, vadant ad minorem.

Item Confessiones Novitiorum ante Professionem recipiantur : et diligenter de modo confessionis, et de aliis instruantur. Item Novitii ante Professionem de debitis se expediant : et omnia ad pedes Prioris ponant, ut se ex toto absolvant. Similiter omnes Fratres singulis annis semel omnia sibi commissa Prioribus suis exponant pariter, et exhibeant : eorum dispositioni relinquendo.

Quicumque vero Frater pecuniam, vel alia quaecumque receperit, vel habuerit, vel expenderit, vel dispensaverit, vel dispensari fecerit ; reddat singulis annis suis majoribus rationem semel, vel pluries, si fuerit requisitus : videlicet Magister Ordinis Definitoribus Capituli Generalis, Prior Provincialis Definitoribus Capituli Provincialis, Prior Conventualis Priori Provinciali, vel Visitatori, ceteri Fratres Priori Conventuali.

Nullus Fratrum, etiam Prior, recipiat depositum cujuscumque : nisi in communi deposito Conventus. Contrarium autem faciens : incurrat poenam gravioris culpae. Item Novitii intra tempus probationis : Psalmodiae et Officio divino studeant diligenter. Item infra annum ad longinquas partes, nisi ob causam necessariam, Novitii non mittantur : nec in aliquo officio occupentur ; nec vestes eorum ante Professionem alienentur : nec ipsi ante Professionem ordinentur.

Item Novitii non intersint Capitulo, nec in Dormitorio cum aliis Fratribus jaceant, ubi hoc commode poterit observari : sed Magister eorum extra Capitulum culpas eorum audiat ; et ipsos diligenter, quantum potest, in moribus instruat : et caritative corripiat. Mandamus universis Fratribus, quatenus Novitios volentes redire ad saeculum, libere permittant ire : redditis sibi omnibus, quae secum detulerant. Nec sint eis molesti propter hoc : exemplo illius, qui discipulis aliquibus recedentibus, aliis remanentibus dixit. Numquid et vos vultis abire?

Item nullus recipiatur ad Professionem ut Clericus, nisi sciat plene et expedite dicere et legere divinum Officium, nocturnum pariter et diurnum, solus ; et sciat, vel sit habilis in proxima dispositione ut sciat Grammaticam : et per duos menses ante finem probationis Examinatores teneantur examinare eum de his, et referre Priori et Capitulo. Et si inventus fuerit multum deficiens in praedictis, vocetur in Capitulum Novitius ; et ibidem ei assignetur certum tempus prolixius probationis : vel declaretur ei, quod nunquam veniet probationis terminus, nisi postquam iterum in Capitulum vocato, et pro sufficiente approbato, octo adhuc dies ad minus relinquantur.

Ultra hoc autem, ne pueruli recepti ad habitum, inveniant se potius natos sub jugo Religionis, quam illud elegisse, evitenturque inconvenientia multa ; statuimus, ut ei, cui ante quintumdecimum annum Religionis habitus datus est, nunquam elabatur annus probationis, quantocumque decurrente temporis spatio : nisi vocatus post annum sextumdecimum

expletum, a Praelato in Capitulo coram Conventu, terminum ad minus trium mensium acceperit ad deliberandum, an profiteri velit : ita quod annus probationis cum taxato illo termino terminetur : ac per hoc ex tunc incurratur professio tacita. Et ut hoc inviolabiliter observetur : praesenti statuto, cuilibet ante quintumdecimum annum (pro tempore) receptó ad habitum, assignamus annum probationis modo dicto.

Mandamus autem sub poena absolutionis ab officio, et gravioris culpae, Praelato ; ut quando vocatus fuerit Novitius ad terminum professionis suscipiendum, expresse protestetur eidem, quod Professio sua eumdem obligabit ad tria vota, paupertatis scilicet, castitatis, et obedientiae, secundum Regulam beati Augustini, et Institutiones Fratrum Ordinis Praedicatorum : et non secundum quod hodie hic, vel ibi servatur. Et quod statim elapso termino sibi taxato (nisi contradictum ab ipso, vel a Religione fuerit :) incurret professionem, etiamsi aliter non profiteatur.

Novitios quoque recedentes sine licentia cum habitu a Conventu : nisi infra octo dies ad eumdem redierint, pro refutatis ab Ordine habemus. Et si ad alium Conventum declinaverint ; et fuerint in illo acceptati pro Novitiis : volumus annum probationis inchoari ab illo die, quo in ipso altero Conventu fuerint acceptati. Quod si nullibi acceptati pro Novitiis fuerint : post exitum sine licentia, pro refutatis et non Novitiis tales haberi volumus, quanto tempore sic permanserint.

De Professione : quintumdecimum Capitulum.

MODUS faciendi professionem : talis est. — *Ego Frater N. facio Professionem, et promitto obedientiam Deo, et beatae Mariae, et beato Dominico, et tibi N. Magistro Ordinis Fratrum Praedicatorum, et successoribus tuis, secundum Regulam beati Augustini, et Institutiones Fratrum Praedicatorum : quod ero obediens tibi, tuisque successoribus usque ad mortem.* Cum autem fit alii Priori cuicumque : sic facienda est. — *Ego N. facio Professionem, et promitto obedientiam Deo, et beatae Mariae, et beato Dominico, et tibi N. Priori* talis loci, *vicè N. Magistri Ordinis Fratrum Praedicatorum, et successorum ejus, secundum Regulam beati Augustini, et Institutiones Fratrum Praedicatorum : quod ero obediens tibi, tuisque successoribus usque ad mortem.*

Novitiorum autem vestes hoc modo benedicantur in Professione. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, Et salutare tuum da nobis. Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo. Oremus. Domine Jesu Christe, qui tegimen nostrae mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensae largitatis tuae abundantiam ; ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres ad innocentiae et humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere digneris : ut qui hoc usus fuerit, te induere mereatur, Christum Dominum nostrum. Amen.* Postmodum : aspergantur Aqua benedicta. In quolibet Conventu habeatur liber particularis, in quo scribantur omnes, qui faciunt

Professionem : ibi notando annum, mensem, et diem, et nomen Praelati recipientis ad Professionem, et sub quo Magistro Ordinis.

De Levi Culpa : sextumdecimum Capitulum.

Levis culpa est, si quis mox, ut signum factum fuerit, non relictis omnibus cum matura festinatione, differat se praeparare : ut ad Ecclesiam ordinate et composite, quando debuerit, veniat. Si quis ad *Gloria* primi Psalmi non adfuerit. Si quis in Choro male legendo vel cantando offendens : non statim se coram omnibus humiliaverit. Si quis divino non intentus Officio : vagis oculis, et motu irreligioso levitatem mentis ostenderit. Si quis in Ecclesia, vel in Dormitorio, vel in Cellis aliquid inquietudinis fecerit ; si quis in Choro riserit, vel alios ridere fecerit : si quis lectionem statuto tempore non praeviderit. Si quis aliud cantare vel legere praesumpserit : quam quod communis probat usus.

Item levis culpa est : si quis ad praedicationem vadens, otiosa locutus fuerit vel egerit. Si quis dissolute riserit : cachinnis vel ludis, dictis vel factis alios ad ridendum concitaverit. Si quis oculos vagos per plateas vel villas eundo : ad vanitates frequenter direxerit. Si quis in Vigilia Annuntiationis, et Nativitatis Domini in principio Capituli per negligentiam non adfuerit : ut pronuntiatis redemptionis nostrae exordiis, corde et corpore gratias agat Redemptori. Si quis de via veniens eadem hora (si fieri potest) benedictionem accipere neglexerit : vel absque ea plus una nocte moraturus exierit. Si quis ad Lectiones dormierit ; si quis temporibus statutis cum aliis Lectionem auditurus non adfuerit : si quis libros interdictos legerit.

Item levis culpa est : si quis Ecclesiae vel Altaris ornamenta negligenter tractaverit. Si quis vestes suas, aut libros in loco statuto honeste non deposuerit : vel negligenter tractaverit. Si indumenta vel alia, Fratri data vel concessa : sine ipsius licentia, per se alius acceperit. Si quis aliquid utensilium fregerit vel perdiderit ; si quis cibi vel potus aliquid effuderit : si liber, in quo legendum est, cujuscumque neglectu defuerit. Si quis aliquid dixerit vel egerit : unde offendantur Fratres.

Item levis culpa est : si quis cibum vel potum absque benedictione sumpserit. Si quis in Conventum hora, qua debet, venire distulerit ; si quis ad Capitulum vel collationem non venerit, vel communi refectioni non interfuerit : si quis commune mandatum dimiserit. Si quis clamans, in clamatione sua jurgium fecerit : si quis eum, a quo proclamatus fuerit, eodem die, quasi se vindicando, clamare praesumpserit.

Item levis culpa est : si quis cum juramento (ut loquendo fieri solet) aliquid negaverit vel affirmaverit. Si quis turpem sermonem vel vaniloquium dixerit : vel (quod gravius est) in usu habuerit. Si quis eorum, qui officiis deputati sunt, in aliquo negligens repertus fuerit : ut sunt Priores in Conventu custodiendo ; Doctores in docendo, Studentes in studendo, Scriptores in scribendo, Cantores in officiis suis : Procuratores in exterioribus

procurandis, Vestiarii in vestibus providendis, custodiendis, et reficiendis; infirmorum Custos in infirmis custodiendis, procurandis, et reficiendis, et mortuis necessariis ministrandis : et ceteri in officiis suis, ut injunctum est eis. Clamatis, vel proclamantibus se de supradictis : detur poenitentia, secundum quod Praelato videbitur expedire.

De Gravi Culpa : decimumseptimum Capitulum.

Gravis culpa est : si quis inhoneste in audientia saecularium cum aliquo contenderit ; si Frater cum Fratre intus vel extra lites habuerit : si quis alicui Fratri opprobrium dixerit. Si quis mendacium de industria dixisse deprehensus fuerit ; si quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit : si quis culpam suam, vel alterius defenderit. Si quis in illum, a quo proclamatus est, vel in quemlibet alium maledicta , seu verba inordinata et irreligiosa malitiose invexisse deprehensus fuerit : si quis Fratri praeteritam culpam, pro qua satisfecit, improperaverit.

Item gravis culpa est, si quis mala de Fratribus, aut Patribus, vel domibus suis, vel Sororibus malitiose evomuerit : quae testimonio Fratrum suorum probare nequiverit. Si quis absque licentia, et magna necessitate equitaverit, vel carnes comederit : vel etiam in via pecuniam portaverit, vel portari procuraverit. Si quis procedens ubi feminae sunt, oculum fixerit ; (si tamen hoc in usu habuerit :) vel cum femina solus non de confessionibus vel honestis locutus fuerit. Si quis jejunia ab Ecclesia instituta fregerit : sine causa et licentia. Si quis litteras alicui miserit, vel sibi missas legerit, quas primitus suo Praesidenti non ostenderit : Magistris in Theologia, et Inquisitoribus haereticae pravitatis, et Praedicatoribus Generalibus dumtaxat exceptis.

Pro hujusmodi culpis, et his similibus, veniam petentibus, et non proclamatis : tres correctiones in Capitulo dentur, et tres dies in pane, et aqua jejunent. Clamatis vero : una dies, et una correctio superaddatur. Praeter haec autem Psalmi et veniae, secundum quod discretioni Superioris visum fuerit : pro qualitate culparum injungantur.

Eadem poena digni sunt : qui postquam missi fuerint, sine licentia reverti praesumpserint ; vel ultra terminum sibi assignatum moram fecerint sine rationabili causa : vel si quis pro victu, et vestitu, vel qualibet alia re murmuraverit. Caveat autem quilibet Frater, ne proclamet aliquem in Capitulo de crimine (etiam de auditu :) nisi ipsum crimen possit probare. Quod si accusatus negaverit, et accusans in probatione defecerit : poena accusato debita puniatur. Ne autem vitia occultentur : Praelato suo denuntiet, quod viderit vel audierit.

De Graviori Culpa : decimumoctavum Capitulum.

Gravior culpa est, si quis per contumaciam, vel manifestam rebellionem inobediens Praelato suo exstiterit : vel cum eo intus vel foris proterve

contendere ausus fuerit. Si quis percussor fuerit; si quis crimen capitale, id est poena mortis in saeculo puniendum, commiserit : si quis procuraverit, quod ipse vel alius eximatur, via non juridica, a potestate sui Praelati. Si quis rem sibi collatam receperit : de his, quae prohibentur recipi. Si quis rem sibi collatam celaverit : quem beatus Augustinus furti judicio dicit esse condemnandum. Si proclamatus convictus fuerit, sponte surgat; et veniam petens, sceleris sui immanitatem lamentabiliter proferat : et denudatus (ut dignam recipiat suis meritis sententiam) vapulet, quantum placuerit Praelato, et sit omnium novissimus in Conventu ; ut qui culpam perpetrando, non erubuit membrum diaboli fieri : ad tempus (ut resipiscat) sequestretur a consortio ovium Christi.

Poena autem sequestrationis tunc tantum locum habeat : quando propter peccatum mortale ad poenam gravioris culpae quis est damnatus. In Refectorio quoque ad communem mensam cum ceteris non sedebit ; sed in medio Refectorii super nudam terram comedet : et providebitur ei seorsim panis grossior, et potus aquae. Nec reliquiae prandii sui cum aliis misceantur ; ut cognoscat se ita esse sequestratum a consortio aliorum : quod privetur (nisi per poenitentiam redeat) consortiis Angelorum. Ad Canonicas Horas et gratias post comestionem, ante ostium Ecclesiae, transeuntibus Fratribus prostratus jaceat : dum intrant et exeunt. Nullus autem se audeat conjungere illi : vel aliquid mandare.

Praelatus tamen (ne in desperationem labi possit) mittat ad eum, qui est in graviori culpa, seniores : qui commoveant eum ad poenitentiam, provocent ad patientiam ; foveant per compassionem, hortentur ad satisfactionem : adjuvent per suam intercessionem, si viderint in eo humilitatem cordis. Quibus etiam : suffragetur totus Conventus. Nec renuat Praelatus : cum eo facere misericordiam. Et si videbitur ei, denuo vapulet ad pedes singulorum : primo Praelati, deinde utriusque lateris sessorum. Talis, quamdiu erit in hac poenitentia : non communicet, nec veniat ad osculum pacis. Si praedicator est : praedicationis officium non exerceat. Non notetur ad aliquod officium in Ecclesia ; nec ulla ei committatur obedientia : nec vocem habeat (nisi in sui accusatione) ante plenariam satisfactionem, vel donec per Magistrum Ordinis, aut Definitores Capituli Generalis, vel Provincialis fuerit restitutus. Si fuerit Sacerdos, vel Diaconus, his officiis non fungatur : nisi postmodum religiose conversatus fuerit.

Si quis autem (quod Deus avertat) in peccatum carnis lapsus fuerit : aut furtum commiserit, quod sit notabile judicio discretorum ; vel litteras Magistri Ordinis, vel Priorum Provincialium, vel eorum sigilla falsificaverit, vel falsificatis scienter usus fuerit : aut in Praelatum suum manus injecerit temere violentas ; aut quemcumque letaliter, vel graviter et atrociter percusserit : aut intra septa Monasterii supra se arma invasiva portare praesumpserit ; aut aliquod praedictorum fieri fecerit : carcerali custodiae mancipetur.

Si quis etiam alteri Fratri Ordinis, vel ipsi Ordini crimen falso impo-

suerit, propter quod crimen secundum nostrarum seriem Constitutionum Frater aliquis carcerem mereretur; aut crimina quaecumque hujusmodi Fratrum saecularibus personis, et extra obedientiam nostri Ordinis constitutis revelaverit, unde Fratri vel Ordini infamia vel damna fuerint subsecuta: modo consimili carcerali custodiae mancipetur. Et nolumus quod hujusmodi Ordinis destructores: possint, nisi per Magistrum Ordinis, vel Generale Capitulum, liberari. Idem dicimus de Fratribus, qui inventi fuerint ad taxillos lusisse; aut in sententiam excommunicationis a quocumque judice nostri Ordinis rite latam scienter incidisse: quos etiam poenae carceris volumus subjacere.

Si quis autem tale quid extra Monasterium commiserit: Frater, qui cum eo est, studeat ejus excessum Praelato quantocyus corrigendum intimare. Correctus vero ad locum, in quo tale quid commisit, ulterius non redeat: nisi ita religiose conversatus fuerit, quod per Definitores Generalis vel Provincialis Capituli illuc reversurus judicetur. Si vero hujusmodi peccatum occultum fuerit: disquisitione secreta, secundum tempus et personam, condignam agat poenitentiam.

Si quis autem de mala familiaritate notabiliter suspectus fuerit: et post admonitionem a Praelato de consilio discretorum Fratrum coram eisdem pluries sibi factam, se non correxisse deprehensus fuerit; praecipiatur ei in virtute sanctae obedientiae per Praelatum coram illis, coram quibus monitus fuerat, si praesentes fuerint, vel coram aliis discretis de consilio eorumdem, ut a tali familiaritate desistat. Quod si tale praeceptum transgressus fuerit; postquam hoc legitime constiterit: tamquam reus et convictus de suspecto crimine habeatur.

Si quis per conjurationem, vel conspirationem, vel malitiosam concordiam adversus Priores, vel Praelatos suos manifeste se erexerint; supradicto modo poeniteant, et de cetero in omni vita sua extremum locum sui Ordinis teneant: et vocem in Capitulo, nisi in sui accusatione non habeant; neque eis aliqua committatur obedientia: nisi per Magistrum Ordinis, vel Definitores Capituli Generalis vel Provincialis fuerint restituti.

Si qui tamen Fratres non malitiose, sed in veritate adversus Praelatum suum aliquid habuerint, quod tolerari non debeat, nec deceat: prius eum inter se cum omni humilitate et caritate de sua correctione admoneant. Quod si frequenter admonitus, se corrigere neglexerit, aut contempserit: Priori Provinciali significent, vel Visitatoribus; ut cum ad eamdem domum visitandam venerint, causa manifeste judicetur: et Definitoribus Capituli Generalis vel Provincialis significetur. Aliter Praelatos suos subditi infamare non praesumant.

Statuimus quod si quis nefandum crimen concubitus contra naturam, homicidii, vel propinati (etiam effectu non subsecuto) veneni commiserit; perpetuo carceri sit addictus: a quo nec per Magistrum Ordinis, nec per Capitulum Generale possit ante annos viginti liberari. Et nihilominus poenis aliis puniatur: secundum Praelati discretionem.

De Gravissima culpa : decimumnonum Capitulum.

Gravissima culpa est : incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet admittere, et poenas recusat ferre : vel ex earum saepius repetita inflictione, judicio discretorum cognoscitur non proficere. Talis de consilio discretorum carcerali custodiae mancipetur ; et ibidem secundum exigentiam culparum, juxta discretionem Praelati, jejuniis et abstinentiis puniatur : vel secundum Regulam sancti Patris nostri Augustini (si magis expediens judicatur) per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Generale aut Provinciale exutus habitu Ordinis, de nostro Ordine expellatur. Quod tamen mature fiat ; ita ut appareant gesta cum toto processu, et sententia in scriptis, et cum debitis subscriptionibus et sigillis : et hoc si talis sani capitis, et integri sensus usque ad illam horam exstitisse cognoscitur. Nullus autem cum habitu Ordinis, ob quamcumque causam criminalem a sua Provincia ejici possit simpliciter, vel ad tempus : nisi a Magistro Ordinis, vel Generali Capitulo. Si aliqui sunt, qui judicio discretorum sine gravi periculo vel scandalo in communi tolerari non possint : in carcerem recludantur.

De Apostatis : vigesimum Capitulum.

Quicumque apostataverit, ipso facto sit excommunicatus : quam sententiam ferimus ex nunc praesenti statuto. Si vero misertus sui redierit : depositis in claustro vestibus, nudus cum virgis in Capitulum veniat ; et prostratus culpam suam dicat, et humiliatus veniam petat : et quamdiu Praelato placuerit, poenae gravioris culpae subjacebit, et in Capitulo nudus se praesentabit, semel in singulis septimanis.

Infra hoc tempus poenitentiae, ubique in Conventu novissimus erit : et duobus diebus in qualibet septimana per annum in pane et aqua jejunabit. Et peracta poenitentia ad priorem locum non redeat : nisi per Magistrum Ordinis, vel per Definitores Capituli Generalis vel Provincialis, cum eo fuerit dispensatum. Quae dispensatio non fiat per eosdem ante tres annos ad minus ; ita tamen, quod anni, quibus fuerit in apostasia, non computentur ei quoad locum : sed sit sub illis omnibus, qui habent plures annos in Ordine, quam ipse habuerit, quando exivit. Quod si secundo fugerit, et iterum redierit ; supradicto modo poeniteat, et priori anno secundus annus addatur : si tertio, tertius, si quarto, quartus.

Omnibus tamen Fratribus pro hujusmodi poenitentibus humiliter in Capitulo deprecantibus : Praelatus cum eorum poenitentiam perspexerit, eis indulgere vel remittere poterit, secundum quod suae discretioni visum fuerit, vel placitum. Apostatae unius Conventus non recipiantur a Priore alterius Conventus ad Ordinem in eadem Provincia, sine licentia Prioris Provincialis : nec apostatae aliarum Provinciarum recipiantur in aliis

Provinciis sine licentia Magistri Ordinis speciali. Si quis in apostasia ordinatus fuerit, vel post excommunicationem Divina celebrare praesumpserit in ea : exsecutione officii perpetuo carebit ; nisi forte postea ita religiose conversatus fuerit : ut cum eo auctoritate Sedis Apostolicae dispensetur. Qui autem non in apostasia, sed tamen sine legitima Ordinis licentia ordinatus fuerit : ipso facto sit addictus carceri, ad minus per quatuor menses ; ibidem secundum arbitrium Praelati poenis aliis puniendus : et postmodum non permittatur exsequi Ordines ipsos sine licentia Magistri Ordinis.

Qui vero semel apostataverit, vel de lapsu carnis manifeste convictus fuerit, vel carceri sententialiter et legitime mancipatus ; de cetero non praedicet, nec audiat confessiones, nec ad aliquam electionem Ordinis, nec ad aliquem tractatum eorum, quae mittenda sunt ad Generale vel Provinciale Capitulum admittatur : nisi per Definitores Capituli Generalis vel Provincialis, vel per Magistrum Ordinis fuerit restitutus. Quae restitutio non fiat per eosdem : ante tres annos ad minus. Et si fuerit Praedicator Generalis, dicto officio sit privatus : nec possit habere officium Prioratus, vel Supprioratus, vel Vicariatus, vel Lectoratus ; nec possit fieri Definitor Capituli Generalis, vel Provincialis, nec Praedicator Generalis, nec Magistri Ordinis elector : sine licentia Magistri Ordinis speciali. Quicumque litteras Magistri Ordinis, vel Prioris Provincialis, seu sigilla eorum falsificaverit, vel eis scienter usus fuerit : sententiam eamdem incurrat excommunicationis latam, et privationum dictarum ipso facto.

INCIPIT SECUNDA DISTINCTIO.

De Domibus concedendis et construendis : primum Capitulum.

NULLA Domus concedatur, nisi a Priore Provinciali, et a Definitoribus Capituli Provincialis fuerit postulata : nec concessa ponatur, nec posita transferatur, nisi ubi praedicti viderint expedire. Fratres autem novis Domibus deputati, Conventibus, de quibus assumuntur, et ipsi Conventus eisdem quantum ad suffragia, sicut suis Conventualibus, mutuo teneantur : quousque Conventus ibidem fuerit assignatus. Quantum vero ad omnia alia : dicti Fratres ad Domos praedictas simpliciter pertinebunt.

Conventus citra numerum duodenarium Fratrum professorum, quorum decem ad minus sint Clerici, et sine licentia Generalis Capituli, et absque Priore et Doctore non admittatur : nec postquam admissus fuerit, dictus numerus Fratrum minuatur. Et si aliquis inde subtractus fuerit : loco illius alius assignetur. Ille vero Conventus, qui pro illo tempore praedictum duodenarium numerum non habebit ; ad ea, quae tractanda sunt in Capitulo Provinciali, sive in electione Prioris Provincialis, quoad Priorem, et socium, et Electores Provinciales, nullatenus admittatur : nisi forte illo anno per Fratris obitum dictus numerus fuerit diminutus. Quod si oppo-

situm factum fuerit ; totum sit irritum, et inane : Provinciis Hierosolymitana et Graeciae dumtaxat exceptis.

Item nulla domus transferatur de Provincia ad Provinciam : nisi per tria Capitula fuerit approbatum. Mediocres domos et humiles Fratres nostri habeant : nec fiant, aut permittantur fieri in domibus nostris curiositates, et superfluitates notabiles in sculpturis, picturis, pavimentis, et aliis similibus, quae paupertatem nostram deformant. In Ecclesiis tamen : permitti poterunt. Si quis vero contrafecerit : poenae graviori culpae debitae subjacebit. Item possessiones seu redditus nullo modo recipiantur : nec Ecclesiae, quibus animarum cura sit annexa. Item nullus audeat instare vel rogare . pro beneficiis consanguineis suis obtinendis.

In virtute sanctae obedientiae, et sub excommunicationis poena districte prohibemus ; ne aliquis Fratrum nostrorum laboret, vel procuret de cetero : ut cura vel custodia Monialium, seu quarumlibet aliarum mulierum, Fratribus nostris committatur, nisi de licentia Magistri Ordinis speciali. Prohibemus districte , ne aliquis curam recipiat praedictarum ; nisi per tria Capitula Generalia continua fuerit approbatum : vel nisi cura per Dominum Papam Ordini committatur, vel per alium, qui possit facere commissionem praedictam. Si quis vero contraire praesumpserit : poenae graviori culpae debitae subjacebit. Mulieres Claustrum, vel Oratorium, vel alias Officinas nostras nunquam ingrediantur ; nisi in die Consecrationis Ecclesiae : et tunc liceat eis ingredi Chorum et Claustrum. In Parasceve vero tantum Chorum poterunt intrare : usque ad Officium.

Statuatur semper aliquis Frater Clericus vel Conversus, discretus, maturus, et securus, qui sit Portarius : et diligenter, quae ad officium Portarii pertinent, exsequatur. Poterit autem aliquem Fratrem vel saecularem honestae conversationis habere in adjutorium : cum necessitas hoc requiret. Volumus autem, quod fiat cum maturo consilio peritorum in arte (considerato loco illo) in ligno, vel in alia materia, formula totius domus construendae ; quam non liceat transgredi pro voluntate varia Praesidentium : sed juxta illam aedificetur. In domibus autem constructis mandamus nullam fieri constructionem aut aedificationem notabilem in fabrica a Priore vel Procuratore : nisi de licentia Prioris Provincialis, et consilio atque assensu Patrum. Oppositum autem facere praesumens, in poenam absolvatur : sic quod per triennium nec ibi, nec alibi praesit.

De electione Prioris Conventualis, et institutione Supprioris : secundum Capitulum.

PRIORES Conventuales a suis Conventibus secundum formam Canonicam eligantur : videlicet a majori parte ultra medietatem omnium eligentium, vel per scrutinium, vel per compromissionem, vel per communem inspirationem : aliis subtilitatibus Juris relegatis. Quod similiter in electione Magistri Ordinis, et Priorum Provincialium observetur. Cum autem per

disquisitionem et scrutinium voluntatum procedit electio : vota eligentium recipiantur et conscribantur per Suppriorem, vel ejus Vicarium in absentia Supprioris, et duos Fratres, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt ; si tamen post Professionem a nostro Ordine nullatenus discesserunt : nisi per Magistrum Ordinis, vel Generale, vel Provinciale Capitulum cum eis fuerit dispensatum.

Publicato autem scrutinio in medio, et expressis nominibus eligentium et electorum, et facta collatione numeri ad numerum : si majorem partem medietate omnium eligentium in unum convenisse invenerint, et minor pars interrogata, majori consenserit ; ille, qui primam vocem habuit inter electores, surgens dicat : *Ego N. vice mea, et omnium electorum praesentium eligo N. in Priorem talis Conventus, vel talis Provinciae,* si Prior Provincialis eligatur. Si vero non omnes consenserint, sed major pars ultra medietatem ; tunc sicut prius, qui primam vocem habuerit, dicat : *Ego N. pro me, et his qui mecum consentiunt, eligo N. in Priorem, etc.* ut prius. Quod similiter in electione Magistri Ordinis, et Prioris Provincialis observetur.

Priores autem Conventuales supradicto modo electi : a Priore Provinciali (si ei visum fuerit) confirmentur. Idem etiam fiat : si aliquis a majori parte illorum, ad quos pertinet electio, de alio Conventu fuerit postulatus. Conventus autem, qui petit electi confirmationem, numerum et nomina scribat eligentium : cum formatione Decreti, et expressione eorum, quae in electione facta sunt. Si vero infra mensem non elegerint vel postulaverint : Prior Provincialis provideat Conventui de Priore, qui competenter sciat in dicto Conventu proponere verbum Dei. Nullus eligatur, aut confirmetur in Priorem, nisi sciat grammatice loqui absque falsa latinitate : et sit ita instructus (saltem in moralibus sacrae Scripturae) ut sciat proponere competenter verbum Dei in suo Conventu. Quod si secus factum fuerit, in Conventibus habentibus integrum numerum Fratrum : Confirmator absolvatur, et per triennium omni officio Ordinis privetur.

Fratres autem post quatuor annos a professione sua (si tamen sint in Sacris constituti :) ad electionem Prioris Conventualis admittantur. Infra vero idem tempus : in socios Priorum Conventualium, vel in Electores Priorum Provincialium, vel in Priores nullatenus eligantur. Si vero de aliena Provincia fuerint : postquam per annum continuum in aliquo uno Conventu alienae Provinciae assignati morati fuerint ; admittantur ad electiones in illa Provincia, sicut alii : et hoc tam si ad tempus, quam si simpliciter ad alienam Provinciam quis assignetur. Infra vero idem tempus non admittantur ad electionem Electorum Prioris Provincialis : nec ad tractatus eorum, quae ad Generale vel Provinciale Capitulum sunt mittenda.

Electio autem tam Priorum Provincialium, quam Conventualium, ad illos tantum pertineat Electores, qui personaliter praesentes in electione exstiterint : sicut fit in electione Magistri Ordinis. Prior autem Conventualis de consilio discretorum Fratrum sui Conventus, instituat Si

cujus officium erit habere diligentiam circa Conventum, et corripere delinquentes : et in aliis quantum Prior assignaverit, vel ei permiserit. Idem autem Supprior mortuo Priore, vel amoto, vices ejus in omnibus plenarie obtineat ; quousque Prior ejusdem loci fuerit electus et confirmatus, et in domo praesens extiterit : nisi Prior Provincialis aliter ordinaverit. In quotidianis vero Capitulis non accusetur Supprior : nisi aliquando pro aliquo majori excessu, secundum quod Priori visum fuerit, proclametur.

Si vero mortuo Priore, vel amoto, vel absente, domus Suppriorem praesentem, vel Vicarium Prioris in ejus absentia non habuerit ; tres Patres illius Conventus praesentes, et vocem in electionibus habentes, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt (si tamen post Professionem a nostro Ordine nullatenus discesserunt, nisi per Magistrum Ordinis, vel Provinciale, vel Generale Capitulum cum eis fuerit dispensatum) aliquem Fratrem de Conventu illo, in domo praesentem, antequam comedant, et bibant, eligere teneantur, renuntiatione qualibet non obstante, qui vices supradictas Prioris obtineat : quousque domus ipsa Priorem praesentem habeat, vel Suppriorem, vel Vicarium Prioris in ejus absentia, vel Prior Provincialis, vel Conventualis aliter ordinaverit. Quod si praedicti tres non concordaverint : duorum sententia ad providendum, sive de uno ipsorum trium, sive de aliquo alio Fratre Conventuali praesente praevalebit.

Nulli autem Praesidenti Ordinis liceat alicui, extra obedientiam nostri Ordinis exsistenti, curam committere super Fratres vel Conventus Ordinis quomodocumque ; nisi Praelatis ex Ordine nostro assumptis supra socios eis deputatos, et quamdiu sunt eorum socii : et nisi super apostatas, et vagos, hoc est, sine Ordinis licentia extra Ordinem commorantes, quamdiu sic extra manent. Super quos volumus, quod non solum Magister Ordinis : sed etiam Priores Provinciales, et eorum Vicarii possint potestatem concedere omnibus Ecclesiasticis personis. Quod si secus factum fuerit : sit irritum et inane.

Fratres vero nostros tam in Episcopatu praecise titulari, vel alias infra Episcopatum constitutos, et beneficiatos, vel exemptos ab Ordine (exceptis Magistro sacri Palatii, et Poenitentiariis perpetuis Domini Papae, qui sequuntur Romanam Curiam, eorumque sociis) nolumus in nostris Conventibus ultra triduum retineri : absque licentia Provincialis, cum consensu (ad minus) duarum partium Conventus, obtenta. Alioquin suspensionem a suis officiis incurrant Praesidentes ipso facto : contra facientes.

De electione Prioris Provincialis : tertium Capitulum.

Statuimus et ordinamus, ut mortuo, vel amoto Priore Provinciali, vel ipso, et eo, cui vices suas commiserit, extra Provinciam exsistente : Prior Conventualis illius loci, in quo primum Capitulum Provinciale fuerit celebrandum, vices ejus obtineat ; quousque Prior Provincialis illius Provinciae sit electus et confirmatus : et ipse, vel ille, cui vices suas commi-

serit, praesens in Provincia exstiterit. Quod si Capitulum Provinciale ex aliqua causa ad Conventum alium transferatur (quae translatio fiat per Priorem Provincialem, vel ejus Vicarium de consilio discretorum;) post translationem, Prioris Vicarii potestas exspiret : et Prior loci illius, ad quem Capitulum fuerit translatum, vices Prioris Provincialis in omnibus obtinebit.

Idem dicimus, si Capitulum Generale contigerit ad aliam Provinciam transferri : videlicet, quod auctoritas Vicariae ad Provincialem illius Provinciae cum Capitulo transferatur. Si autem Conventus ille, cui Capitulum assignatum fuerat, vel translatum, Priorem non habuerit, vel eum infra tempus Vicariae suae mori, vel amoveri contigerit, vel extra Provinciam esse; durante ejus absentia, Prior illius domus, ubi Provinciale Capitulum antecedens fuerat celebratum, vices Prioris Provincialis in omnibus obtinebit : et sic deinceps retrocedendo, quousque Conventus ille, in quo Provinciale Capitulum fuerat celebratum, Priorem habuerit, qui vices Prioris Provincialis in omnibus obtinebit, donec Prior illius Provinciae sit electus, et confirmatus; vel Magister Ordinis, vel Generale Capitulum in praedictis casibus aliter ordinaverit : vel ipse Provincialis, vel cui vices suas commiserit, praesens in Provincia exstiterit.

Si vero Prior illius Conventus, ubi Provinciale Capitulum fuerit celebrandum, in Provincia praesens exstiterit, sed aliqua ex causa Capitulo Provinciali non interfuerit; simili modo Prior illius loci, ubi fuerat praecedens Capitulum celebratum, vices Prioris Provincialis (in ipso tantum Capitulo, durante absentia praedicti Prioris) in omnibus obtinebit : finito vero Capitulo Prior domus, in qua Capitulum illud fuit noviter celebratum, vices Prioris Provincialis (eo modo, quo supra dictum est) in omnibus obtinebit. Si autem Priorem Provincialem in Capitulo Generali, vel medio tempore usque ad Capitulum Provinciale, vel in ipso Capitulo Provinciali mori, vel amoveri, vel quocumque casu infra illud tempus Provinciam aliquam Priore Provinciali carere contigerit, vel carentia ipsa duraverit; ad ipsum Capitulum Provinciale ejus electio pertinebit : qua peracta, Capitulum Provinciale celebretur.

Quod si nec ipse in ipso Capitulo electus, nec alius fuerit confirmatus, vel post Provinciale Capitulum, Priorem Provincialem mori, vel amoveri contigerit : qui ejus locum obtinet, teneatur convocare, quantocius poterit, Electores; et in die ad eligendum assignata Prior Provincialis eligatur, vel postuletur : et Provinciale Capitulum celebretur, nisi prius celebratum fuerit. Quod si in die statuta non elegerint, vel postulaverint, qui debent eligere : ad Magistrum Ordinis potestas providendi transferatur. Quod si Fratres cujuscumque Provinciae infra annum, postquam eis constiterit, quod Provincia caret suo legitimo Provinciali, non elegerint, vel non postulaverint Provincialem : ipso facto electio, et provisio de Provinciali sit ad Magistrum Ordinis devoluta.

Volumus autem, quod electio praedicta (quae non in ipso Capitulo Pro-

vinciali, sed post Capitulum debet celebrari) tantum spectet ad Priores Conventuales, et ad Praedicatores Generales, et unum Fratrem de quolibet Conventu, ad hoc idem pro qualibet electione de Priore Provinciali fienda (si pluries fieri contigerit) noviter electum ; nisi Confirmator praesens fuerit, vel in tam parva distantia, quod ante dissolutionem prioris Congregationis potuerit de cassatione electionis prius factae (si eam cassari contingat) nuntius pervenire : tunc enim et secunda, et tertia (si opus fuerit) electio ad eosdem pertinebit.

Qui elector a majori parte medietate Conventus per disquisitionem Supprioris, vel vices ejus gerentis, et duorum Fratrum, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt, nec post professionem suam ullatenus a nostro Ordine discesserunt (nisi per Magistrum Ordinis, vel Generale aut Provinciale Capitulum cum eis fuerit dispensatum) omnibus Fratribus ad Conventum illum pertinentibus convocatis, si infra unam dietam ad eos possit nuntius pervenire : eligi debet. Et hoc idem in electione Prioris Conventualis, et tractatu eorum, quae mittenda sunt ad Capitulum Provinciale : observetur. Qui secundum formam inferius in electione Magistri positam, electionem hujusmodi celebrabunt : hoc excepto, quod eos includi, sicut in electione Magistri, non oportet.

Quod si Magister Ordinis, vel Capitulum Generale aliquem Fratrem illius Provinciae Vicarium instituerit in eadem : volumus ipsum Vicarium in electione praedicta vocem habere. Tres autem Priores Conventuales, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt, cum electio per scrutinium facienda est, voluntates singulorum sigillatim, et seorsum aliquantulum in eodem loco coram oculis omnium disquirant, et scribant : deinde scripturam in medium publicent, expressis nominibus eligentium et electorum. Et facta collatione numeri ad numerum, si omnes, vel major pars ultra medietatem omnium eligentium in unum concordaverint, et minor pars interrogata majori consenserit ; ille, qui primam vocem habuit inter electores, surgens dicat : *Ego Frater N. vice mea, et omnium electorum praesentium eligo Fratrem N. in Priorem Provincialem talis Provinciae.* Si vero non omnes consenserint : et tamen major pars ultra medietatem (ut dictum est) unum elegerit ; tunc (sicut prius) qui primam vocem habuit, dicat : *Ego Frater N. pro me, et his, qui mecum consentiunt, eligo Fratrem N. in Priorem Provincialem talis Provinciae.*

Ille autem supradictus elector : illo anno sit socius Prior Conventualis euntis ad Capitulum Provinciale, si tunc fuerit celebrandum. Quod si eum impediri contingat : antequam iter ad eundum ad electionem arripuerit, Conventus alium possit eligere loco ipsius. Idem dicimus de socio Prioris Conventualis euntis ad Capitulum Provinciale electo. Instante vero Prioris Provincialis electione ; Priorum Conventualium absolutionem (nisi ob causam criminis, vel gravis scandali, vel ipso Priore petente, vel in Capitulo Provinciali a Definitorio illius, tunc post electionem Prioris Provincialis factam, licet pendentem quoad confirmationem :) fieri totaliter pro-

hibemus. Instare autem electionem Prioris Provincialis dicimus: quandocumque Provincia non habet Priorem Provincialem praesentem vel absentem.

Prior autem Provincialis supradicto modo electus poterit per Magistrum Ordinis confirmari, vel ejus electio cassari: si ipsi Magistro videbitur. Quod si Ordo Magistrum non habuerit: ipsum electum confirmandi, vel infirmandi, et ad dicti officii susceptionem compellendi, Vicarius Ordinis habeat potestatem. Si vero post confirmationem per Magistrum Ordinis factam, antequam ad electum ipsa confirmatio perveniat, Magistrum Ordinis mori vel amoveri contigerit: confirmatio suum sortiatur effectum.

Statuimus autem, ut Prior Provincialis in Capitulo Generali a Magistro, et Definitoribus Capituli (praemissa diligenti examinatione:) confirmetur, vel amoveatur. Prior autem Provincialis eamdem habeat potestatem in sua Provincia, quam et Magister Ordinis; et eadem sibi reverentia, et obedientia a comprovincialibus exhibeatur, quae Magistro Ordinis: nisi Magister praesens exstiterit. Item Prior Provincialis totam suam Provinciam per se (si poterit) vel per Vicarios idoneos teneatur singulis annis visitare: quibus auctoritatem suam committat, prout sibi videbitur expedire.

Priores autem Provinciales, cum fuerint absoluti, ad illos Conventus pertineant, de quibus fuerunt assumpti: nisi per Superiores suos de eis aliter fuerit ordinatum. Si vero in Provincialatu decesserint; libri, et alia, quae habuerunt per provisionem Ordinis a Provincia, vel etiam ab aliquo Conventu, antequam essent Provinciales, vel in ipso Provincialatus officio: ad Provinciam, vel Conventum, unde habuerunt, simpliciter pertinebunt. Ea vero, quae acquisiverunt tempore Provincialatus, ad Provincias quarum erant Priores, spectabunt pro medietate: et pro medietate ad Conventus suos, quorum sunt filii. Alia vero omnia sint Conventuum suorum: quorum sunt filii. Et idem dicimus: de bonis Procuratoris Ordinis. Relicta autem Magistri Ordinis, quae acquisivit in Magisterio, pro medietate sint sui Conventus originalis: alia vero medietas ad commune Ordinis bonum pertineat.

Statuimus autem, ut in singulis Provinciis Priores Provinciales, vel eorum Vicarii, et Definitores Capituli Provincialis, Provincias suas per Vicarias distinguant, secundum quod eis videbitur expedire; quibus singulis Vicarios praeficiant, qui non sint Priores, vel Lectores actu legentes, nisi prius a suis officiis absolvantur: et requisito consilio Fratrum praesentium, ad dictas Vicarias pertinentium, qui sint de corpore Capituli Provincialis. Qui Vicarii in domibus sibi assignatis, Prioris Provincialis plenarie vices gerant: exceptis dumtaxat institutione, et destitutione Priorum, et Lectorum; et ubique loca sua teneant, nisi in Capitulo, dum officium suae Vicariae exercent: quorum potestas in die immediate praecedente electionem Definitorum Capituli Provincialis exspiret. Hos autem Vicarios Prior Provincialis corrigere possit: et [illegible] rationabili amovere.

De electione Magistri Ordinis: quartum Capitulum.

Statuimus, ut si ante festum sancti Michaelis, vel in ipso festo Magistrum Ordinis mori vel amoveri contigerit; Prior Conventualis, vel Provincialis, qui propinquior illi loco exstiterit, ubi Magister decesserit: Parisiensi vel Bononiensi Conventui, sibi videlicet propinquiori, cum festinatione denuntiet. Alteruter autem istorum duorum Conventuum, cui primo denuntiatum fuerit: teneatur similiter reliquis nuntiare. Parisiensis Conventus Provincialibus Hispaniae, Provinciae Tolosanae, Angliae, Scotiae, Theutoniae, Daciae, Aragoniae, Provinciae Provinciae, Portugalliae Baeticae, et Germaniae inferioris, Sanctae Crucis, Hiberniae, Sancti Joannis Baptistae, Sancti Jacobi, Sancti Vincentii, et Sancti Antonini; Bononiensis vero: Hungariae, Romanae Provinciae, Regni Siciliae, Poloniae, Terrae Sanctae, Graeciae, Bohemiae, Dalmatiae, Lombardiae, Saxoniae, Trinacriae, Sancti Thomae, et Calabriae teneantur quantocius intimare. Si vero post dictum festum decesserit, vel amotus fuerit; ipsius obitus vel amotio nihilominus nuntietur: ut supersedeatur illo anno a Capitulo Generali.

Mortuo igitur Magistro, vel amoto a Magisterio: Prior Provincialis illius Provinciae, ubi sequens Capitulum fuerit celebrandum, vices Magistri Ordinis in omnibus obtineat, quousque Magister Ordinis sit electus; exceptis absolutionibus Priorum Provincialium, et Priorum Conventualium aliarum Provinciarum, et exceptis translationibus Fratrum de una Provincia ad aliam, de quibus se nullatenus intromittat: nisi forte aliquis Frater, non Prior Provincialis exsistens, pro Provincialatus officio peteretur. Si autem illa Provincia tunc Priorem Provincialem non habuerit, vel infra tempus Vicariae suae eum mori vel amoveri contigerit; Prior Provincialis illius Provinciae, ubi immediate praecedens Generale Capitulum fuerat celebratum, vices obtineat supradictas: et sic deinceps retrocedendo, donec in aliqua Provinciarum isto modo valeat Vicarius inveniri.

Postquam vero illa Provincia, in qua fuerit Generale Capitulum celebrandum, Priorem Provincialem habuerit confirmatum: ipse Prior Provincialis vices obtineat supradictas. Priores autem Provinciales triginta unius Provinciarum, singuli cum duobus Fratribus in Capitulo Provinciali electis a pluribus medietate omnium eligentium: ad Capitulum veniant Generale. Si autem in aliqua Provincia Provinciale Capitulum fuerit celebratum; et in proximo festo Pentecostes electio Magistri fuerit facienda: Definitor Capituli Generalis in anno Definitorum, et socius ejus sint illo anno Magistri Ordinis electores. In anno autem Priorum Provincialium, vel quando ex alia quacumque causa Definitor, et socius, vel electores praedicti non fuerint electi; neque suppetat tempus ut eligantur propter quodcumque, judicio discretorum, legitimum impedimentum: tunc duo de Definitoribus immediate praecedentis Capituli Provincialis, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt, qui tunc superstites fuerint, ad electio-

nem Magistri Ordinis admittantur. Quorum antiquior in Ordine : sit illo anno Generalis Capituli Definitor. Qui si ad Capitulum non venerit, aut praecedentis Capituli exstiterit Definitor : tunc ad definitionem elector alius admittatur.

Qui postquam congregati fuerint, in Vigilia Pentecostes : a Prioribus Conventualibus illius Provinciae, et a Fratribus praesentibus in loco, ubi facienda est electio, in uno conclavi firmiter includantur ; ita quod inde egredi nullatenus valeant, nec eis ullo modo aliqua alimenta ministrentur : quousque Magister Ordinis secundum formam canonicam sit electus. Hoc autem : tam ab Electoribus, quam a recludentibus praecipimus firmiter observari. Quod si quis contraire praesumpserit, ipso facto sit excommunicatus : et poenam graviori culpae debitam sustinebit.

Forma autem electionis : haec est. Electoribus supradicto modo inclusis, cum per disquisitionem vel scrutinium voluntatum procedet electio ; tres de Prioribus Provincialibus, qui inter alios triginta et unum Provinciales primitus habitum nostrae Religionis susceperunt, voluntatem singulorum sigillatim, et seorsum aliquantulum in eadem domo coram oculis omnium disquirant et conscribant : deinde scripturam publicent in medium, expressis nominibus eligentium et electorum. Quod si, Dei gratia inspirante, in unum aliquem omnes unanimiter concordaverint : ille verus Magister Ordinis habeatur. Si autem in partes inaequales se diviserint ; ille, in quem plures medietate omnium eligentium consenserint : ex vi talis electionis et hujus Constitutionis sit Ordinis Magister. Quod si aliquem vel aliquos de Electoribus contigerit non venire : nihilominus tamen per eos, qui advenerint, electio Magistri Ordinis celebretur. Hoc autem ita fiat : ut semper in secunda Feria Pentecostes Capitulum habeat Magistrum, antiquum vel novum, praesentem vel absentem ; quia tunc incipit solemniter celebrari : ne acephalum judicetur.

Hæc vero omnia, quae circa electionem Magistri statuta sunt : absque contradictione volumus et praecipimus firmiter observari. Quicumque autem ausus fuerit contradicere pertinaciter, vel rebellare : tamquam excommunicatus, et schismaticus, et destructor nostri Ordinis habeatur ; et quousque non satisfecerit, a communione omnium sit penitus alienus : et poenae gravioris culpae subjaceat. Praecipimus autem in virtute Spiritus sancti : ut nullus ante electionem Magistri Ordinis, circa statum Ordinis aliquid audeat immutare.

Statuimus autem, quod nec Magister Ordinis, nec aliquis Prior Provincialis, aut quovis modo Praesidens in nostro Ordine, aliquid accipiat directe, vel indirecte, etiam sponte oblatum a quacumque persona, sive praelata, sive subdita praetextu litterarum, sigilli, registri licentiae, confirmationis, et universaliter cujuscumque gratiae aut justitiae, concessae aut concedendae : sed quilibet sit communibus contributionibus et visitationibus contentus. Priores autem Provinciales et alii inferiores contrafacientes : in poenam a suis officiis absolvantur indispensabiliter. Magister

vero Ordinis, si in hoc excesserit, a Definitoribus Generalis Capituli corrigatur : et si obstinate restiterit, deponatur.

De electione Definitorum Capituli Generalis et Provincialis : quintum Capitulum.

STATUIMUS, quod singulis annis in singulis Capitulis Provincialibus Hispaniae, Tolosanae, Franciae, Sancti Dominici, Romanae Provinciae, Regni Siciliae, Hungariae, Theutoniae, Angliae, Poloniae, Daciae, Graeciae, Terrae Sanctae, Aragoniae, Bohemiae, Provinciae, Lombardiae, Saxoniae, Dalmatiae, Trinacriae, Portugalliae, Scotiae, Baeticae, Germaniae inferioris, Sancti Thomae, Calabriae, Sanctae Crucis, Hiberniae, Sancti Jacobi, Sancti Joannis Baptistae, Sancti Vincentii, Sancti Antonini etc., quatuor Fratres de discretioribus et magis idoneis a Provinciali Capitulo per disquisitionem Prioris Provincialis, vel ejus Vicarii, et Prioris, et Supprioris ejusdem loci, ubi Capitulum celebratur : vel si unus defuerit, per disquisitionem duorum ; quod si duo defuerint, loco ipsorum per disquisitionem duorum antiquiorum in Ordine praesentium in Capitulo : hoc modo eligantur.

Praedicti siquidem tres, vel duo, si tertius defuerit ; voluntates singulorum sigillatim, et seorsim aliquantulum in eadem domo coram oculis omnium disquirant : et conscribant fideliter. Deinde incontinenti in loco eodem, antequam Fratres discedant, et ad invicem colloquantur : scripturam publicent in medium, expressis nominibus eligentium et electorum. Et in quibus plures concordaverint : illi pro Definitoribus habeantur. Si autem partes fuerint aequales ; tunc eodem modo per disquisitionem voluntatum, unus de Fratribus, qui vocem in praedicta electione non habuerit, eligatur : et cui parti ille consenserit, illi pro Definitoribus Capituli recipiantur. Quod si in electione istius adhuc discordaverint ; alius eligatur per eumdem modum : et sic deinceps, donec in parte altera major possit numerus inveniri.

Praedicti igitur quatuor Definitores eligantur in die proximo praecedente diem assignationis Capituli Provincialis : et ex tunc incipiat auctoritas eorumdem. Quod si aliquem de dictis quatuor Definitoribus durante Provinciali Capitulo mori contigerit, vel alia legitima causa impediri : Electores supradicti secundum dictam formam possint statim alium Definitorem eligere dicti Capituli ; qui mox electus, eamdem habeat potestatem, quam ceteri Definitores habent : et loco mortui vel impediti, omnia Capituli negotia cum aliis pariter definiet et tractabit.

Statuimus etiam, ut per duos annos in dictarum triginta unius Provinciarum Capitulis, aliquis de magis idoneis a majori parte Capituli eligatur per disquisitionem Prioris Provincialis, vel ejus Vicarii, et Prioris, et Supprioris illius loci, ubi Capitulum celebratur ; et si unus defuerit, per disquisitionem duorum : quod si duo defuerint, loco ipsorum, per disqui-

sitionem duorum antiquiorum in Ordine praesentium in Capitulo ; qui sit Generalis Capituli Definitor : secundum formam supradictam in electione Definitorum Capituli Provincialis. Cui socius competens a Priore Provinciali et Definitoribus assignetur. Qui Definitor et socius : solum de suis Provinciis, quarum sunt filii, assumantur. Quod etiam de Electoribus Magistri Ordinis : volumus inviolabiliter observari. Socii etiam Priorum Conventualium ad Provinciale Capitulum, et electores Prioris Provincialis : tantum de Conventibus, in quibus sunt assignati, eligantur.

Quod si supersedeatur illo anno a Capitulo Generali : qui in sequenti Capitulo Provinciali electus fuerit, habeatur Generalis Capituli Definitor. Si vero nullus alius legitimus electus fuerit : ille, qui in Capitulo praecedenti fuerat electus, legitimus sit Definitor. Et idem dicimus de illius socio, quod valeat, et sit eodem modo legitimus socius, et in anno electionis Magistri Ordinis sit elector, si non est alius elector electus : et tam Definitor, quam socius habeant litteras testimoniales, non tantum a Priore Provinciali, sed a toto Definitorio; alias nullo modo admittantur nec ad definitionem, nec ad electionem Magistri Ordinis, in anno electionis : nisi aliter de jure constiterit.

Nolumus tamen, quod is, qui in praecedenti Capitulo electus fuerit : ad idem officium eligi valeat in anno Definitorum proxime subsequente. Si vero medio tempore decesserit, vel in Priorem Provincialem electus fuerit et confirmatus ; vel aliquo modo fuerit impeditus, quod venire non possit ad Capitulum Generale : ipso jure socius ejus loco ipsius Definitor habeatur ; nisi tunc superveniat Definitor, qui non obstante Definitione incoepta per socium, ipse illa vice definiet : et socius illius cedat.

Quod si alterum ipsorum supradicto modo impediri contigerit : primus Conventus, ad quem declinaverit, teneatur ei de competenti socio itineris providere. Fratres, qui in uno anno electi sunt in Definitores Capituli Provincialis : sequenti anno ad idem officium non eligantur. Idem dicimus : De Definitoribus Capituli Generalis.

De Capitulo quotidiano : sextum Capitulum.

FINITIS Matutinis, teneatur Capitulum, vel aliquando post Primam ; vel etiam intermittatur, ne studium impediatur : secundum quod Praelato videbitur. Ingresso Conventu Capitulum ; Lector pronuntiet Lunam, et quae de Calendario pronuntianda sunt : et Sacerdos prosequatur, *Pretiosa est, etc.* Deinde residentibus Fratribus, Lector pronuntiet Lectionem de Constitutionibus, vel de Evangelio pro tempore, praemisso *Jube domne ;* et Hebdomadarius subjungat Benedictionem : *Regularibus disciplinis,* vel *Divinum auxilium* pro tempore. Et facta absolutione pro Defunctis : dicat, qui tenet Capitulum, *Benedicite.* Et responso *Dominus :* inclinent om[illegible] Deinde recitatis beneficiis, et dicto a Priore *Retribuere dignar*[illegible] etiam a Conventu Psalmis *Ad te levavi,* et *De profundis, Ky*[illegible]

Pater noster : subsecutis etiam tribus Versiculis, ***Oremus pro Domino Papa, Salvos fac servos tuos, et ancillas tuas, Requiescant in pace, Dominus vobiscum,*** ab Hebdomadario dicendis ; cum his tribus Collectis, ***Omnipotens sempiterne Deus, qui facis, etc., Praetende, etc., Fidelium Deus, etc.*** : resideant Fratres.

Tunc Praelatus poterit dicere breviter : si quid ad honestatem Ordinis, et correctionem Fratrum viderit expedire. Post haec autem : egrediantur Novitii. Quibus egressis : dicat, qui praeest. ***Faciant venias : qui se reos existimant.*** Continuo qui se reos intellexerint : prostrati veniam petant. Deinde surgentes : humiliter confiteantur culpas suas. Et quorum culpa talis est, quae digna sit correctione, praeparent se ad correctionem : quam Prior faciat, vel ille, cui injunxerit.

In Capitulo vero Fratres, nisi duabus de causis, non loquantur ; scilicet culpas suas, vel aliorum dicendo simpliciter : et Praelatis suis tantum ad interrogata respondendo. Uno etiam Fratre loquente : alius non loquatur. Nullus faciat proclamationem super aliquem : ex sola suspicione. Item nullus accuset de auditu : nisi dicat a quo audierit, et ille sit praesens in domo. Auditis vero culpis, dicatur Psalmus ***Laudate Dominum omnes gentes*** : cum ℣. ***Ostende nobis Domine, etc.***, et ***Dominus vobiscum,*** et Collecta ***Actiones, etc.*** In fine dicat Prior, ***Adjutorium nostrum in nomine Domini*** : et sic solvitur Capitulum.

De Capitulo Provinciali : septimum Capitulum.

CAPITULUM Provinciale post Capitulum Generale, quando et ubi Prior Provincialis cum consilio Definitorum elegerit : celebretur. Capitulum autem Provinciale appellamus ; Priores Conventuales, cum singulis sociis a pluribus de Capitulo suo, ultra medietatem eligentium electis per disquisitionem Supprioris, vel vices ejus gerentis, et duorum Fratrum, qui primitus habitum nostri Ordinis susceperunt : et Praedicatores generales. Si qui tamen, qui non sunt de Capitulo, in Definitores eligantur : ad omnia acta ejusdem dumtaxat Capituli admittantur. Praedicatores autem generales dicimus : Magistros in Theologia, et qui per Priorem Provincialem et Definitores Capituli Provincialis fuerint instituti. Quos instituendi : nullus Vicarius, etiam cum Definitoribus habeat potestatem. Dicti autem Praedicatores generales dicto officio non fungantur : nisi in Provincia, in qua fuerint instituti.

Nullus Prior Conventualis ducat secum plures Fratres ad Capitulum Generale vel Provinciale : sine causa legitima. Quod si Priorem Provincialem abesse contigerit, nec vices suas alicui commiserit, vel ille, cui commiserit, aliquo casu absens fuerit : Prior illius loci, ubi Capitulum fuerit celebrandum, cum Definitoribus Capituli, in celebratione procedat ejusdem. Quilibet autem Vicarius Generalis Provinciae, per quemcumque modum fuerit legitime institutus, locum Provincialis teneat : ***Fidelium***

dicat ; licentiam loquendi tribuat : et possit concedere litteras de beneficiis illius Provinciae, durante Capitulo Provinciali dumtaxat. Vicarii vero particulares, sive Nationum, sive Conventuum, nec *Fidelium* dicant ; nec locum suum mutent : nisi in Capitulo, dum ibidem suum officium exercuerint.

Praedicti igitur Definitores : tractabunt omnia, et definient cum Priore Provinciali. Quod si in suis definitionibus in partes aequales se diviserint : illorum sententia praevalebit, in quorum partem Prior Provincialis concordaverit. Alias enim : sententia plurium praevalebit. Si autem per adjunctionem, vel absentiam Prioris Provincialis, vel ejus Vicarii, vel casu aliquo contingente, partes fiant aequales ; unus ab eisdem de Capitulo eligatur : et in quorum partem declinaverit, illorum sententia praevalebit. Isti autem quatuor Definitores excessum Prioris Provincialis confessi vel proclamati in Capitulo Provinciali coram Fratribus audiant et emendent : ei poenitentiam injungentes. Si autem, quod absit, incorrigibilis exstiterit : ipsum usque ad Capitulum Generale suspendant ab officio Prioratus ; aliquem idoneum loco ejus substituentes : et ejus excessum referant ad Capitulum Generale, scripto communiter sigillato.

Capitula Provincialia deinceps fiant biennalia : si et in quantum Provinciali, et Definitoribus in sua Provincia videbitur expedire. In singulis autem Capitulis Provincialibus, auditis culpis : fiat secretum scrutinium in conspectu omnium super retentione vel absolutione Prioris Provincialis, cum expressione nominum et officiorum Fratrum exprimentium vota sua, per Definitores Capituli Provincialis. Et hoc scrutinium non publicetur, nec alicui ostendatur ; sed statim sigillis omnium Definitorum in conspectu omnium sigilletur : et per Definitorem Generalis Capituli, vel ejus socium, vel per socium Prioris Provincialis, in anno Provincialium, ad Generale Capitulum deferatur. Et haec eadem forma scrutinii faciendi de Priore Conventuali per Suppriorem, vel ejus Vicarium in absentia Supprioris, et duos antiquiores in Ordine de Conventu praesentes in Capitulo, in tractatu eorum, quae mittenda sunt ad Capitulum, observetur ; et sigillo Conventus sigilletur : et per socium Prioris ad Provinciale Capitulum transmittatur.

Dictis autem Scrutatoribus voluntatum in virtute sanctae obedientiae praecipimus : quod dictum scrutinium alicui per modum aliquem non revelent. Quod si aliquis vel aliqui de praedictis Scrutatoribus Prioris Conventualis, impedimentum haberent, judicio majoris partis medietate Conventus, ad audiendum, vel videndum, seu scribendum ea, quae in scrutinio deponuntur; unus ex Fratribus ad ipsam electionem pertinentibus, quem, ut dictum est, major pars Conventus nominaverit, loco illius, qui impeditus fuerit, ad recipiendum dictum scrutinium admittatur : et tunc ad servandum ipsum scrutinii secretum, ex vi praecepti teneatur, ut alii. Et hæc eadem forma : circa scrutinium Electorum Prioris Provincialis, et electionis Prioris Conventualis, in omnibus observetur.

Accusationi vero, et correctioni : professi post triennium ab ingressu

Ordinis poterunt interesse. Infra vero quinquennium ab ingressu Ordinis Fratres alii non admittantur ad discussionem eorum, quae ad Capitulum Generale, vel Provinciale sunt mittenda; nec ad electionem Socii Prioris Conventualis : nec ad electionem Electorum Prioris Provincialis. Priores cum suo Conventu, Capitulo Provinciali singulis annis scribant debita domus suae : et causas debitorum. Similiter etiam Provinciales, et eorum Definitores : suarum debita Provinciarum, cum suis causis, Capitulo scribant Generali.

Item nulla petitio offeratur Capitulo Provinciali, nisi a Conventu : nec Generali, nisi a Capitulo Provinciali fuerit approbata. Nullus vero Religiosus alterius Ordinis, vel professionis, nullusque saecularis, cujuscumque conditionis, vel dignitatis, vel vitae : secretis vel tractatibus Capituli aliquatenus admittatur. Prior autem Provincialis, et Definitores in quolibet Capitulo Provinciali : determinent tempus, ante quod Fratres ad Capitulum sequens non veniant.

De Capitulo Generali: octavum Capitulum.

Capitulum Generale una vice ultra montes, altera vice citra montes alternatim de triennio in triennium celebretur : nisi Magistro cum Definitoribus, vel cum discretorum maturo consilio, ex legitima et urgentissima causa illud alibi assignare, aut assignatum transferre, vel per annum praevenire, aut etiam prorogare necessarium videatur ; et nisi obitus Magistri Generalis acciderit : quo eveniente, fiat sicut in Capitulo quarto de Electione Magistri Ordinis est decretum. Praedicti autem triginta unius Provinciarum Definitores in duobus Capitulis ; triginta et unus Priores Provinciales in tertio Capitulo : cum Magistro Ordinis omnia definient, constituent, et tractabunt. Quod si in partes aequales se diviserint : illorum sententia praevalebit, in quorum partem Magister Ordinis declinaverit. Si autem in partes inaequales : obtineat sententia plurium. Si autem per adjunctionem Magistri partes fiant aequales : unus eligatur a Definitoribus, secundum quod in electione Definitorum Provincialium est statutum. Quod si ad Capitulum, aliquo casu praepediti, non omnes venerint : illi, quos ex ipsis venire contigerit, cum Magistro Ordinis omnia pertractabunt.

Si vero Magistrum aliqua occasione abesse contigerit; unus de Definitoribus ejusdem Capituli ab ipsis Definitoribus, vel majori parte eorum assumatur in Magistri Ordinis Vicarium : qui durante Capitulo vices Magistri gerat in omnibus dumtaxat, quae ad tractatus, et acta Capituli pertinebunt. Qui etiam locum Magistri ubique teneat, *Fidelium* dicat, licentiam loquendi tribuat ; et possit concedere litteras de beneficiis Ordinis, ut Magister : in definitionibus unam tantum habeat vocem. Quod si in ejus assumptione, in partes aequales se diviserint : unus de praesentibus Fratribus eligatur ab ipsis ; et in quorum sententiam iste de-

clinaverit, ille pro Vicario habeatur : cum quo Vicario ceteri Definitores in definitione procedant. Quod si in ipsa definitione iterum inter partes aequales se diviserint : forma superius posita teneatur.

Isti autem Definitores habebunt plenariam potestatem super excessu Magistri Ordinis corrigendo : vel de eo penitus removendo. Ipsorum vero sententia, tam in his, quam in aliis inviolabiliter observetur : ita, quod a nemine ab illorum sententia liceat appellare. Et si appellatum fuerit : frivola, et nulla appellatio habeatur. Appellationem enim intra nostrum Ordinem sub interminatione anathematis fieri inhibemus : cum non venerimus contendere, sed potius delicta corrigere.

Item, ne delicta maneant impunita, et obedientia in nostro Ordine per appellationes frivolas infringatur ; statuimus, quod quicumque Frater nostri Ordinis contra obedientiam appellare praesumpserit in futurum : nisi ipsi appellationi infra duos menses renuntiaverit, vel etiam infra annum prosequi non incoeperit, aut ab incoepta prosequutione destiterit, vel in ipsa succubuerit ; adjudicatus carceri sit ipso facto : nec possit cum ipso, nisi per Capitulum Generale, ante annos duodecim dispensari.

Appellans autem ab absolutione facta vel facienda ab officiis Prioratus Provincialis, vel Conventualis, aut Vicariatus, etiam praetextu gravaminis, ipso facto sit absolutus ab illo officio : volentes, quod in istis ratio gravaminis, tam proprii, quam communis, non habet locum quoad appellandum. Item ad nullum judicem extra Ordinem, nisi ad Sedem Apostolicam, cui immediate Ordo subditus est, aliquod membrum Ordinis, illique subditum, pro justitia recurrat : sub poena absolutionis ipso facto, si est Praelatus, et privationis vocis activae et passivae, etiam ipso facto, quoad alios.

Definitores itaque praedicti, postquam fuerint accusati : quando eis videbitur expedire, excessum Magistri Ordinis seorsim corrigant et emendent. Qui coram ipsis humiliter se prosternens, veniam faciat ; et stans de suis excessibus se accuset : et Definitores audiant accusantem. Auditis vero accusationibus, secedat : ut, eo absente, Definitores de ejus correctione conferant et disponant. Quod si praevaricator Ordinis fuerit, aut contemptor, aut adeo negligens et remissus, quod Ordinis dissolutionem et destructionem inducat ; moneatur a Definitoribus, ut Magistratui cedat : et aliquem locum ad manendum sibi eligat, ut possit honeste conversari. Alioquin : amovendi eum ab officio Magistratus liberam habeant facultatem.

Cessio autem Magistri non admittatur a Definitoribus : nisi propter aliquod praedictorum, aut defectum, aut impotentiam, quae ipsum ab executione officii Magisterii perpetuo impediret. Perpetuum autem dicimus : quod Definitores de prudentum consilio perpetuum judicabunt. Magister vero Ordinis cedens vel amotus : post Magistrum Ordinis in Definitoriis Capitulorum Generalium et Provincialium, et in absentia Magistri post Provincialem, in cujus Provincia fuerit, et in absentia Prioris Provincialis post principalem Praelatum, primam vocem, primumque locum ubique et in omnibus obtinebit.

Definitores autem Capituli Generalis, Dominica infra octavas Ascensionis Domini, vel Sabbato praecedenti locum Capituli intrare teneantur: et ex tunc in Choro et alibi ordinate sua loca teneant, quousque tempus suae definitionis exspiret. Provinciales quoque absoluti, loca in Provinciis, in quibus praefuerunt, super omnes alios ubique habebunt; et similiter vocem in omnibus electionibus Provincialium, et Definitorum, et Electorum Magistri Ordinis : dummodo Magistri in sacra Theologia non Magistris ex hoc minime postponantur, nec actualium Praesidentium locis minime derogetur. Magistris vero in sacra Theologia : immediate post Priorem, in cujus Conventu fuerint, locum damus. Baccalaureis, qui legitime incorporati in Universitate sententias solemniter legerint aut legunt : post Suppriorem, ubique in toto Ordine locum damus.

Item in virtute Spiritus sancti et sanctae obedientiae praecipimus firmiter observari; ne quis causam depositionis Magistri, vel Prioris Provincialis, vel eorum excessum, vel correctionem, vel secretum Capituli, seu dissensiones Definitorum vel Fratrum, unde Ordo noster possit turbari vel infamari : audeat scienter extraneis publicare. Si quis autem ex deliberatione contrafecerit; tamquam excommunicatus, et schismaticus, et destructor nostri Ordinis habeatur : et, quousque satisfecerit, a communione omnium sit penitus alienus, et poenae graviori culpae debitae subjacebit. Eadem districtione praecipimus : ne quis verbo vel facto ad divisionem nostri Ordinis audeat laborare. Quod si fecerit : poenae subjaceat supradictae.

Statuimus, ut si in anno definitionis Priorum Provincialium electio Magistri celebretur; illo anno unus de Fratribus Electoribus de qualibet Provincia, qui in Provinciali Capitulo ad hoc electus fuerit : ad definitionem cum eis pariter admittatur. Quod si ad Capitulum non venerit, tunc ad definitionem elector alius admittatur. Si vero in anno Definitorum celebretur; tunc cum Definitoribus Priores Provinciales conveniant : et utrorumque definitio sit communis.

Statuimus autem, et in virtute Spiritus sancti et sanctae obedientiae, et sub interminatione anathematis prohibemus districte: ne Priores Provinciales Fratribus Definitoribus, vel Fratres Definitores Prioribus Provincialibus, per suas definitiones praejudicium aliquod audeant generare. Quod si facere attentaverint : eadem districtione prohibemus, ne in hoc aliquis praesumat eis obedire. Priori vero Provinciali eunti ad Capitulum Generale : detur socius a Definitoribus Capituli Provincialis. Qui, si Priorem Provincialem impediri contigerit, quod ad Capitulum Generale in anno Provincialium non accedat: loco ipsius cum Prioribus Provincialibus admittatur ad omnia tractanda et definienda.

Statuimus insuper, quod omnes Priores Conventuales, cum sociis suis, et Praedicatores Generales illius Provinciae, in qua Generale Capitulum celebratur; illo anno veniant ad Capitulum Generale : nec eodem anno in illa Provincia ad celebrandum aliud Capitulum Provinciale teneantur.

Et quod idem faciant Provinciae propinquae : licentiandi et mandandi Magister Ordinis liberam habeat facultatem.

De solemni celebratione Capituli : nonum Capitulum.

Capitulum Generale : quantum ad auctoritatem Definitorum, incipiat celebrari in Vigilia Pentecostes. Cum autem in secunda Feria post Pentecosten, vel in ipso eodem festo, Fratres in Capitulum venerint ; primo omnium devote invocetur Spiritus sanctus, a quo filii Dei aguntur : et dicatur Versus *Emitte Spiritum tuum, etc.*, cum collecta de Spiritu sancto. Deinde residentibus Fratribus, et loca sua tenentibus omnibus : ut verbo Dei caeli firmentur, verbum Dei in commune fiat. Sermoni autem interesse poterunt : qui ad aedificationem interesse voluerint.

Finito sermone, quia indigentibus quantocius subveniendum est : obitus Fratrum post praecedens Capitulum defunctorum in communi recitentur, et fiat pro eis communis absolutio ; et dicatur pro eis Psalmus *De profundis, Kyrie eleison, Pater noster*, cum Versu *A porta inferi*, et cum Oratione *Absolve*. Postmodum si litterae legendae sunt, legantur : et eis suo tempore cum consilio respondeatur. Perlectis autem litteris, et facta recommendatione vivorum : dicatur Psalmus *Ad te levavi, Kyrie eleison, Pater noster*, cum Versu *Salvos fac, etc.*, et cum Oratione *Praetende*. Et tunc omnes, qui non sunt de Capitulo : egrediantur. Quibus egressis, qui missi sunt ad excusandum eos, qui non adsunt, ad quid venerint, loquantur : deinde culpae audiantur.

Si qui vero sine licentia ad Capitulum Generale vel Provinciale venerint ; primo culpae eorum audiantur : et recepta poenitentia a Capitulo excludantur. Ut autem modus in eundo servetur : nullus exeat sine licentia et necessitate: Egressus autem non discurrat : sed expleta necessitate citius revertatur. Qui autem in praesenti anno visitare debuerant , et non, sicut oportuit, fecerunt : culpam suam dicant, et dignae vindictae subjaceant. Tunc etiam absentibus, qui adesse debuerant, et iis , qui peccaverunt, et non satisfecerunt : poenitentia scripta mittatur.

Conventus autem, qui mittit accusationes ad Capitulum Generale vel Provinciale ; scribat numerum et nomina accusantium : et si accusant de visu, vel auditu. Accusatio autem unius tantum ad Capitulum Generale vel Provinciale non mittatur : et tractatus eorum, quae mittenda sunt ad Capitulum, ultra unam diem non prolongetur. Qui autem habent facere proprias quaestiones, vel communes, ad Ordinem vel praedicationem pertinentes ; proponant Fratribus a Magistro et Definitoribus ad hoc statutis : ut pro loco et tempore solvantur et terminentur.

Si qua vero dissensio inter Fratres nostri Ordinis, quod absit, emerserit de libris vel de aliis : cum praeponenda sint spiritualia temporalibus, non inde agatur in Capitulo ; sed dicti Fratres extra Capitulum, discussa veritate dissensionem dirimant : et inter Fratres pacem restituant. De

solutione autem et terminatione quaestionum, de correctione Fratrum, de modo poenitentiarum, et de Praedicatoribus ad praedicandum, et studendum mittendis : Praelatus major cum aliis, qui ad hoc statuti sunt, tractabunt ; et quidquid inde Spiritu sancto donante ordinaverit Capitulum : universaliter, unanimiter, et devote suscipiant. Nullus murmuret, nullus reclamet : nullus contradicat. In fine fiat communis confessio et absolutio : et perseverantibus benedictio. Et haec eadem forma : in Capitulo Provinciali similiter observetur.

Porro Magister Ordinis aut Priores Provinciales non mutent Acta Provincialis Capituli, aut Generalis : nisi forte in speciali ex causa necessaria et utili. Item generale statutum Ordinis, vel consuetudinem diu obtentam, et communiter approbatam in Ordine ; nec Magister Ordinis, nec Priores Provinciales aliquatenus audeant immutare : nisi per tria Capitula fuerit approbatum. Ea vero, quae de Generali Capitulo dicta sunt : in Vigilia Pentecostes debent inchoari.

Capitulum autem Generale ultra Sabbatum infra Octavas Pentecostes non prolongetur : nisi ex causa rationabili Magistro et Definitoribus videatur, quod per unum diem, vel duos ad plus, debeat prolongari. Capitula etiam Provincialia : eodem modo infra praetaxatum numerum dierum terminentur. Necessitate vero urgente : Magister Ordinis, vel ejus vices gerens cum assensu Prioris Provincialis, in cujus Provincia Capitulum Generale celebrandum fuerit, de consilio discretorum, ad alium Conventum ejusdem Provinciae possit illud transferre. Quod si in eadem Provincia commode celebrari non valeat eodem anno ; Magister Ordinis, vel ejus vices gerens, ipso mortuo vel amoto, dictum Capitulum ad aliam Provinciam mutare poterit : si expediens judicaverit, de Fratrum consilio discretorum.

De Capitulo Generalissimo : decimum Capitulum.

Capitulum Generalissimum non convocetur ; nisi quando major pars Provinciarum petierit : vel Magistro cum media parte Provinciarum visum fuerit expedire. Provinciae vero, quae petunt : scribant causas, quare petunt. De his tamen Capitulum Generale non habebit judicare : utrum sufficientes sint, vel non. Sed tamen scribantur : ut Fratres de his ante Capitulum conferre valeant. Priores autem Provinciales singuli cum duobus sociis a Capitulo suo Provinciali electis a pluribus medietate omnium eligentium : tale Capitulum celebrabunt. Duobus autem annis ante pronuntietur : nisi urgens fuerit necessitas.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo convenerunt Parisiis in domo Sancti Jacobi Priores Provinciales, una cum venerabili Patre Fratre Jordano, bonae memoriae, Magistro Ordinis nostri ; singuli cum duobus Definitoribus a Capitulis Provincialibus deputatis : in quos Fratres omnes vota sua unanimiter transtulerunt, eisdem potestatem plenariam concedentes ; ut quidquid ab eis fieret, sive in

constituendo, sive in destituendo, mutando, addendo, vel minuendo, de cetero firmum ac stabile permaneret : nec liceret alicui quantaecumque auctoritatis aliquid eorum immutare, quae ipsi statuerunt perpetuis temporibus permansura.

Priores igitur praefati cum suis Definitoribus, gratia Spiritus sancti invocata ; quasdam Constitutiones ad utilitatem, et honestatem, et conservationem Ordinis, praemissa diligenti examinatione, unanimiter et concorditer ediderunt : quas in locis suis inter constitutiones alias inserere procurarunt. Inter illas autem quasdam voluerunt inviolabiliter, et immutabiliter in perpetuum observari ; videlicet de possessionibus, et redditibus nullatenus habendis vel recipiendis, de appellationibus removendis : et quod non possit per Fratres Definitores Prioribus Provincialibus, neque per Priores Provinciales Fratribus Definitoribus in suis definitionibus in aliquo praejudicium generari.

Quasdam vero voluerunt sic immobiles permanere ; ut nonnisi a consimilibus Capitulis, novis emergentibus articulis, casibus, vel negotiis, de ipsis possit aliquid pro tempore immutari : videlicet de Constitutionibus non faciendis, nisi per tria Capitula Generalia continua fuerint approbatae ; de non equitando, de expensis non portandis, de carnibus, nisi causa infirmitatis, non comedendis : ita tamen, ut in his pro loco et tempore Praelato liceat dispensare.

De Visitatoribus : undecimum Capitulum.

STATUIMUS, ut quatuor Fratres ad visitandum Provinciam in Capitulo Provinciali a Priore Provinciali et Definitoribus assignentur ; vel plures, secundum quod Capitulo Provinciali videbitur expedire : qui excessus Priorum Conventualium et Fratrum audiant et emendent, absque constitutione, et immutatione status domus. Loca vero sua ubique tenebunt, nisi in Capitulo, dum ab eis officium suae correctionis exercetur : quod in tribus diebus continuis terminetur. Si quae autem gravia et periculosa invenerint emersisse a tempore visitationis ultimo factae per Visitatorem praecedentem, licet correcta fuerint : nihilominus cum testimonio partis majoris Capituli studeant denuntiare Magistro, et Definitoribus Capituli Generalis, vel Priori Provinciali, et Definitoribus Capituli Provincialis, si ibi Generale Capitulum non fuerit celebrandum.

Visitatores praesentes verbo, absentes scripto, referre debent Definitoribus Provincialis Capituli, vel Generalis cum in sua Provincia celebratur, de iis, quos visitaverint, Fratribus : si in pace continui, in studio assidui, in praedicatione ferventes ; quae de eis fama, quis fructus : si in victu, et vestitu, et aliis secundum tenorem Institutionum ordo servetur. Priores autem, seu Lectores, et Suppriores : in Visitatores nullatenus eligantur. Quod si quis Visitator, antequam visitet, vel in ipsa visitatione, in Priorem fuerit electus et confirmatus, vel mortuus, vel alias impeditus : provideat Prior Provincialis de alio Fratre, qui visitet loco ejus.

De Praedicatoribus: duodecimum Capitulum.

PROVIDEANT diligentissime Priores, ne committant praedicationis officium nisi Fratribus ad hoc idoneis, et moribus ac scientia approbatis; ne ex eorum insufficientia, Praedicantium Ordo veniat in contemptum : et vergat in periculum animarum. Statuimus autem, quod in qualibet Provincia a Praesidente et Definitoribus instituantur aliqui viri docti, et zelum Religionis habentes, examinatores et approbatores omnium eorum Praedicatorum et Confessorum, quos non constat manifeste esse doctos: ita quod nullus talium, nisi approbatus a duobus eorum in scriptis, vel declaratus a Definitorio in scriptis, sufficiens et idoneus ad praedicandum, vel confessiones extraneorum audiendum : praedicet populo, etiam in villulis, aut audiat confessiones extraneorum, sub poena carceris. Et nihilominus Praesidentes hoc permittentes: ab officiis suis absolvantur.

Nullus assumatur ad praedicationis officium extra claustrum et Fratrum consortium infra vigintiquinque annos : nec praedicet populo, nec confessiones audiat extraneorum sine licentia Prioris sui, in Capitulo de consilio discretorum sibi data. Illi vero, qui apti sunt, cum in praedicationem exire debuerint: eis socii dabuntur a Priore, secundum quod moribus eorum, et honestati judicaverit expedire. Qui accepta benedictione exeuntes; ubique (tamquam viri, qui suam et aliorum salutem procurare desiderant) religiose et honeste se habeant, sicut viri Evangelici : sui sequentes vestigia Salvatoris : cum Deo, vel de Deo secum, vel cum proximis utiliter loquendo : vitabunt suspiciosi comitatus familiaritatem. Placitis et causis, nisi pro fidei negotiis : non intersint.

Cum Fratres nostri Dioecesim alicujus Episcopi ad praedicandum intraverint; primo, si poterunt, visitabunt Episcopum : ut secundum consilium ejus in populo faciant fructum, quem facere intendunt. Et quamdiu in ejus Episcopatu fuerint: ipsi devote obedientes erunt. Praedicare vero non audeat aliquis in Dioecesi illius Episcopi, qui ne praedicet interdixerit ex causa rationabili : nisi litteras et mandatum habeat Summi Pontificis. Caveant etiam Fratres nostri, ne ponendo os in caelum, in suis praedicationibus Religiosos ėt Clericos scandalizent : sed ea, quae in ipsis emendanda viderint, obsecrando, ut patres, seorsum emendare procurent. Socius autem datus Praedicatori : ipsi ut Priori suo obediat.

Statuimus etiam, ne Fratres nostri in praedicationibus suis dari vel colligi pecuniam admoneant : pro domo, vel aliqua persona speciali. Nullus Frater audeat quaestus facere, aut Bullas aliquas praedicare, nisi de licentia Magistri Ordinis; sub poena excommunicationis latae sententiae, quam sedentes pro tribunali, proferimus in his scriptis : et sub poena privationis omnium bonorum eis ab Ordine concessorum, et communitati applicandorum.

Statuimus etiam, ut nullus fiat Praedicator Generalis, antequam Theologiam audierit per tres annos : et nisi sit maturus et discretus ad negotia Ordinis pertractanda in Capitulis ; et nisi in Provincia illa gloriose praedicet : ita, quod saltem per tres Quadragesimas in aliqua bona civitate seu terra, vel aliquibus bonis civitatibus seu terris praedicaverit. Idem dicimus de Inquisitoribus haereticae pravitatis non instituendis qui sufficienter in locis suae Inquisitionis nesciunt praedicare. Quod si secus factum fuerit : nullius sit roboris vel momenti.

De Itinerantibus; tertiumdecimum Capitulum

EUNTES ad praedicationis officium exercendum, vel alias itinerantes, aurum et argentum, pecuniam aut munera, excepto victu, et necessariis indumentis et libris : nec accipient, nec portabunt. Si quis autem aliquid acceperit de praedictis : teneatur Praelato suo, cum redierit, libere praesentare. Fratres autem non recipiant a mulieribus munuscula, nec dent : maxime Confessores. Item Fratres non sint dispensatores alienarum rerum, nec pecuniarum : nec extraneorum deposita recipiant, nisi librorum, aut paramentorum Ecclesiasticorum.

Praedicatores, vel itinerantes, cum in via exsistunt, Officium suum dicant, prout sciunt et possunt : et sint contenti Officio Ecclesiarum, ad quas quandoque declinant. Fratres autem viatores litteras testimoniales secum deferant : et in Conventibus, ad quos declinaverint, de excessibus suis corrigantur. In quacumque autem Provincia Fratres itinerantes deliquerint ; Prior Provincialis vel Conventualis, seu eorum Vicarii, Supprior, et Visitator, et ceteri, in quorum terminis inventi fuerint, corrigendi ipsos, sicut Fratres suos, liberam habeant facultatem. Prior in Ordine sit Prior in via : nisi forte Praedicatori adjungatur, vel, cum egrediuntur, Prior aliter ordinaverit de eis.

Nullus Frater vadat ad Curiam, nisi de licentia Magistri Ordinis vel Capituli Generalis ; sed mittatur [illegible] ad Fratrem [illegible] per aliquem aliam, [illegible] Priorem super[illegible] lio ejus non [illegible] stri. caritative [illegible] et honeste [illegible] centia Mag[illegible] Provincialis. [illegible] obedientiam [illegible] praesent[illegible] in [illegible]

Fratres [illegible] extra Ordinem [illegible] stitu[illegible]

in morte, quam in vita, privamus : quousque super hujusmodi excessu adeo digne satisfecerint, quod per Magistrum Ordinis, vel Provincialem suum ad hujusmodi suffragia restitui mereantur.

Fratres vero nostri, cum fuerint ad aliquam Ecclesiam, vel dignitatem extra Ordinem ad sui instantiam a Sede Apostolica pronuntiati ; ipso facto sint ab omni Praesidentia, et officio intra nostrum Ordinem sibi commisso absoluti : a quibus eosdem tenore praesentium absolutos esse decernimus. Alii vero, qui sine sui instantia sunt similiter pronuntiati ; nisi infra quatuor dies a notitia dictae pronuntiationis sibi facta, ipsi promotioni et pronuntiationi publice renuntiaverint, et per publicum instrumentum : simili modo, ut praefertur, absoluti exsistant. Praecipientes omnibus et singulis Fratribus, praesentibus et futuris : quatenus nulli praedictorum obedire praesumant vel audeant quoquo modo.

Fratres nostros Beneficiatos, vel etiam habilitatos solummodo ad Beneficia : inhabiles reddimus ad Praelationem, seu superioritatem in Ordine nostro. Nec aliquis eorum passivam vel activam vocem quomodolibet in Ordine habere possit ; nisi ante Beneficio et habilitationi renuntiaverit : ita quod renuntiatio sit legitime acceptata, instrumento testante. Renuntiatio autem cum regressu, aut quacumque reservatione fructuum ; nisi hujusmodi fructus mere et integraliter proveniant ad nostrorum utilitatem Conventuum, et non tantum alicujus particularis personae : non acceptetur, nec alicujus momenti habeatur.

Praecipimus autem in virtute Spiritus sancti, et sanctae obedientiae Prioribus Provincialibus et Conventualibus, ac eorum Vicariis ; quod nulli Fratri electo seu postulato extra Ordinem ad quamcumque dignitatem, personatum, vel gradum, infra dignitatem Episcopalem : licentiam concedant hujusmodi electiones seu postulationes acceptandi, vel alio quomodolibet prosequendi ; eodem praecepto prohibentes : ne Fratres aliqui propter licentiam sibi datam, contra prohibitionem hujusmodi, praemissas electiones seu postulationes aliquatenus, vel per se, vel per alium prosequantur. Si quis autem in praemissis secus fecerit : incurrat excommunicationis sententiam ipso facto, quam sententiam ferimus praesenti statuto ; et nihilominus omnibus gratiis Ordinis sit privatus : ad quas restitui non valeat, nisi per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Generale.

Si quis Frater nostri Ordinis per se, vel per alium, pro se, vel pro alio ordinationem de se, vel de alio factam, vel obedientiam sibi, vel alii Fratri injunctam, per quamcumque personam extra obedientiam nostri Ordinis constitutam, quocumque modo procuraverit revocari : vel in aliqua Provincia, vel Conventu, aut officio, sive etiam Studio generali poni, vel remanere, vel inde amoveri ; ipso facto, ex vi praesentis statuti, in poenam incidat gravioris culpae : in qua, vel a qua cum tali dispensari non possit, nisi per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Generale.

De Studentibus : quartumdecimum Capitulum.

Quoniam circa Studentes diligens est adhibenda cautela : aliquem specialem Fratrem habeant, sine cujus licentia non scribant quaternos, nec audiant lectiones ; et quae circa eos in studiis corrigenda viderit, corrigat : et si vires ejus excedant, Praelato proponat. In libris Gentilium et Philosophorum non studeant : et si ad horam inspiciant. Saeculares scientias non addiscant, neque artes, quas liberales vocant ; nisi aliquando circa aliquos Magister Ordinis, vel Capitulum Generale, vel Prior Provincialis, vel Capitulum Provinciale voluerit aliter dispensare : sed tantum libros Theologicos tam juvenes, quam alii legant. Ipsi vero in studio taliter sint intenti ; ut de die, de nocte, in domo, in itinere legant aliquid, vel meditentur : et quidquid poterunt, retinere cordetenus nitantur.

Curet Prior Provincialis, si habuerit aliquos utiles ad studendum, qui possint in brevi apti esse ad legendum ; mittere ad studendum ad loca, ubi viget studium extra suas Provincias : de Definitorum Capituli Provincialis, vel majoris partis eorum consilio et assensu. Si vero aliquem missorum Studentium , infra sex menses a tempore celebrati Capituli, mori contigerit, vel alias legitime impediri : Prior Provincialis loco illius possit alium subrogare. Et in aliis illi, ad quos mittuntur, eos non audeant occupare : neque ad Provinciam suam remittere, nisi fuerint revocati. Postquam autem in aliquo studio per tres annos ad plus fuerint commorati ; ipso facto sint ab ipso studio absoluti : nisi de Magistri Ordinis licentia speciali. Et hoc idem : circa Studentes ejusdem Provinciæ observetur.

Tres Fratres tantum mittantur Parisios ad studendum de Provincia ; exceptis Provinciis Hispaniae, Tolosana, Provincia sancti Dominici, Teutoniae, Lombardiae, Saxoniae, Dalmatiae, Daciae, Poloniae, Graeciae, Terrae sanctae, Aragoniae, Bohemiae, Provincia Provinciae : de quarum qualibet duo tantum mittantur. Quaelibet autem Provincia, exceptis Graeciae, Daciae, Terrae sanctae, provideat, ut semper in Conventu aliquo idoneo sit generale Studium : et ad illum locum quilibet Prior Provincialis potestatem habeat mittendi duos Fratres idoneos ad studendum. Quod si in aliqua dictarum Provinciarum Lector sufficiens pro tali studio non fuerit : Magister Ordinis de Lectore provideat competenti.

Statuimus autem, ut quaelibet Provincia Fratribus suis missis ad studium, ad minus in tribus libris Theologiae teneatur providere ; videlicet in Biblia, Historiis, et Sententiis : et ipsi in his, tam in textu, quam in glossis, praecipue studeant diligenter, et intendant. Item nullus faciat scribi libros de rebus domus : nisi ad communem utilitatem. Nulli etiam certus usus librorum concedatur : nec dedignetur, a quocumque auferantur, nec in cujus custodia dimittantur. In diebus Dominicis, et festis praecipuis : a quaternis scribendis se contineant.

Bona Fratris defuncti, quo ad illa, quæ ab aliqua Provincia, vel Conventu habuit, sint illius ; quæ vero aliter acquisivit, sint Conventus, cujus

est filius : si in alio Conventu non est assignatus in perpetuum , sed ad tempus, propter studium, vel officium aliquod. Quae vero hereditario jure obtinuerit, vel ei obvenerint : erunt Conventus sui originalis, etiamsi alterius Conventus factus sit filius. Si vero est assignatus in aliquo Conventu simpliciter, ac pro tali ibidem praesentialiter receptus ; et Conventus ille consuevit, prout tenetur, providere talibus de toto victu, vestitu, et aliis hujusmodi, tam tempore sanitatis, quam infirmitatis : divident haec taliter acquisita mobilia aequis portionibus inter Conventum , in quo est assignatus, et Conventum, cujus est filius. Alioquin quarta pars tantum erit Conventus : in quo simpliciter est assignatus. Immobilia vero non hereditario jure obvenientia : semper erunt Conventus, cujus est filius.

In utroque autem casu, sive assignetur simpliciter, sive ad tempus : Conventus, cui assignatus fuerit, et ipse eidem Conventui ad suffragia teneatur. Si autem ex quo alii Provinciae assignatus fuerit, ipsum mori contingat, antequam certo Conventui deputetur ; Prior ejusdem Provinciae provideat eidem de Conventu, qui sibi ad suffragia teneatur : ne consuetis defunctorum subsidiis defraudetur.

Circa autem eos, qui student, taliter dispensetur a Praelato : ne propter officium, vel aliud, de facili a studio retrahantur vel impediantur. Locus vero proprius, secundum quod Magistro Studentium videbitur, statuatur ; in quo post disputationem, aut Vesperas, vel etiam alio tempore, prout vacaverit, ad dubitationes, vel quaestiones proponendas, vel collationes faciendas, ipso praesente, conveniant : et uno quærente, sive proponente, alii taceant, ne loquentem impediant. Si quis autem inhoneste, vel confuse, vel clamose, vel proterve quaerens, vel proponens, vel respondens, offenderit : statim ab eo, qui tunc inter eos praeest, corripiatur. Cellae, quibus Magistro Studentium expedire videbitur, assignentur. Quod si aliquis infructuosus in studio inveniatur : cella ejus detur alteri , et ipse in aliis officiis occupetur. In cellis vero scribere, legere, orare, dormire : et etiam de nocte vigilare ad lumen possunt, qui volunt, propter studium.

Nullus fiat publicus Doctor, nec disputet : nisi de licentia Prioris Provincialis , et Definitorum Capituli Provincialis. Nec aliquis habilitetur , aut assignetur in aliqua Universitate ad legendum pro forma, et gradu Magisterii in Theologia : nisi sit sufficiens ad Lecturam hujusmodi solemniter perficiendam. Nec aliquis fiat Magister in Theologia, qui non sit aetatis ad minus triginta annorum : et nisi sit sufficiens ad hoc, ut sit Regens in aliquo studio Generali, ubi viget in veritate studium Theologiae. Judicetur autem sufficientia haec, nisi sit manifesta, per Examinatores ; qui absolute referant, est, vel non est, judicio nostro sufficiens ad legendum solemniter sententias : vel ut sit Regens in studio, ubi in veritate viget studium Theologiae. Et nihilominus per suae Provinciae Provinciale Capitulum, vel illius Definitorium sit expositus : et a Magistro Ordinis, vel Capitulo Generali tantummodo assignari vel licentiari possit.

Si quis autem absque dictae sufficientiae judicio , Baccalaureatus, vel

Magisterii in Theologia gradum, etiam cum licentia Magistri Ordinis, vel Capituli Generalis, assecutus fuerit : pro non Baccalaureo vel Magistro habeatur in nostro Ordine in omnibus et per omnia ; dantes facultatem cuilibet definitorio, conscio notorie de insufficientia promoti sibi subditi, absque judicio vel examine suae sufficientiae hic statuto : quod declarent ipsum pro non promoto in nostro Ordine habendum. Poterit tamen Magister Ordinis, si aliquem talem assignatum legitime impediri contigerit, loco ejus alium deputare ; cujus actus valeant pro forma, et gradu Magisterii : dummodo per sequens Capitulum Generale fuerint approbati.

Neque aliquis magistretur in Theologia : nisi prius actus exercuerit pro forma, et gradu prædicti Magisterii per quatuor annos ad minus, in aliqua Universitate. Oppositum autem faciens, eo ipso sit excommunicatus ; atque omnibus gratiis et officiis Ordinis, et exemptionibus perpetuo sit privatus : nec secum dispensari valeat, nisi per Capitulum Generale. Nullus Fratrum nostrorum legat in Prophetis, vel in Psalmis alium sensum litteralem : nisi quem sancti Patres approbant et confirmant. Libri Ordinis vel Fratrum non vendantur : nisi pretium eorum in alios libros vel scripta convertantur.

Nulla scripta facta vel compilata a Fratribus aliquatenus publicentur : nisi per Fratres peritos, quibus Magister Ordinis vel Prior Provincialis commiserit, diligenter fuerint examinata. Frater extra Conventus, quorum sunt filii, assignati ad tempus, id est, ad exercitium seu officium, certo et determinato tempore durans ; completo illo certo tempore, ex quo sunt absoluti a tali assignatione, intelligantur assignati in Conventibus, quorum sunt filii : nisi Superior eos alibi assignaverit. Assignati autem simpliciter, nunquam intelligantur assignati in Conventibus, quorum sunt filii : nisi reassignentur. Nullus ordinetur in Subdiaconum : nisi sciat Grammaticam, ita quod sciat latine loqui et scribere, absque falsa latinitate. Et si est Subdiaconus, non fiat Diaconus : si est Diaconus, non fiat Sacerdos. Praelatus autem quilibet exponens aliter aliquem, absolvatur in pœnam ab officio : et per triennium omni officio Ordinis privetur.

De Conversis : quintumdecimum Capitulum.

EODEM tempore surgant Conversi, quo et alii Fratres : et eodem modo inclinent. Cum surrexerint ad Matutinas, dicant *Pater noster*, et *Credo in Deum :* quod faciendum est ante Primam, et post Completorium. In Matutinis dicto *Pater noster*, et *Credo in Deum :* erigant se, dicendo *Domine labia mea, etc.* Pro Matutinis in profestis diebus dicant vigintiocto *Pater noster :* et in fine tantummodo dicant *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison*, *Pater noster*, *etc.* Quo dicto dicant *Per Dominum nostrum, etc. :* deinde *Benedicamus Domino, etc.* In Vesperis vero quatuordecim *Pater noster* : in aliis Horis septem *Pater noster* dicant.

In festis autem novem Lectionum : in Matutinis quadraginta *Pater noster*

dicant. Et hoc sub silentio : in Ecclesia, vel ubicumque fuerint. Loco *Pretiosa :* tria *Pater noster* dicant. Pro Benedictione mensae : *Pater noster, Gloria Patri, etc.* Post mensam pro gratiis, tria *Pater noster, Gloria Patri, etc. :* vel Psalmum *Miserere mei Deus,* qui sciunt. Indumenta tot habeant, quot ceteri Fratres, praeter cappas ; loco quarum habeant scapularia longa et lata usque ad juncturam inter pugnum et brachium : quae etiam non sint alba, sicut et tunicae, sed similis coloris cappis Clericorum.

Possunt et brevia grisei coloris habere scapularia : ad mensuram scapularium nostrorum. De jejuniis, cibis, abstinentiis, culpis, et aliis omnibus : sic se habeant, sicut et Clerici. In labore tamen : cum eis Praelatus poterit dispensare. Soli non vadant : sed cum socio Clerico vel Converso. Psalteria non habeant : nec etiam aliquos alios libellos.

ORDINATIONES ET ADMONITIONES FACTAE IN CAPITULO GENERALI APUD PERPINIANUM CELEBRATO, ANNO DOMINI MCCCXXXVII.

De certis detractionibus et singularitatibus vitandis : sextumdecimum Capitulum.

QUICUMQUE in publica prædicatione, vel in communi coram saecularium multitudine, ullo tempore Summum Pontificem diffamaverit, vel ipsius processus et facta : vel irreverentiam notabilem fecerit ; carcerali custodiae mancipetur : nec inde liberetur, nisi per Capitulum Generale, et cogatur, si commode fieri poterit, in publico revocare. Qui autem in privato : postquam per testes legitimos constiterit, vel judicialiter confessus fuerit ; poena gravioris culpae puniatur : et nisi per Provinciale Capitulum, vel per Priorem Provincialem, de maturo consilio discretorum, cum eo minime dispensetur.

Eamdem poenam incurrat quicumque Praesidens, vel Frater Conventus, vel Provinciae, qui renuntiaverit alicui privilegio nostro Ordini concesso, absque Generalis Capituli assensu : sine cujus assensu omnem hujusmodi renuntiationem, qualitercumque factam, nullius volumus esse roboris vel momenti. In quo similiter casu similem poenam incurrant quicumque Praesidentes, aut Fratres, sive Conventus : qui sine causa legitima et urgente litigaverint aut appellaverint contra Dioecesanos quoscumque. Idem fiat de falso accusatore, vel teste legitime convicto, vel judicialiter confesso : in materia praedicta. Praelati vero, qui in corrigendo hujusmodi transgressores, inventi fuerint negligentes ; per Generale vel Provinciale Capitulum a suis officiis absolvantur in poenam : et praeter hoc poenis aliis gravius puniantur.

Item quicumque in nostro Ordine inventi fuerint singularem vitam quocumque modo vitiosam ducentes, et contra communem modum vivendi diu ab Ordine approbatum ; primo moneantur : et si admoniti, correcti non fuerint, separentur, et in diversis Conventibus ponantur. Et si in eadem

ersistant : per Priorem Provincialem, vel Provinciale Capitulum carcerali istodiae mancipentur. Item quicumque crimen commiserit, pro quo in eculo poena mortis deberet plecti; in carcerem retrudatur, poenis aliis acerandus ibidem, plus et minus, secundum delicti et personae qualitem, et circumstantias alias alleviantes, vel etiam aggravantes : et nisi er Generale Capitulum, non possit ab ipso carcere liberari. Quod si secundo eciderit : carceri perpetuo mancipetur.

Item volumus, quod ordinatio Capituli Burdegalensis de mutationibus ratrum servetur : quae est infrascripti tenoris. Cum electiones nostrae iaxime liberae esse debeant, et omni nota coactionis carere : districte ijungimus Prioribus Provincialibus, et quibuscumque Vicariis, quod infra iensem ante electiones quascumque, novas assignationes et mutationes ratrum non faciant in Conventibus, in quibus electiones hujusmodi fuent celebrandae; nisi pro officio Lectoratus, vel Prioratus, vel pro gravi candalo evitando : vel nisi in Provinciali Capitulo, vel in loco ipsius rovincialis Capituli, sicut in aliquibus Provinciis est consuetum. Quod si ontrarium factum fuerit : hujusmodi assignationes vel mutationes, quoad rivationem vocis in Conventu, de quo fiunt ipsae mutationes, et quoad isam vocem in Conventu, ubi fiunt assignationes, suum non sortiantur ffectum. Priores autem Provinciales, qui in hoc inventi fuerint excessisse; er Magistrum Ordinis, vel Definitores Generalis Capituli, cum legitime onstiterit, a suis officiis in poenam absolvantur. Vicarii vero : omni officio rdinis usque ad tres annos sint privati. Nec Fratres possint privari vocibus odem tempore : nisi ob causas in Capitulo de graviori culpa contentas.

Item ordinamus, et districte prohibemus, ne fiat aliquis Praedicator eneralis; nisi maturus, et discretus, et sufficientis litteraturae, et qui onvenienter sciat proponere verbum Dei, et qui sit idoneus ad negotia rdinis pertractanda : nec numerum Conventuum Provinciarum excedant. t non fiat aliquis in aliqua Provincia habente numerum excessivum, onec ad dictum numerum sint redacti : Magistris in Theologia, et illis umtaxat exceptis, qui ratione antiquitatis vel infirmitatis ad Capitula Proincialia venire non possunt. Quod si secus factum fuerit : totum sit irritum t inane.

Item, quod arceantur Priores, qui male associant Fratres; debet enim altem alter illorum esse clarae famae, et sufficientis aetatis : et esse de linua patriae, ubi hoc commode poterit observari. Item, quod Fratres, uando recedunt de Capitulis, per Superiores combinentur : ne vagando iscurrant, sed directe ad suos vadant Conventus. Sciant omnes Fratres rdinis nostri, quod omnes Ordinationes praedictae vim Constitutionum ostrarum habent, auctoritate Summi Pontificis; non obstante, quod non abeant nisi praesens Capitulum Generale : et omnes in fine Constitutionum ostrarum integre conscribantur.

CONSTITUTIO NOVA, FACTA IN CAPITULO GENERALI FLORENTIAE CELEBRATO, AN. DOM. MCCCLXXIV, DE CAPITULO GENERALI BIENNALI, VEL TRIENNALI, AUCTORITATE GREGORII PAPAE XI., VIM CONSTITUTIONIS HABENS, LICET NON HABUERIT NISI UNUM CAPITULUM GENERALE.

De biennali vel triennali Capitulo : decimum septimum Capitulum.

STATUIMUS, seu praesenti statuto decernimus, quod Magister Ordinis, seu ejus vices gerens, et Definitores Capituli Generalis, sicut possunt ex causa legitima, quoad locum, mutare Capitulum : ita etiam quoad tempus, prolongando vel accelerando illud ; ita dumtaxat, quod neque acceleratio fieri possit infra annum prius assignati Capituli, neque prolongatio ejusdem ultra triennium : nisi Magistri vacatio contingeret in festo, vel post festum sancti Michaelis, in tertio anno triennalis Capituli, prout inferius explicatur. Auctoritatem autem accelerandi vel prolongandi Capitulum, cuicumque Vicario concedi posse : simpliciter prohibemus.

Adjicientes, quod quandocumque imminente biennali Capitulo, Ordinem Magistro carere contigerit : nulla mutatio quoad tempus fieri possit; nisi Magistri vacatio contingat in festo, vel post festum sancti Michaelis in secundo anno : quia tunc supersederi debet illo anno a Capitulo Generali. Si vero anno primo imminentis Capituli triennalis Ordo Magistro caruerit; tunc accelerabitur Capitulum : ita quod inter vacationem Magistri, et Capitulum electionis, nisi unum festum Pentecostes intervenire non possit. Alias, si post unum annum computandum a Vigilia Pentecostes exclusive Magistri vacatio contingat : nulla mutatio Capituli quo ad tempus fiat; nisi contingeret ultimo anno in festo, vel post festum sancti Michaelis : quia tunc supersederi etiam debet a Capitulo Generali, ut expressum est de Capitulo biennali.

Imminente autem biennali, vel triennali Capitulo; non eligatur Definitor Generalis Capituli, nec ei socius assignetur : nisi in anno ultimo, quo scilicet celebrandum est Capitulum Generale. Et qui una vice electus fuerit ad praedictam definitionem : ad eamdem eligi immediate sequenti vice non possit. Singulis annis nihilominus post festum Pentecostes fiant Capitula Provincialia : nisi per Magistrum Ordinis, in aliquibus Provinciis, ex causa ad biennium fuerint prolongata. In quibus etiam fiant scrutinia de Provincialibus, deferenda per Definitores, vel socios eorum : aut per socium Provincialis, in anno Provincialium, ad Capitulum Generale. Qui Definitores duabus vicibus, et Provinciales tertia vice : omnia definient, constituent, et tractabunt. Recitabuntur insuper obitus Fratrum post praecedens Capitulum defunctorum : et fiet pro eis communis absolutio, ut moris est.

Constitutiones Domini Bonifacii Papae IX : decimum octavum Capitulum.

DENUNTIAMUS Dominum Bonifacium Papam Nonum, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, quinto Kalendas Maii, Pontificatus sui anno tertiodecimo, Constitutiones edidisse, quae per nostrum Ordinem nequeunt immutari : tenoris infrascripti. Auctoritate Apostolica, tenore praesentium, perpetua et irrefragabili Constitutione sancimus, statuimus, et ordinamus : quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus ex Fratribus Ordinis Praedicatorum, absque licentia, seu assignatione Capituli Generalis, secundum morem ejusdem Ordinis, ad legendum pro forma, seu ad honorem Magisterii in Theologia promoveri; vel gradu hujusmodi Magisterii fungi possit vel debeat : nisi per dictum Capitulum fuerit approbatus vel promotus.

Contrarium vero faciens : eo ipso excommunicationis sententiam incurrat. Et si per Capitulum praedictum reprobatus exstiterit : pro non Magistro habeatur. Constitutionibus Apostolicis, ac statutis, consuetudinibus Provinciarum et locorum dicti Ordinis, necnon privilegiis, et concessionibus Apostolicis, in genere, vel in specie, quibusvis Fratribus, Provinciis, seu locis concessis, seu factis, aut concedendis, vel faciendis, sub quavis forma et expressione verborum, etiam si de eis de verbo ad verbum habenda esset in praesentibus mentio specialis : et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane : si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Item statuimus et ordinamus : quod quorumcumque Mendicantium Ordinum Fratres, hujusmodi Praedicatorum Ordinis Fratres, aut Sorores subjectas eisdem, in ipsorum aut dictorum aliorum Ordinum Fratres aut Sorores, etiam vigore quarumcumque litterarum Apostolicarum super hoc hactenus forsan concessarum, vel in posterum concedendarum, etiam quod ad parem vel arctiorem transire possint Ordinem continentium; nisi in eisdem de Ordinibus, ex quibus recedunt, et ad quos accedunt, et ad quos transferendi se licentiam obtinuerint, necnon de praesentibus, et earum toto tenore specialis et expressa mentio habeatur : recipere non possint aut debeant.

Quodque nullus ex Fratribus, et Sororibus Praedicatorum Ordini subjectis, aliquem vel aliquam ex Fratribus aut Sororibus hujusmodi coram quocumque judice, qui non sit de dicto Ordine, ex quacumque causa convenire, seu facere conveniri : nec a correctione quacumque seu alias ab aliquo Praelato, seu Fratre dicti Ordinis, quavis occasione appellare, aut contra eos querelam proponere (nisi prius coram Conventuali, seu Provinciali Priore, seu Magistro, et successive in Generali Capitulo dicti Ordinis causam, vel querelam suam proposuerit, verbo vel in scriptis) possit aut debeat.

Quodque Ordinis Praedicatorum contra Ordinis Minorum, nec ejusdem Ordinis Minorum Fratres, Inquisitores haereticae pravitatis pro tempore exsistentes, contra hujusmodi Ordinis Praedicatorum Fratres; aut etiam dicti Ordinis Praedicatorum Fratres Inquisitores, sine licentia Magistri, aut Provincialium Priorum, contra ipsorum confratres ejusdem Ordinis : inquirere nequaquam possint aut debeant. Sed si quid Praedicatores contra Minorum, et Minores Fratres Inquisitores contra Praedicatorum Ordinis Fratres praedictos de pravitate hujusmodi persenserint: id ad Sedem Apostolicam, vel praefatorum Fratrum Superiores deferre teneantur.

Item, quod praedictus Magister, et alii Praesidentes in dicto Ordine, ad quos pertinuerit pro tempore, in correctionibus Fratrum ejusdem Ordinis, juris ordine postposito, secundum consuetudines approbatas, et instituta Ordinis antedicti, procedere libere, et licite possint et valeant : eis auctoritate Apostolica tenore praesentium ex certa scientia indulgemus. Item nullus saecularis vel Regularis aliquod Monasterium Sororum Praedicatorum Ordini subjectarum, nisi in quantum earum Constitutiones et Statuta id patiantur, vel de Sedis Apostolicae, aut Magistri dicti Ordinis licentia speciali, intrare : aut aliquae Sorores hujusmodi inde exire quoquo modo praesumant. Contrarium vero facientes excommunicationis sententiae, a qua, praeterquam per Sedem Apostolicam, vel per Magistrum memoratos, aut aliquem ex dicti Ordinis Fratribus, cui Magister praedictus id commiserit, absolvi non possint : volumus subjacere.

Item statuimus, volumus, atque ordinamus; quod omnes et singuli Religiosi quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, dictae Sedis Capellani qui sunt, et erunt, perinde eorum Superioribus, et correctioni ipsorum in omnibus et per omnia sint subjecti : ac si praedictae Sedis Capellani non essent. Non obstantibus exemptionibus, et aliis quibuscumque privilegiis, indulgentiis, gratiis, et litteris Apostolicis Capellanis dictae Sedis, vel aliis conjunctim, vel divisim, sub quavis forma, vel expressione verborum a dicta Sede concessis, vel in posterum concedendis ; etiam si de illis de verbo ad verbum, et de ipsorum Capellanorum nominibus et cognominibus propriis plena et expressa mentio praesentibus sit habenda : quae, quoad hoc, ipsis in nullo volumus suffragari.

Constitutio Domini Alexandri Papae VI. de electione Magistri Ordinis : decimum nonum Capitulum.

DENUNTIAMUS quod Dominus Alexander Papa VI, in Capitulo Generali Romae celebrato anno Domini millesimo quingentesimo primo, Statutum et Constitutionem fecit infrascripti tenoris : quae tunc acceptata et servata fuit. Volumus, et auctoritate Apostolica per praesentes perpetuis futuris temporibus statuimus, et ordinamus, quod modernus

Vicarius vestri Ordinis per nos institutus, et quilibet alius in simili casu futuris temporibus per Sedem Apostolicam instituendus : sicut primum locum in ipso Capitulo, et ubique tenet; ita et in electione ipsius Generalis Magistri primam vocem habeat : et cum duobus Provincialibus in dicto Capitulo exsistentibus, qui diutius post expressam professionem habitum vestri Ordinis portaverunt, ad inquirendum et conscribendum vota electorum ad bancum scrutinii electionis praedictae sedere debeat. Et hoc idem in quolibet Vicario Generali vestri Ordinis, quem futuris temporibus continget secundum Constitutiones vestri Ordinis institui : volumus et ordinamus debere observari. Non obstantibus Constitutionibus praedicti Ordinis, et Ordinationibus Apostolicis : et quibuscumque aliis in contrarium facientibus.

Expliciunt Constitutiones Fratrum Ordinis Praedicatorum.

PRETIOSA

POSTQUAM in Pretiosa lectum fuerit de Evangelio, vel de Constitutionibus pro qualitate diei, ut superius est dictum, immediate subjungatur : **Tu autem Dómine; miserére nostri. ℟. Deo grátias.**

Deinde dicat Lector **Commemorátio Fratrum, Sorórum, Familiárium, Benefactórum defunctórum : Ordinis nostri.** Et qui praeest, respondeat : **Requiéscant in pace. ℟. Amen.**

Si vero illo die mensis, qui pronuntiatus est in Martyrologio, aliquis Magister Ordinis obierit, vel Anniversarium fuerit; illico, post **Deo grátias,** dicat Lector : **Obitus venerábilis F. N. Magístri Ordinis,** vel **Anniversárium,** etc. ut infra notantur; et illico subjungat : **Item Commemorátio Fratrum, Sorórum,** etc. Si eodem die incidant obitus Magistri et Anniversarium, semper addatur : **Item Commemorátio Fratrum, Sorórum, etc.** Et qui praeest, dicat ℣. **Requiéscant in pace.** ℟. **Amen.** ut supra. Deinde sive lectus fuerit obitus Magistri, vel Anniversarium, sive non, semper dicatur :

Psalmus 116.

LAUDATE Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes pópuli :
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : * et véritas Dómini manet in aetérnum.
Glória Patri. Sicut erat.
℣. **Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.**
℟. **Et salutáre tuum da nobis.**
℣. **Dómine exáudi oratiónem meam.** vel **Dóminus vobíscum.**

Orémus.

Actiones nostras, quaesumus Dómine, aspirándo praeveni, et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra operátio a te semper incípiat ; et per te coepta finiátur : Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

℟. **Qui fecit caelum, et terram.**

Fidélium ánimae per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Quo die recitatur obitus alicujus, vel aliquorum Magistrorum Ordinis, vel Anniversarium, illico post **Fidélium ánimae,** dicatur totus Psalmus : **De profúndis. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, et lux perpétua lúceat eis.**

℣. **A porta ínferi.** ℟. **Erue Dómine ánimas eórum.**

℣. **Dóminus vobíscum.** ℟. **Et cum spíritu tuo.**

Pro Magistro Ordinis. Oratio.

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes famulum tuum Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére ; praesta quaesumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio : Per Christum.

Si fuerint plures, dicatur in plurali.

Pro Anniversario. Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum, famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus ; refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem : Per Christum.

Si eodem die obitus Magistri et Anniversarium inciderint, dicatur utraque Oratio ; deinde ℣. **Requiéscant in pace.** ℟. **Amen.**

DIES OBITUS

REVERENDISSIMORUM

MAGISTRORUM GENERALIUM

ORDINIS PRAEDICATORUM

Januarii die XVIII.

Obitus venerábilis Fratris Bárnabæ Vercellénsis, Quintidécimi Magístri Ordinis. Item commemorátio Fratrum, Sorórum, Familiárium, Benefactórum defunctórum: Ordinis nostri.

Et sic semper in aliis.

Februarii die IV.

Anniversárium patrum, et matrum. Novem lectiones. **Item óbitus venerábilis Fratris Vincéntii Ajéllo Lucaniénsis in regno Neapolitáno, Septuagesimisecúndi Magístri Ordinis.**

Februarii die XIX.

Obitus venerábilis Fratris Munióнis Hispáni, Séptimi Magístri Ordinis.

Februarii die XXI.

Obitus venerábilis Fratris Augustíni Pipía, Sexagesimiprími Magístri Ordinis: qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Februarii die XXIII.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis de Molendíno, Vigésimi Magístri Ordinis: qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Februarii die XXVI.

Obitus venerábilis Fratris Antoníni Cloche Galli, Sexagésimi Magístri Ordinis.

Martii die I.

Obitus venerábilis Fratris Petri de Palma, Decimioctávi Magístri Ordinis.

Martii die III.

Obitus venerábilis Fratris Stéphani Ususmáris, Quadragesimiséxti Magístri Ordinis.

Martii die IX.

Obitus venerábilis Fratris Francísci Ferdinándi Jabalot Parménsis, Sexagesimioctávi Magístri Ordinis.

Martii die XVI.

Obitus venerábilis Fratris Leonárdi Státii Florentíni, Vigesimiquínti Magístri Ordinis.

Aprilis die VIII.

Obitus venerábilis Fratris Guaríni de Giáco Galli, Deciminóni Magístri Ordinis.

Aprilis die XII.

Obitus venerábilis Fratris Aimeríci Placentíni, Duodécimi Magístri Ordinis.

Aprilis die XXI.

Obitus venerábilis Fratris Garsíæ de Loaísa Hispáni, Trigesiminóni Magístri Ordinis: qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Maii die VI.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis Baptístæ de Marínis Románi, Quinquagesimiséptimi Magístri Ordinis.

Maii die XVI.

Obitus venerábilis Fratris Petri Roschíni, Vigesimiséptimi Magístri Ordinis.

Maii die XXV.

Obitus venerábilis Fratris Nicolái Rodúlfii Florentíni, Quinquagesimiquínti Magístri Ordinis.

Junii die VII.

Obitus venerábilis Fratris Simónis Lingoniénsis, Vigesimiprími Magístri Ordinis.

Junii die XI.

Obitus venerábilis Fratris Antoníni Bremond Massiliénsis, Sexagesimitértii Magístri Ordinis.

Junii die XIII.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis Thomæ de Roccabérti Hispáni, Quinquagesimioctávi Magístri Ordinis.

Junii die XVI.

Obitus venerábilis Fratris Sixti Fabri Lucénsis, Quinquagésimi Magístri Ordinis.

Junii die XX.

Obitus venerabílium Fratrum Elíæ Petragoricénsis Tolosáni, Vigesimisecúndi Magístri Ordinis: et Balthasáris de Quinónes Toletáni, Sexagesimiquínti Magístri Ordinis.

Junii die XXV.

Obitus venerábilis Fratris Leonárdi Mansuéti Perusíni, Trigesimiprími Magístri Ordinis.

Julii die VI.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis de Fenário, Quadragesimisecúndi Magístri Ordinis.

Julii die IX.

Obitus venerábilis Fratris Thomæ Hyacínthi Cipollétti Asculáni, Septuagésimi Magístri Ordinis.

Julii die XII.

Anniversárium ómnium sepultórum in Cœmetériis nostris. Novem Lectiones.

Julii die XIV.

Obitus venerábilis Fratris Humbérti de Románis, Quinti Magístri Ordinis.

Julii die XX.

Obitus venerábilis Fratris Francísci Romæi, Quadragesimiquínti Magístri Ordinis.

Julii die XXVII.

Obitus venerábilis Fratris Gerárdi de Adaumário, Decimiséptimi Magístri Ordinis: qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Julii die XXIX.

Obitus venerábilis Fratris Bárnabæ Sáxoni de Neápoli, Trigesimiquárti Magístri Ordinis.

Augusti die I.

Obitus venerábilis Fratris Jóachim Turriáni Véneti, Trigesimiquínti Magístri Ordinis.

Augusti die III.

Obitus venerábilis Fratris Hippólyti Maríæ Beccaríæ de Monte Regáli, Quinquagesimiprími Magístri Ordinis.

Augusti die IV.

Obitus venerábilis Fratris Bartholomæi de Comátiis Bononiénsis, Trigesimitértii Magístri Ordinis.

Augusti die VII.

Obitus venerábilis Fratris Thomæ Firmáni, Vigesimiquárti Magístri Ordinis.

Augusti die VIII.

Obitus venerábilis Fratris Hugónis Vanssemáni Galli, Sextidécimi Magístri Ordinis.

Augusti die IX.

Obitus venerabílium Fratrum Hervæi Natális Brítonis, Quartidécimi Magístri Ordinis : et Joánnis Claré Galli, Trigesimiséptimi Magístri Ordinis.

Augusti die XXVII.

Obitus venerábilis Fratris Vincéntii Bandélli Lombárdi, Trigesimiséxti Magístri Ordinis.

Augusti die XXVIII.

Obitus venerábilis Fratris Albérti Clávari Genuénsis, Décimi Magístri Ordinis.

Augusti die XXIX.

Obitus venerábilis Fratris Angeli Domínici Ancaráni Faventíni, Septuagesimiprími Magístri Ordinis.

Augusti die XXX.

Obitus venerábilis Fratris Augustíni Galamíni, Quinquagesimitértii Magístri Ordinis : qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Septembris die I.

)bitus venerábilis Fratris Berengárii de Landóra, Tertiidécimi Magístri Ordinis.

Septembris die V.

ınniversárium familiárium, et benefactórum Ordinis nostri. Novem Lectiones.

Septembris die IX.

)bitus venerábilis Fratris Thomæ de Vio Cajetáni, Trigesimioctávi Magístri Ordinis : qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Septembris die XII.

)bitus venerábilis Fratris Hierónymi Xaviérre Cæsaraugustáni, Quinquagesimisecúndi Magístri Ordinis : qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Septembris die XV.

)bitus venerábilis Fratris Salvi Cassétæ Sículi, Trigesimisecúndi Magístri Ordinis.

Septembris die XVII.

)bitus venerabílium Fratrum Bernárdi de Júzico Burdegalénsis, Undécimi Magístri Ordinis : et Pauli Constábilis Ferrariénsis, Quadragesiminóni Magístri Ordinis.

Septembris die XXI.

)bitus venerábilis Fratris Martiális Auribélli Avenionénsis, Vigesiminóni Magístri Ordinis.

Septembris die XXII.

)bitus venerábilis Fratris Thomæ Ripóll Tarraconénsis, Sexagesimisecúndi Magístri Ordinis.

Septembris die XXIV.

bitus venerabílium Fratrum Francísci Sylvéstri Ferrariénsis, Quadragésimi Magístri Ordinis : et Seraphíni Sicci Papiénsis, Quinquagesimiquárti Magístri Ordinis.

Septembris die XXVII.

Obitus venerábilis Fratris Maurítii Benedícti Oliviéri Salutiénsis, Sexagesiminóni Magístri Ordinis.

Octobris die V.

Dormítio venerábilis Fratris Raymúndi Capuáni, Vigesimitértii Magístri Ordinis.

Octobris die IX.

Obitus venerábilis Fratris Pauli Butigéllæ, Quadragesiprími Magístri Ordinis.

Octobris die XV.

Obitus venerábilis Fratris Bartholomæi Texérii, Vigesiméxti Magístri Ordinis.

Octobris die XXVIII.

Obitus venerábilis Fratris Vincéntii Justiniáni Chiénsis, Quadragesimiséptimi Magístri Ordinis : qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Novembris die IV.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis Teutónici, Quarti Magístri Ordinis.

Novembris die VII.

Obitus venerábilis Fratris Antoníni de Monroy Mexicáni, Quinquagesiminóni Magístri Ordinis.

Novembris die X.

Anniversárium ómnium Fratrum, et Sorórum Ordinis nostri. Novem Lectiones.

Novembris die XVI.

Obitus venerábilis Fratris Albérti de las Casas Hispáni, Quadragesimiquárti Magístri Ordinis.

Novembris die XVIII.

Obitus venerábilis Fratris Guidónis Flammochéti, Vigesimioctávi Magístri Ordinis.

Novembris die XXI.

Obitus venerabílium Fratrum Stéphani Bisuntíni, Octávi Magístri Ordinis : et Seraphíni Cabálli Brixiénsis, Quadragesimioctávi Magístri Ordinis.

Novembris die XXIX.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis de Vercéllis, Sexti Magístri Ordinis.

Decembris die I.

Obitus venerábilis Fratris Thomæ Turci Cremonénsis, Quinquagesimiséxti Magístri Ordinis.

Decembris die III.

Obitus venerábilis Fratris Jóachim Briz Hispáni, Sexagesimiséptimi Magístri Ordinis.

Decembris die XI.

Obitus venerábilis Fratris Alexándri Vincéntii Jandel Nanceiénsis in Gállia, Septuagesimitértii Magístri Ordinis.

Decembris die XV.

Obitus venerábilis Fratris Conrádi Asténsis, Trigésimi Magístri Ordinis.

Decembris die XVI.

Obitus venerábilis Fratris Joánnis Thomæ de Boxadors, Sexagesimiquárti Magístri Ordinis : qui fuit Sanctæ Románæ Ecclésiæ Cardinális.

Decembris die XX.

Obitus venerábilis Fratris Augustíni Recuperáti, Quadragesimitértii Magístri Ordinis.

Decembris die XXIII.

Obitus venerábilis Fratris Pii Joséphi Gaddi Foroliviénsis, Sexagesimiséxti Magístri Ordinis.

INDEX

NOMINUM OMNIUM SANCTORUM

QUI IN HOC MARTYROLOGIO CONTINENTUR.

A

B

D

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Z

date on title-page is MDCCCXC. 1890.

MECHLINIÆ, H. DESSAIN. — MDCCCLXXXIX.

ELOGIA RECENTIORA

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM

MARTYROLOGIO ADDENDA

FEBRUARIO.

17. **E**TRURIAE in monte Senário : sanctórum septem Fundatórum Ordinis Servórum Beátae Maríae Vírginis. Qui, post aspérrimum vitae genus : méritis et prodígiis clari, pretiósam in Dómino mortem obiérunt. Quos autem in vita verae fraternitátis spíritus sociávit ; et indivísa post óbitum pópuli venerátio prosecúta est : Leo Décimus Tértius una páriter Sanctórum fastis accénsuit.

Evang. Ecce nos relíquimus. 333.

MAJO.

23. **I**N pago sancti Lauréntii ad Séparam, dioecésis Lucionénsis : beáti Ludovíci Maríae Grignon de Montfort, Confessóris Tértii Ordinis de Poeniténtia sancti Domínici ; géminae Congregatiónis Missionariórum Societátis Maríae et Puellárum a Sapiéntia nuncupatárum fundatóris : quem virtútibus et mirácu-

lis clarum Leo Papa Décimus Tértius albo Beatórum accénsuit. Festum Duplex.

Evang. Designávit Dóminus., pag. 333.

27. Fo-cheu in urbe impérii Sinárum : Beatórum quinque Mártyrum Ordinis Praedicatórum, Petri Sanz, Epíscopi Mauricastrénsis et Provínciae Fo-chiénsis Vicárii Apostólici, Francísci Serráno, Epíscopi elécti Tipasitáni, Joánnis Alcober, Joachími Royo et Francísci Diaz. Post ingéntes ad fidem propagándam ac tuéndam exantlátos labóres ; post diutúrnum cárcerem atque innúmera díraque torménta : Petrus abscísso cápite, céteri vero fáucibus occlúsis vel constríctis, triúmphi palmam sunt assecúti. Festum Duplex.

Temp. Paschali Evang. Ego sum vitis, vos pálmites., pag. 332. Post Trinit. Evang. Videns Jesus., pag. 332.

JUNIO.

9. BONONIAE in Æmília : Beátae Diánae de Andalò, Vírginis Ordinis Praedicatórum. Quae adhuc in saeculo exsístens in mánibus sancti Patriárchae Domínici virginitátis et religiónis votum fecit ; eóque defúncto, gravíssimis doméesticórum oppugnatiónibus fórtiter superátis, Monastérium Sanctae Agnétis apud eam urbem fundávit, in quo trédecim annos sanctíssime vixit : et post mortem miráculis cláruit.

Ibídem : Beatárum ejúsdem Ordinis Vírginum Caecíliae et Amátae. Quae in Románo Monastério Sancti Xysti ab ipso sancto Domínico ad hábitum et profes-

iónem recéptae; póstea vero ab Honório Papa Tértio ßonóniam missae : quemádmodum ibi sóciae et adjurícés exstitérunt beátae Diánae in Monastério Sanctae Agnétis rite sanctéque ordinándo, ita étiam post óbium, sócio cum ipsa sepúlcro, glorióse requievérunt. 'estum Duplex.

Evang. Símile erit regnum caelórum decem virgíiibus, pag. 334.

22. Omisso elogio Decem míllium crucifixórum, rimo loco dicatur : Romae: beáti Innocéntii Papae Quinti, ántea Fratris Petri de Tarantásia Ordinis 'raedicatórum : doctrína et sanctitáte praecelléntis. Qui Lugdúni Archiepíscopus, dein Cardinális Epíscoous Ostiénsis ; demum Póntifex Máximus : ad tuénlam Ecclésiae libertátem et Christianórum concórdiam uávi prudéntia adlaborávit. Multis in vita et post nortem miráculis cláruit. Festum Duplex. Apud Nolam....

Evang. Homo péregre.. pag. 333.

23. Primo loco dicatur : In monte Ararath : pássio anctórum mártyrum decem míllium crucifixórum. 'estum Duplex. Vigília....

Evang. Cum audiéritis praelia., pag. 331.

JULIO.

5. Primo loco dicatur : Cremónae in Insúbria : ancti Antónii Maríae Zaccária Confessóris ; Clericó-

rum regulárium Sancti Pauli et Angelicárum vírginum institutóris : quem virtútibus ómnibus et miráculis insígnem Leo Décimus tértius inter Sanctos adscrípsit. Ejus corpus Medioláni in ecclésia Sancti Bárnabae cólitur. Festum Duplex. Romae : sanctae Zoae..

Evang. Secúndum Marcum. In illo témpore : dixit Jesus discípulis suis. Quisquis non recéperit regnum Dei velut párvulus : non intrábit in illud. Et cum egréssus esset in viam : procúrrens quidam genu flexo ante eum, rogábat eum. Tu autem.

11. In Tunquíno orientáli : beatórum Mártyrum Ignátii Delgádo et Domínici Henáres Episcopórum Ordinis Praedicatórum. Qui persecutiónem movénte Minh-Manh tyránno, cápite damnáti sunt: prior tamen priúsquam ad extrémum supplícium traherétur, aegritúdine ac moléstiis conféctus exspirávit. Passi sunt in eádem persecutióne Mártyres álii vigínti quátuor : ex quibus novem Fratrum Praedicatórum Institútum, octo vero Tértium sancti Patris Domínici Ordinem profitebántur. Festum Duplex.

Evang. Videns Jesus turbas, pag. 332.

OCTOBRI.

5. Primo loco dicatur : Nurimbérgae in Germánia : beáti Raymúndi a Cápua. Qui sanctae Catharínae

Senénsi a confessiónibus fuit : mox vero Generális Ordinis Magíster factus, in instaurándam religiósam disciplínam inter suos, et Apostólicam tuéndam auctoritátem, ad mortem usque omni stúdio incúbuit. Festum Duplex. Messánae in Sicília : natális sanctórum Mártyrum Plácidi.... necáti sunt. Memoria. Eódem die....

Evang. Sint lumbi., pag. 333.

15. Post elogium sanctae Teresiae, dicatur : Festum totum Duplex.

Evang. Confiteor tibi Pater. , ut in Communi Confessoris, pag. 333.

NOVEMBRI.

15. Post elogium beati Alberti Magni Confessoris, dicatur : Festum totum Duplex.

In Indice Obituum primo loco lege :

JANUARIO.

8. OBITUS venerábilis Frátris Joséphi Maríae Larróca Hispáni, septuagésimi quarti Magístri Ordinis.

DIE XVII. MAJI.

AQUIS Séxtiis in Província, beáti Andréae Abellónii Confessóris Ordinis Praedicatórum, divíni verbi praecónio et reguláris disciplínae stúdio insígnis : qui post mortem miráculis cláruit. Festum Duplex.

Pisis in Túscia sancti Torpétis.....

Evangelium. Secundum Lucam.

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnae ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis : ut cum vénerit, et pulsáverit confestim apériant ei. Tu autem.

DIE SECUNDA DECEMBRIS.

Quarto Nonas Decembris, Luna.

APUD Montem Pessulánum in Gállia Narbonénsi, natális beáti Joánnis Vercellénsis, sexti Magístri Ordinis Prædicatórum: doctrína et virtútibus insígnis. Qui et sacras disciplínas in suis ascetériis instaurávit: et árbiter pacis, Románi Pontíficis nómine et auctoritáte, régibus et civitátibus reconciliándis indeféssus adlaborávit. Festum Duplex. Romæ pássio sanctæ Bibiánæ, Vírginis. Quæ sub Juliáno Imperatóre sacrílego, ob Christum tam diu plumbátis cæsa est: donec rédderet spíritum. Memoria. In Africa, etc.

Evangelium Sint lumbi., de Communi unius Confessoris.

In tabella Obituum, die xxiv. Novembris, delenda sunt hæc verba: Obitus venerábilis Fratris Joánnis de Vercéllis, sexti Magístri Ordinis.





